UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

Complectens Sex Posteriores Libros. [Liber VII-XII]

Baronio, Cesare

Romæ, 1635

urn:nbn:de:hbz:466:1-65060

Visual Library


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N
I
5
Th. 5001.





Romæ Sumptibus Pompilij Totti. 1635
Superiorum permissu. & Priuilegio.

PARS ALTERA
COMPLECTENS
SEX POSTERIORES
LIBROS.



ROMAE,
Typis Petri Antonij Facciotti.
M. DC. XXXV.

Superiorum Permissu, & Priuilegio.

Sumptibus Pompilij Totti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

EMINENT.^MO, AC REVER.^MO

PRINCIPI

ANTONIO BARBERINO

S.R.E. CARD.

Ludouicus Aurelius. F.

ALTERAM hanc Historiæ sacræ partem (Emin.^me Princeps) quia sub Tua nascitur potestate, iniurioſum videri posset alteri mancipare. Prodit illa in lucem Munificentia Tua feliciter obstetricante; itaquè aucta statim viribus, infantiam veluti pertæsa, laudes Tuas antè ipsam Historiam loqui gestit; & quam, benè auspicatum sub ortum, nacta est opem, eandem quoque implorandam sibi esse ducit ad diuturnitatem. quidni autem sperare fas sit? absistet nimirum liuor, aut vires certè suas amittet. acuat is dentem ad morsum, vbi ex Barberinarum Apum Mel-

lificio fauos præguſtauerit ? aut fel officiat, vbi mellis ſuppetit copia ? Nec reijci abs Te illa debet vt ignobilis; cum enim ex Tuo beneficio natales habeat, eximiæ planè nobilitatis eſt; eo quoque nomine oculis Tuis digna, quòd præclara veterum Heroum facta contineat, quorum Tu ſimillima moliri oblectaris; Sed & Magnitudinem animi Tui vnius œui noſtri anguſtiæ non capiunt; veteres igitur etiam ætates dare Tibi in conſpectum debui, quin potiùs ipſæ ſeſe vltrò dederunt, vt quandò Te Actore frui non potuerunt, Te ſaltem gaudeant Spectatore. Quòd ſi præſentia, & futura ſæcula inſignium Patrui, ac Tuorum operum fama iam comples, non ſupererant niſi præterita tempora, quæ mente verſares; quod quidem periucundè facies, illuſtria quippè relegens beneficentiæ veteris monumenta, facili negocio agnoſces quodcumque Magnanimitatis Tuæ facinus non vulgaris Hiſtoriæ argumentum eſſe, cui vt ego ſtylum aliqua ex parte dignum pararem, par fuit, vt ampliſſima hac temporum, locorumq. pænè omnium ſcriptione proluderem. Vale.

Summa

Summa Priuilegij.

Sanctissimi Domini Nostri Vrbani PP. VIII. Priuilegio cautum est, ne cui liceat Compendium huiusmodi Latino sermone conscriptum, neque in Italicum translatum, per vniuersam Ditionem Ecclesiasticam mediatè, seu immediatè subiectam, ad decennium, iniussu Pompilij Totti, imprimere, aut alibi impressum, vendere, sub pœnis, de quibus in eo. prout constat per eius Breue, sub Anulo Piscatoris expeditum. Die 16. Iulij 1635.

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Palatij Apostolici.

A. Torniellus Vicesgerens.

Imprimatur.
Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatij Apostolici Magister, Ord. Præd.

Hallu-

Hallucinationes Impressoris.			*Castiga.*
pag. 11.	ver 31.	repente	repetente
12	11	animaduertet	animaduerteret
21	22	in marg. adde	Chri. Ann. 531.
70	7	obsidentur	obsidetur
81	6	fuerunt	ferunt
82	18	damnanem	damnationem
87	8	Veronæ	Veronam
102	5	expostulauit	cum ea expostulauit
121	3	potibus	potitus
155	13	Paulo	paulò
249	27	martyrum	martyrium
261	20	fassere	facessere
266	vlt.	ingressisse	ingessisse
275	15	his	Is
278	3	spectares	spectare
285	28	patrem	partem
310	17	contum	conditum
329	10	inuente	ineunte
330	17	adiebat	aiebat
344	12	petius	petitus
356	30	feranat	ferant
379	11	Pontifico	Pontificio
	31	potius	potitus
413	16	fidens	fretus
429	2	electione	electioni
430	27	Victrici	Vitrici
455	9	admouit	admonuit
501	3	inter	iter
527	9	Classus	Classis
529	vlt.	ipsæ	Ipse

Errata alia leuicula tute Lector studiosè corriges.

AN-

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

A LVDOVICO AVRELIO Perusino

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER VII.

Respondens Septimo Authoris Tomo.

Chri. Ann. 518.

SEPTIMVM Annalium volumen inchoantes sæculi annum prosequimur XVIII. Anastasio igitur vij. Idus Iulij vita functo, Iustinus Vir apprimè pius, ac religiosus, qui Prętorianis præerat militibus, ab his primò, tum à cæteris Imperator acclamatur, hic, ex armentario, miles, ob insignem tum bellandi peritiam, tum probitatem, per omnes *Iustin. Imp.*

militiæ gradus ad supremum euectus, palam fecit in nullo hominum genere virtutem non posse honorari. cæterum inuitum illum, delatum Imperium suscepisse, ipsius ad Romanum Pontificem, illius rursum ad ipsum, quæ extant, literæ ostendunt.

Inuitus Imperiũ sumit.

Paucis ab inito à Iustino Principatu elapsis diebus, Ioanne Constantinopolitano Episcopo indicente, Synodus Episcoporum XL. Regia ipsa in Vrbe cogitur; cuius decreto, extorres, fidei causa, sacrorum Antistites, ac Ministri reuocantur, aliaque permulta, *hìc recensita*, sanciuntur.

Synodus Byzãtij.

Ioannis exemplum sequuti Metropolitani reliqui ferè vniuersi, Conuentus, quisque suos, habuere, Hierosolymitani tamen, ac Tyrij dumtaxat memoria ad nos peruenit. *Cõcil. to. 2.*

Synodus Hierosol. ac Tyri.

Episcoporũ iudicium sequutus est Iustinus Aug. qui hoc eodẽ anno edictum de restituendis his, qui fidei causa exulabant, hęreticisq. pellendis promulgauit. nec ita multò post aliud addidit, quo Catholicæ Ecclesiæ perduelles, militia, publicisq. muneribus, ac priuilegijs exemit. ad hæc tum Augustus ipse, tum Ioannes Antistes, ac Iustinianus Comes, postea Cæsar, literas, *quæ hìc recitantur* ad Hormisdam, à Grato insigni Viro deferendas dedere. at vero Hormisda, coacta Romæ Synodo, tum Prædecessorum literis,

Iustini edicta.

Synodus Romæ.

Hormisd. ep. 23. & seq.

ris, ac decretis euolutis, ita demùm Orientales ad cõmunionem recipiendos ſtatuit, ſi Acacij, ac reliquorum Schiſmaticorum Antiſtitum nomina damnarentur.

Chri. Ann. 519. Nouo appetente anno Conſulatum init Iuſtinus ipſe Aug. Collega Eutharico. hic Theodorici Italiæ Regis Gener cum eſſet, honoris cauſa adoptatus quoque à Iuſtino eſt.

His demùm Conſulibus Orientalis Eccleſia communione catholica Romanæ iungitur. *id per Hormiſdæ Legatos Byzantium profectos, quo pacto peractum ſit, fuſiùs hìc Author recenſet, ipſo Legatorum commonitorio, datisq; vltrò, citroq; literis recitatis, quæ ex eo petenda ſunt.*

Per idem tempus Vitalianus, quem nuper arma in Anaſtaſium ſumpſiſſe, ab eoq. exauctoratum diximus, priuatæ condicionis impatiẽs, rerumq. nouandarum occaſionem ex diffidio captans, quemadmodum antea aduerſus Hęreticum Principem Catholicorum ſumere ſe patrocinium ſimulauit, ita nunc viciſſim, Catholico Principe imperante, Eutichianis ſtudere cæpit, maximos haud dubiè motus, niſi obuiam itum eſſet, qua erat authoritate, excitaturus. at, recognita, Iuſtinus dolo agẽtẽ, dolo petere ſatius ratus, hominem, quaſi Præfecturam collaturus, ex receſſu accerſit, tum nihil tale per- *Vitaliani artes.*

timescentem, occidi iubet, quamquam eius cædes in sequentem annum, quo Consulatum ipsemet gessit, dilata est.

Hoc eodem tempore Seuerus Antiochenus Pseudoepiscopus, ac Iulianus Alicarnasseus, Episcoporum iudicio, Augusti sententia damnati, fuga elapsi, Alexandriam accesserũt, ac nouorum inibi dissidiorum authores extiterunt; quippè interrogatus Seuerus, essetne Christi corpus corruptibile, esse affirmauit, Iulianus contrà negauit. Seueri sententiam sequutus est ipsius Vrbis Alexandrinæ Pseudoepiscopus Timotheus; Temistius contrà ipsius Diaconus aduersam tutari instituit; hoc pacto dirum Schisma, conflatum est, nouaq. Sectarum nomina inuecta, illis *Corrupticolis*, his *Phantasiastis*, aut *Temistianis* appellatis. *Liberat. c. 19. Leont. de sect. act. 5.*

Noua Secta.

Rustico apud Occidentem, Vitaliano apud Orientem Coss. renunciatis, vitæ finem sortitur Ioannes Byzantij Antistes triennio non amplius Pontificatu functus, cui sublegitur Epiphanius, ad quem Hormisdæ extat epistola, qua illum paternè increpat, quod, à sua statim electione, ex pristino, vt ait, instituto, & sacrorum Canonum obseruantia, debitum Apostolicæ Sedi obsequium præstare neglexisset. Antequam Orientalis Ecclesiæ cum Romana tantoperè expetita pax coalesceret, Episcopi quidã super non nul-

Chri. Ann. 520.

Io. Episco. Byzantij obitus. Epiph. succedit.

ep. 68.

nullis de fide ſubortis quęſtionibus Iuſtinum ipſum Aug. interpellant; is eas Romano Pontifici cognoſcendas, ad eum reijcit. Epiſcopi tum alij Pontificem ipſum conſulendum rati, eodem argumento ad illum ſcribunt, quibus ille omnibus, pro re nata, luculenter reſpondit.

Ad hæc Epiphanius Hormiſdę literis, vt diximus, excitatus, officij memor, Legatos, ex more, ad eum mittit, additis literis, quibus catholicæ fidei profeſſio continetur. inſuper coacta ex vicinioribus Epiſcopis Byzătij Synodo, nouam inſtituit legationē additis muneribus; ea fuere aureus Calix gemmis conſpicuus, eiuſdemq. materiæ Patena. Calix item argenteus, tum vela Serica. huiuſmodi autem munera non hac tantum legatione ex Oriente, verum etiam aliunde ad eum miſſa teſtatur Anaſtaſius. ad Synodi porrò legationē ſuam quoque Auguſtus addidit. Firmandæ ſanè Orientalium Eccleſiarum paci illud tantum ſupererat, vt Epiſcoporum memoria, qui non tam Acatij, Dioſcori, ac aliorum, qui à fide deſciuerant, impietati, quam famæ ſtuduiſſent (quales fuere Euphemius, ac Macedonius, & ſi qui alij ex Acacij ſucceſſoribus) nequaquā aboleretur. mira erat hac de re Orientalium Antiſtitum, ac Populorum contentio, & pertinacia, vt non ſine ſchiſ-

Synodus Byzantij.

Munera ad Hormiſdā

In Hormiſ.

mate Sedis Apostolicæ sententia locum habere posse videretur; quo factum est, vt tam enixe Augustus, ac cæteri apud Hormisdā egerint pro illorum nominibus retinendis, qui alioquin catholici, ac Confessores egregij, impiorum tantum, contra Rom. Sedis præscriptum, communione polluti videbantur. porrò laudabilior ne fuerit Hormisdæ, hac in re, constantia, an Iustini obsequium, atque obtemperandi studium, haud facilè est omnino decernere.

Sequentis anni Consulatum ineunt Iustinianus Comes, ac Valerius. ille sub ipsum supremi magistratus initium theatralia edidit munera longè celeberrima. ineunte mox Vere, Legati orientales, cum, quæ transigenda per ipsos Romæ erant, transacta iam essent, Constantinopolim reuertuntur, redditasq. ab Hormisda, *quæ hìc habentur* ad Iustinum, atque Epiphanium literas secum deferunt, ex quibus mira illius constantia eluceſcit, nihil Principum gratiæ, nihil summorum Antistitum precibus tribuentis, vbi Dei res ageretur, & labefactandæ fidei periculū subesset. quæ post hæc operosissimus Pontifex toto deinceps biennio, quo superfuit, tanto ministerio digna præstiterit, extincta epistolarum eius veluti face (nam non nisi hactenus scriptæ extant) obscura penitus re- Chri. Ann. 521.

remanſere. Hoc eodem anno ab Iuſtino Aug. datus eſt Alexandrinis Ciuibus catholicus Antiſtes Aſterius, impio nihilominus Timotheo haud quaquam amoto.

Aſterius Alex. Epiſc.

Sub idem tempus Brigida Virgo apud Hiberniam moritur, ex Scotia orta. hos glacialis ora illibati pudoris flores hoc tempore educabat.

Chri. Ann. 522. Tertio iam faſces Boetius reſumit, Collega Symmacho Viro æquè claro, ad quem ipſius Boetij inſcriptus extat de Trinitate liber; vt fœcundiſſimum hominis ingenium exoſculeris, non philoſophicis tantũ ſtudijs, ſed Theologicis etiam excultum, præter rerum vſum, ac politicam inſtitutionem.

Boetij laudes

Euag. l. 4. c. 15. Proco. de bel. Vand. l. 1. Iſidor. Chron. His Conſulibus moritur Traſamundus Vandalorum apud Africam Rex Principatus anno 28. Hilderico Hunerici filio hærede inſtituto, adiuratoq., ne, poſtquam Rex eſſet, catholicis hominibus Templa, aut adempta priuilegia reſtitueret. at is, ne ſacraméti, quo fuerat obſtrictus, religionem violaret, pio inuento (nam ab Anteceſſoris ſæuitia alienus erat) antequam Regno inauguraretur, catholicos Epiſcopos reuocauit, ac liberum eis Religionis vſum reſtituit. hæc illum Matris ſuaſu, quæ Valentiniani Aug. filia fuit, præſtitiſſe ferunt.

Traſamundi obitus. Hildericus ſucceſſit. Eiusſacinus.

Sur. in Vit. Ian. Inter reduces in Africam Epiſcopos Fulgentius fuit Vir doctrina, ac

S. Fulgẽtius.

sanctimonia præstantissimus, *de quo plura iterum hic Author*.

Iam verò post restitutam, vt diximus, apud Orientem primò, tum apud Africam diu veluti exulem catholicam fidem, vt pio sub Augusto, Sanctissimoq. Pontifice Christiana, vbique res efflorescerer, Lazorum, qui olim Colchi, Rex Zatus Byzantium ad Iustinum profectus, christiana suscipit sacra, cum Gente vniuersa. *Paul. Diac. l. 15. Zon. et Cedr.* *Zatus Rex.*

Per idem quoque tempus Homeritæ, quos iam tum Constantino Principe Christianos effectos diximus, sub Rege barbaro, atq; à Christi fide alieno dira passi, illustria pro eadem fide certamina obiere. *rem fuse Author ex Actis tradit, quem require*. *Homeritæ.*

Maximus sequentis anni Romæ Consul absque Collega, sumptuosa, & ipse edidit munera, quę tamen sordida postea reddidit dum consuetacertantibus premia, ac munerarijs soluere detrectauit, qua de re elegans apud Cassiodorum extat Theodorici Regis Epistola. Chri. Ann. 523. *l. 5. ep. 42.*

Huius Consulatui Hormisdæ obitus adscribitur, postquam annos sedisset omnino ix. cui, diebus non amplius septem elapsis, succeßor datur Ioannes. *Hormisdæ obitus.*

Quo item Consule Tertullus, atque Eutychius Romani Senatores, filios, ille Placidum puerum, hic Maurum paulò gradiorem S. Benedicto apud *Greg. Dial. l. 2. c. 3. 4.* *Io. succedit. SS. Placid. & Maur.*

Sub-

Leo Ost. Sublacum degenti monastica imbuendos disciplina obtulerunt. *Manichai.*

Detectos pastorali vigilantia Manichæos Vrbe exegerat Hormisda, hos impunè vagos Iustinus quoque Aug. lege lata, profligauit; tum audita Homeritarum edita à Tyranno strage, Elesbaam Æthiopũ Regem Christianum, per Alexandrinum Antistitem ad vltionẽ excitauit. is terrestribus æquè, ac maritimis instructus copijs, insigni victoria potitus est, Tyranno capto, ac interfecto. de Homeritis porrò, ac Æthiopibus, deque Elesbaam successore pietatis illius hærede haud degenere, Procopium consule de his fusius, sub Iustiniano Principe, differentem.

l. 12. C. de har. & Man. de bell. Persic. l. 1.

Moritur hoc eodem anno Euphemia Aug. religiosa in primis fœmina, ac de catholica religione optimè merita. haud ita multo post Iustinus Theodoram duxit, quam & Augustæ titulis insigniuit. *Theodora Aug.*

Restitutis, vt diximus, Africanis Episcopis, ad Ecclesiasticam quoque disciplinam restituendam plures hoc anno eadem in Prouincia Synodi habentur, ex quibus trium omnino in Fulgentij rebus gestis mentio habetur.

Sur. 1. Ian. Chri. Ann. 524. Paul. Diac. l. 15.

Consulatum Iustino Aug. cum Collega Opilione, repente, noua ab eodem Augusto Sanctio prodijt, qua, tum hæreticis alijs, tum vero Arrianis (quibus hactenus ob initum cum *Iustinè zelus.*

Theodorico fœdus pepercerat) templa, ac publicæ coitiones adempta sunt. id ægerrimè Theodoricus tulit, qui nō vulgaribus in Catholicos promeritis suorum Arrianorum securitatem redemisse videbatur. itaque & sponte sua, & suorum ex Oriente precibus motus, illorum patrocinium ita suscepit, vt, cum se literis vltro citroq. ad Iustinum hoc anno datis haud quaquam proficere animaduertet, alijs primæ notæ Senatoribus adiunctis, ipsum Romanum Pontificem ad suscipiendum legationis, ad Iustinum, munus impulerit. verum hæc ad sequentem annum spectant.

Theodorici indignatio

Consulibus Probino, atque Philoxeno, exceptus Ioannes à Byzātij Populo est ad xij. vsque passuum millia cum cereis, & Crucibus prosequente: porrò Augustus ipse, vt Anastasij, vtamur verbis, *humiliauit se in terram pronus, & Beatissimum Ioannem Papam adorauit*, qui ipso in ingressu, ad portam auream, cæco ipsius opem implorāti visum restituit; quod Diuus Gregorius in primis tradit, qui & illud addit, equū ex itinere ab eo insessum, sessorem alium postea non tulisse. *Caterum Ioannem haud quaquam Arrianorum causæ patrocinatum apud Iustinum fuisse, contra aliorum sententiam Author hìc docet; qui & illud contendit, Legationem ad Iustinum*

Chri. Ann. 525.

Io. Papa Byzātij.

Eius miracula. *Dial. l. 3. c. 2.*

Legationis causa.

non

non tam Religionis, quam Regni causa fuisse institutam, quod is præcipuos Vrbis Senatores initæ conspirationis, occultiq; cum Iustino fœderis supectos haberet, idq; ex sequutis postea illorum proscriptionibus, cædibusq; satis, superq; posse se ostendere arbitratur.

Marcellin. chron. *Nicephor. l. 7 c. 4.* *Euag. l. 4. c. 7* *P. Dia. l. 15.*

Vrbs interim Antiochena, quod sæpè alias, vehementiori terræmotu, atque incendio indè excitato, deformata est. quod Theodosio, ac Zosimo Cœnobiarchis celeberrimis præmonstratum ferunt, ex tantæ Vrbis infortunio Augustus mirè commotus, dies indè complures solitarius egit: tum non modica pecuniæ vi, collapsæ instaurationem Vrbis iuuit. *Antiochiæ clades*

Hoc eodem tẽpore duos alios præterea à Zosimos vitę sanctitate insignes fuisse constat; duas item fœminas laudatissimas eodem Mariæ nomine appellatas, ambas ex meretricio vitæ genere ad meliorem frugem traductas, quarum altera Ægyptia, altera Tarsensis fuit. harum exemplo mulieres huiusmodi complures turpissimum vitæ genus deseruisse, argumento esse potest Cœnobium pœnitentibus hisce mulieribus haud ita multo post à Iustiniano extructum, de quo suo loco sermo erit. at de Zosimo eorum altero, de quibus meminimus, quiq. Ægyptiacam, quam diximus, Mariam instituit, illud præter alia memoratu dignũ *Zosimi plures.* *Mariæ duæ pœnitentes.* *inf. ad an. 535.* *Cœnobiũ pœnitentiũ mulierũ.*

Col-

Mirũ de Zosimo. traditur, cum Cæsaream iter faceret, asellum, quem onustum ducebat, leo obuius abripuit, vorauitque, tum Zosimus leonem per Christum adiurauit, vt, quando asellum occidisset, aselli vicem ipse subiret; mira res, naturæ veluti oblitum animal, sarcinam haud ægrè subit, deduciq. se ad vsque Cæsareæ portas finit.

Depositos à Superioris anni Consulibus fasces Olibrius assumit sine Collega, sub cuius Consulatu Ioannes Pontifex, cumque eo Theodorus, ac Importunus Theodorici ad Iustinum Legati (nam Agapetus Legationis socius ex itinere Tessalonicæ iam decesserat) Romam regressi, Tyranni iussu carceri mancipantur. Ioannes porrò haud diu superstes fuit, ipsius carceris situ, ac pedore extinctus. huic Fœlix sublegitur, Tyranno ipso suffragante; vt fatale, si fas dicere, videri possit, duos eiusdem nominis Romanos Antistites Viros probatissimos à duobus Arrianis Principibus Constantio, ac Theodorico fuisse electos. neque hìc stetit Tyranni sæuitia, quippè Boëtium, eiusque Socerum Symmachum Consulares Viros, ac sapientiæ laude cõspicuos, vt obscuriores alij, magno numero, sileantur, exilio primùm, dein morte mulctauit. verum enim verò nec sera fuit Numinis vltio, nec obscura. cænanti impio Regi ingentis caput

Chri. Ann. 526.

Fœlix Papa.

Boetij, ac Symmachi cades.

Proco. de bell. Got. l. 1.

caput piscis à ministris appositũ cum fuisset, id Symmaci ab se nuper occisi caput ipsi visum est, toruis oculis, exertisq. dentibus, cum sæuitiæ exprobratione, exitium minitantis. ea species tantum ei terroris incussit, vt exindè mirè iactatus, corporis animiq. cruciatu maximo extinctus sit, centesimo à Ioannis obitu die, Regni anno XXXIV. de conditis ab eo legibus, deque ornandæ Vrbis studio (quamquam Raueunæ plurimùm moratus est) Cassiodori epistolas Lector consule. *Theodorici obitus.*

Theodorici morte, cum masculã careret prole, Italię Regnum ad Amalasuntham filiam delatũ est, fœminam egregiè literis excultam, quæ tamen illud pro Athalarico suo ipsius filio tum octenni administrandum suscepit, in cuius vẽrba subditi Regno Populi iurauere. *Amalasuntha eius filia. Athalaricus.*

Grego. Tur. histor. Frãc. l. 3. c. 6. et de glor. mart. c. 75. Sophr. Prat. Spir. c. 36.

Theodomirus interim Francorum Rex bello victum Sigismundum Burgũdionũ Regem, captumq. cum Vxore, ac filijs trucidauit, ac puteo mersit, quem, virtute anteà spectatum, miracula quoque postea edita beatorum Ciuium numero addiderunt. *S. Sigismund. Burg. Rex.*

Hoc eodẽ anno Ephræm Comes, qui euersæ, vt diximus, Antiochiæ reparandæ missus cum imperio fuerat, ipsius Vrbis Episcopus consecratur, de quo illud traditur scitu dignum; *Ephr. Antiochen.*

cum

cum ad Stylitem quemdam, à Seueriana illum hæresi curaturus, accessisset, ita inter ipsos conueniisse, vt, accensa pyra, flammæ sese ambo inijcerent indè fidei veritatem exploraturi; Stylitem porrò Episcopi constantia animaduersa, descendere è Columna renuisse; tum Ephræm stolam, qua erat indutus, in ignem iactasse, quæ flamma haudquaquam absumpta, catholicam firmauit fidem, quam Stylites, maximo Prouinciæ, quam seduxerat, bono, amplexus est.

Eius miralum.

Mauortio Cos. absque Collega, Iustinus morbo, ac senio confectus, Iustinianum sororis filium, rogatis Senatorum sententijs, Augustum appellauit, Kal. Aprilis, quatuor inde menses ipse superstes.

Chri. Ann. 527.

Iustinianus Imp, Iustini obitus.

Ferunt Iustinianum, Imperium statim adeptum, bona, quæ priuatus possedisset, Ecclesijs donasse. pacem dein Athalarico eam per Legatos petenti, dedit; ita tamen, vt Arrianos apud Orienrem publicorũ ademptione munerum, bonorum proscriptione, supplicijs deniq. exagitare haudquaquam destiterit.

Sed & Hildericũ Vandalorum apud Africam Regem iteratis Legationibus pacem ab Iustiniano petijsse Procopius tradit; nam Frãcorum legatio postea contigit. Cæterum apprimè tum quidem pius Imperator Reipub. regimen

de bel. Vand. l. 1.

Iustiniani pietas.

men ab ipso Religionis cultu auspicatus, sanctissimam ea de re edidit sanctionem, tum diurnis, nocturnisq. precibus, ac ieiunijs supra priuati hominis, ne dum Principis, morem, ac conditionem, sacrarum cultu Reliquiarum, Templorumq. molitione, Deum promereri studens, magna cõcipit animo, Rom. Imperium in pristinam restitui à se posse dignitatem haudquaquam desperans. igitur à bello Persico initium facturus, Legatos ad Cabodem, qui Genti imperitabat, mittit, ea sibi reddi postulans, quæ iniuria adempta fuerant; his verò negatis, Belisario Duce, exercitum scribit, cui Procopium ipsum, qui hæc prodidit, à cõsilijs addidit. confectum est bellũ quadriennio, ter interim commisso prælio, ter hostibus profligatis. vsus est Iustinianus hoc bello auxiliaribus Herulorum copijs, quorũ Rex Gether hoc ipso anno Constantinopoli baptizatus traditur, reliqua deinceps Gente ad Christi fidem exemplo tegis, Augusti opera, traducta; quod & de Hunnis, eodem fere tempore, vsu venit, Gorda eorum Rege Chtistiana sacra suscipiente.

l. 5. C. de sũ. Trin. *Proco. de ædific. l. 1.* *Bellũ Persicum.* *Procopius.* *de bel. Persic. l. 1.* *P. Dia. l. 16.* *Euag. l. 4. c. 9.* *Nicep. l. 17. c. 13.*

In huuc annum incidit Iulianæ Aniciæ obitus ipsi Augusto affinitate iunctæ, *de cuius laudibus, vide quæ hìc Author cumulat.* Romæ interim, cum Rom. Clerus ad profana tribunalia, si-

Iuliana Anicia. *Athalarici rescriptum.*

ne

ne delectu, traheretur, Fœlice Pontifice expostulante, pro illius immunitate sanctio, quæ apud Caffiodorum extat, ab Athalarico promulgata est. *l. 8. c. 24.*

Dionisius exiguus. A Mauortij Cõsulatu Dionisius cognomẽto Exiguus, Paschalem cyclum exorditus, ad integrum ferè sæculum perduxit, à Christi ortu annos enumerans, cum antea non per Consules modo, ac Olimpiades, sed à Diocletiani Imperio numerari mos esset. de Viri porrò doctrina, ac sanctimonia Cassiodorũs coëuus Author clarissimum peribet testimonium. *de diu. lect. c. 23.*

Francorum victoria. Radegũdis. Per idem tempus Theodoricus, ac Clotarius Francorum Reges insignem de Ermenefrido Turingorum Rege victoriam retulere. in preda fuit Radegundis deuicti Regis ex fratre neptis, quam postea Clotarius Vxorem duxit. hæc est illa Radegundis vitæ Sanctitate insignis Mulier, non semel in posterum commendanda.

Ortæ interim Athalaricum inter, atque Hildericum Vandalum inimicitiæ, quod hic Amalafridam regiæ Gothorum stirpis Trasamundi olim coniugem occidisset, Regni demum amissionem Hilderico peperere, quæ tamen non ante biennium contigit, non tam aperto bello, quam Gilimere, Regia Vandalorum sobole, incitato, occultisq. ei præsidijs submiristratis. *Cassio. l. 9. ep. 7.*

Gilim. Vand. Rex.

Sequitur Christi annus duodetrigesimus, Chri. Ann. 528.

simus, ac quingentesimus Iustiniani tãtum Consulatu inscriptus, quo multæ ab eo latæ leges reperiuntur, quæ ad politicum regimen spectant, tum quæ ad Ecclesiasticum; vt hoc ipso nomine à multis quasi sacræ authoritatis inuasor damnetur, à multis vicissim laudetur, quod sacris vim Canonibus addere hac ratione studuerit, inq. his legibus edendis non tam Conditorem, quam Exequutorem egerit. illud verò mirum, doctos eum Viros, Legum in primis Peritos, tantopere coluisse, cum ipse illiteratus adeò esset, vt ne Alphabetum quidem didicisse Suidas tradat, quam quam id per hyperbolem dictum quidam putant. *Iustiniani leges.* *Eius insciatia.*

in Iustin.

Euag. l. 4. c. 6. Nicep. l. 17. c. 3.

Hoc eodem altero Iustiniani Consulatu, Antiochia terræ iterum motu concutitur vehementius, & ex consternatorum Ciuium decreto, Augusto annuente, Theopolis in postetum appellatur. verum quod, cum nomine, mores quoque mutare haudquaquam studuerit, non ita multo post (vt suo loco referemus) à Persarum Rege Cosroe incenditur, ac diripitur, atque alijs subindè cladibus subijcitur. *Antiochia clades*

Chri. Ann. 529. Sur. 1. Ian.

Basilio Consulatũ ineunte ipsis Ian. Kal. Fulgentius Vir sanctissimus moritur post immensos Christi causa exantlatos labores, & egregios conscriptos commentarios, quos magna sanè ex parte perijsse iure dolemus. *S. Fulgentij obitus.*

Isid. de script. Eccl.

Hoc

S. Benedict. Cassinũ petit.

Hoc eodem Consule Benedictus, ex secessu Sublacensi, Casinum petens, Monasticam disciplinam propagare instituit apud Occidentem, quæ iam apud Orientem, senio veluti confecta, fatiscebat. quo tempore Absagi Caucasi Incolæ Christianis receptis sacris, barbaros, atque adeo ferinos cum perfidia mores posuere. eam apud Gẽtem, cum pueros magno numero, vt ex ijs quæstum facerent, euirare mos esset, edita à Iustiniano sanctione, id ne in posterum (neque eis tantum, sed Romanis quoque, ac Barbaris reliquis) liceret, sancitum est, quanto autem id vitæ periculo tum perageretur, ex eadem sanctione constat, apud quam legitur tres non amplius, ex nonaginta, infœlici destinatione abscissis, ægrè seruatos.

Euag. l. 4. c. 21. Nicep. l. 17. i. 13. Nuell. 142.

Eunuchi fieri vetãtur.

Per eadem ferè tempora & Tzani interioris Armeniæ Populi Christianã fidem amplexi sunt, de quorum pariter immanitate Procopium consule.

de ædific. Iustin.

Iustiniani Codex.

Hoc item anno Decemuirali opera, ac studio compactum Legum Codicem, à suo nomine appellatum, Iustinianus euulgauit. præ cæteris autem in opus insudauit Tribonianus Ethnicus homo, qui condẽdis legibus, mox abrogandis, quæstum facere consueuerat, quique, quod multi tradunt, Iustiniano persuasit, ipsũ haudquaquam moriturum.

Proco. de bel. Pers. l. 1.

Tribonianus

Quo

Sed & Ioannem Patricium, primum ex Decemuirali Collegio ad id muneris adscitum, improbis fuisse moribus, ac planè illiteratum, licet ingenio pollentem, tradunt.

Chri. Ann. 530. Lampadio, atque Oreste Consulatum gerentibus Fœlix Pontifex diem obijt extremum, cui sublegitur Bonifacius non sine Schismate à Cleri parte conflato, à qua Dioscorus eligitur; eo tamen haud diu superstite, optata Ecclesiæ pax redditur. *Fœlicis PP. obitus. Bonif. II succedit.*

Proco. de bel. Vand. l. 1. Hæc inter (quod antea innuimus) Hildericus à Gilimere consanguineo, regno exutus, carceri mancipatur, ex quo bellum à Iustiniano (confecto iam Persico) eodem Belisario Duce, in Africam translatum est. *Bellū Vãdalicum.*

Quo tẽpore Francorum Rex Theodoricus Gothorum in Gallijs Ditiones infestas habuit.

Vacuus ordinarijs Consulibus annus subit, quo Bonifacius, coacta Romæ Synodo, successorem sibi destinauit Vigilium; hoc, & si iusta de causa factum videri potuit, quod hac ratione Pontificis electio Gothis Regibus extorqueri posse videretur, cũctis nihilominus improbatum suo ipse decreto abrogare coactus est. *Synodus Romæ. Bonif. successorem nominat.*

Exacto mox Pontificatus anno extinctus, visus est omnibus iustas temerè tentati facinoris pœnas exsoluisse. hunc Michaeli Archangelo erectum *Moritur.*

supra

ſupra Hadriani mole Templum dicaſſe tradunt.

Io. Papa. Eo ſublato, Ioannes cognomento Mercurius Pontificatum adipiſcitur.

Amalaricus. Interim Amalaricus Viſigothorum in Hiſpania Rex, qui apud Galliã quoque imperitabat, cum Clotildẽ Vxorem catholicam mulierem, Arrianus ipſe, male apud ſe haberet, Childeberti Francorum Regis eius fratris in ſe arma conciuit, à quo Regno, ac vita exutus eſt. *Proco. de bel. Goth. l. 1. Iſidor. chron. Grego. Tur. l. 3. c. 10*

Teudes. Amalarico Teudes ſubrogatur & ipſe Arrianus, quo Regnum adeunte

Synodus Toleti. Concilium Toletanum II. celebratur.

Seditio Byzantij. Dum hæc apud Occidentem peraguntur, dira Byzantij ſeditio aduerſus Iuſtinianũ excitata eſt, Hypatio Pompeio, ac Probo Anaſtaſij conſanguineis arma capientibus. eo in tumultu, qui ad quintam vſque diem protractus eſt, cæſa dicuntur Ciuium triginta ferè millia; Authoribus tamen ſeditionis, dum Regiam inuadunt, trucidatis, ſeditio ipſa deferbuit. coactus nihilominus Auguſtus eſt acclamãti Populo morem gerere, ac Ioannem, & Tribonianum, exoſos vulgò homines, magiſtratu deponere. quanquam ambo poſtea, pacatis rebus, reſtituti ſũt. *Proco. de bel. Perſ. l. 1. Marcellin. chron.*

Saba obitus. Moritur hoc eodem anno inſignis ille Saba, *de quo multa Author non hic tantum, ſed ad annum quoque ſuperiorem habet apud eum legenda.* ſunt *Sur. 5. Decẽb.*

qui

qui tradant hoc eodem tempore Antonij Magni corpus in Eremo inuentum Alexandriam translatum, licet alij ad aliud hæc tempus referant. *S. Antonij translatio.*

Chri. Ann. 532. Sextum sui Principatus annũ Consulibus item vacuum in Vandalici belli apparatu Iustinianus exigit, classem probè instructam sequenti in Africam transmissurus; quo demum aduentante, tertium init Consulatum geritq. fœliciſſimè; quippè excensione ã copijs facta, quà vi, quà Prouincialium deditione, vix toto vertẽte anno Prouincia vniuersa maxima cum sua, ac Belisarij Ducis gloria potitus est, Gilimere ipso in potestatem accepto, atque in triumphum ducto, quod tamen non nisi sequenti anno contigit. *Vãdalicum bellũ.* *Proco. l. 2.* *Belisarij victoria.*

Cæterum religiosus Imperator grauissimi belli curis distẽtus, pietatis curam non abiecit; missa etenim hoc ipso anno, ac si in summo esset ocio, honorifica ad Rom. Pontificem Legatione, fidei suæ, hoc est Catholicæ, professionem obtulit, tum multa ad fidei dogmata pertinentia definiri expetijt, *quæ hìc fusè Author recenset.* *Iustiniani religio*

Chri. Ann. 534. Superiore anno ea, qua diximus, fœlicitate exacto, Iustinianus, nouo subeunte, quartum init, Paulino Collega, Consulatum, quo Aurelius Cassiodorus Prætorij Præfecturam, defe- *Cassio. l. 9. ep. 2. l. 11. ep. 2.* rente Athalarico, adipiscitur, cuius initio, qua erat Vir pietate, literis ad Ioan- *Cassiodorus. Eius pietas.*

Ioannem Pontificem datis, eius se precibus, pro tanti administratione muneris, enixè commendatum voluit. Populo quoque solemne, ea de causa indici ieiunium exoptauit. eius itaque prudentia, ac pietate factum est, vt Italia vniuersa diræ, quæ tum vigebat, famis incommoda minus senserit.

Porrò cum superiore anno Iustinianus Legationem, quam diximus, Romam misisset, hoc demũ literas à Ioanne vicissim retulit, in quibus oblata ab Augusto fidei professio probatur, hæreses, quæ ei aduersabantur, refelluntur. vtriusq. literis, cum clarius, quam Nouatores vellẽt, Romanæ Sedis Primatus adstruatur, eas, ex more, veluti suppositicias reijciunt; *quorum insciti& iunctam temeritatem, egregiè hìc Author refellit.*

Rom. Sedis Primatus.

Ad hunc annum spectat deuicta ex Africa Belisarij triumphus, quem ex Procopio pete. præclara ex victoria Iustinianus priuatim, ac publicè gratias Deo sibi agendas censuit, quod, edita in id quoque sanctione, testatum voluit. tum Ecclesiasticum æquè, ac politicum Prouinciæ statum restituendum curauit: Templa inibi, sumptu maximo, erexit, leges saluberrimas condidit: paterna, atque auita patrimonia, ex Vandalorum inuasione amissa, Afris vindicauit: Mauros denique barbaros eiusdem Prouinciæ Posup-

Belisarij triũphus. *Proco. l. 2.* *l. 1. C. de off. Præf. Afr.* *Iustiniani zelus.*

pulos ex Gentilibus reddidit Christianos.

Proco. de bel. Goth. l. 1.

Athalarici obitus.

Interim Athalaricus, corruptis moribus Adolescens moritur, nonum Regni annum cum attigisset. huic, Amalasuntha adnitente, sublegitur Theodatus Theodorici ex sorore nepos, qui vixdum liberas Regni habenas nactus, beneficij immemor, diro illam carceri mancipauit; tum Legatos de pace ad Iustinianum mittit, additis non Senatus modo, licet inuiti, sed ipsius quoque Amalasunthæ literis, quasi ex voluntario eas secessu dantis. sed non diu fraus latuit, aut scelus impunitum fuit, quod ex rebus deinceps gestis patebit.

Theodatus succedit.

Chri. Ann. 535.

Igitur Iustinianus iure se Theodato pacem negare posse ratus, iustamque belli causam ex Amalasunthæ carcere, ac maturato exitu, Romaniq. Populi, ac Senatus indignatione abundè sibi suppetere animaduertens, inuadendæ in primis Siciliæ Classem instruit eodem Belisario Duce, quem & Consulem dixit. tum per Illyrici Præfectum Dalmatiam fœliciter aggressus, Salonem expugnat, Franchis per Legatos in belli societatem adsciris. ex more interim rerum sacrarũ curam, vt cum maximè, suscipiens, saluberrimas ex Sacrorum Canonum præscripto, leges edidit.

Nouel. 3. & seq.

Dum hæc à Iustiniano peraguntur,

Io. Papæ obitus. Ioannes Pontifex Romæ, Epiphanius Byzantij è viuis excedunt. Agapetus illi, huic Antimus subrogantur. cæterum Antimus Eutychianam hæresim occultè fouens, Theodoram Aug. ex eadem disciplina fœminam propitiam nactus, Ecclesiæ pacem pessundedit, Augusto in fraudem perducto, vt suo loco dicturi sumus.

Agapetus.

Per idem tempus, vindicata ex Vandalorum iugo in pristinam libertatem Africana Ecclesia, prouinciale ibidem Concilium celebratur, ab eoq. honorifica ad Ioannem adhuc superstitem Legatio instituitur. cæterum Legati eum defunctum cum reperissent Synodales Agapeto literas reddidere.

Synodus Africana.

Hoc eodē anno Seuerus, qui Chalcedonēsis Synodi impugnator, Iustino imperante ab Antiochena Sede pulsus fuerat, Constantinopolim cum venisset, in Antimi sese amicitiam insinuauit. erat eadem tum in Vrbe Theodosius ab Alexandrina & ipse Ecclesia, Populi factione, pulsus. Porrò ab his, qui Acephalorum hæresim tuebantur, mirum dictu, quam multorum capitum monstra hoc ipso tempore, rerum nouandarum studio, prodierint. quippè ex eorum Asseclis quidam Euangelij dicto in disquisitionem vocato, cum Christus Dominus extremi diem Iudicij ne filium quidem hominis scire testatur, planè Christum ignorasse perti-

Hæresis multiplex.

Leon. de sect. ast. 5. Dam. sce. d. hær. Nicephor. l. 18. c. 52.

nacius

nacius affirmarunt. ex hoc *Agnoitæ*, hoc est *ignorantes* appellati sunt. rursum *incorruptibilium* secta, (quæ & Gaianitarum dicta est) tradit Christum non naturæ lege, cui subditus haudquaquam esset, sed volentem exurisse, sitisse, & humana reliqna perpessum fuisse. ex ijsdem Acephalis ortum duxere *Theodosiani*, qui &, à propagatoribus, *Iacobitæ*, *Themistiani*, *Barsianitæ*, *Semidalitæ*, *Angelitæ*, *Thetraditæ*; quorum nomina, non tantum dogmata piget recensere. horum non nullos scriptis insectatus est Ioannes Grammaticus, cognomento Philoponus; qui tamen Philosophus melior, quam Theologus, aliorũ errores dum redarguit, errore ipse turpiter labitur, *Tritheites* idcirco appellatus, quod tres Deos admittere videatur. carnis quoque futuram Anastasim subtilioribus inuoluens argumentis. *Ioan. Grammatici, seu Philoponus.*

Suid. in Philop. *Nicep. l. 18. c. 47.*

Exacto non dum anno Sicilia Belisarius potitus, postremo Consulatus die Siracusas ouans init. exceptusque cum plausu aureorum nummum vim magnam circumfusæ effudit multitudini. *Sicilia recepta.*

Proco. l. 1.

Postremo hoc anno Iustinianus aduersus Lænones rescripsit, tum ex illorum veluti tyrãnide redemptis mulierculis, ne ad meliorem frugem redire cupientes victum mendicare cogerentur, amplissimum, pro Vibis amplitu-

Proco. de ædi. Iust. orat. 1.

Pœnitentium mulierũ Monasterium.

plitudine. Monasterium, sumptusq. necessarios regia munificentia attribuit, quod supra, cum de Maria Ægyptiaca, atque Tarsensi sermo fuit, indicauimus.

Qui sequitur annus, nullis Consulibus insignitus, post Belisarij Consulatum inscriptus legitur, quo Agapetus Rom. Pontifex difficillimæ Legationis onus subire à Theodato cogitur, & sanè absque viatico, cuius gratia, Vir sanctissimus sacra vasa, ex D. Petri Basilica oppignerare necesse habuit, quæ postea, Cassiodoro id agente, soluto precio, repignerata eandem in Basilicam relata sunt. Agapetum porrò ex itinere miracula edidisse, Gregorius, ui sæculi res gestas recensens, testatum reliquit. Constantinopolim postquam peruenit, de pace vix agi cæptum, cum pacis spes omnis discussa est, ea potissimum de causa, quod profoerè à Gothis apud Dalmatiam pugnatum cum fuisset, ac Prouincia, magna ex parte, recepta, & Theodato, & Iustiniano indignatio creuerit. qua propter Belisario imperatum, vt ex Sicilia continentem Italiæ oram inuaderet is parata statim classe Neapolim, Campaniæ Vrbem, delatus, aditum præbente aquæductu, eam, valido licet præsidio munitam, inopinato capit, ac diripit.

Chri. Ann. 536.

Cassio. l. 11. c. 20.

Dial. l. 3. c. 3.

Proco. l. 1. P. Dia. l. 18.

Belisarius.

Neapolim capit.

Agapeti Zelus.

Cæterum Agapetus, ne nihil agere vide-

Nicep. videretur, ad res Ecclesiasticas animũ
l.17.c. adiecit; in primis verò Antimum, licet
19. Augusti, ac Cõiugis gratia subnixum,
Liber. ex multorum delationibus, ac libellis
c.21. hæreticum compertum, quod duas in
Anast. Christo naturas cõfiteri abnueret, nul-
Zona. lo Episcoporũ Concilio coacto, Apo-
par.3. stolica tantum authoritate fultus gradu mouit, Mennam, qui maiori Xenodochio præpositus erat, consecrauit. tantum fuit hac in re Agapeti animi robur, vt cum principio Augustum indignari, aduersariq sibi cerneret hisce illum verbis compellare non sit veritus; *putabam me ad Christianissimum Principem Iustinianum venisse, nunc autem Diocletianum inueni.* *Eius libertas.*

At generosus Pontifex in ipso rerum gerendarum ardore, impotuno ardore febris correptus Byzantij moritur, Pontificatus anno vix dum exacto, inuictæ constantiæ à Deo præmium recepturus. funeratus est regia pompa, tum verò aliquot post menses sacrum corpus Romam translatum, in S. Petri Basilica est conditum; quo die annua eius memoria ab Ecclesia recolitur. *Eius obitus.*

Cõcil. Eo defuncto, Synodus Byzantij co-
to.2. gitur ex vicinioribus Episcopis, alijsque, qui tum regia in Vrbe morabantur, cuius Acta in Hierosolymitana, Synodo, hoc item anno celebrata, recitantur. *Synodus duplex.*

Vndecimus Iustiniani Principatus annus Consulibus,& ipse vacuus, belli Gothici secundus numeratur, quo, Neapolis amissione cõsternatus, Theodatus, dum fugam adornat à suis interficitur, à quibus mox Vitiges, strenuus bello Dux, Rex appellatur. is, Romæ cum esset, obsidionem veritus, Vrbis tutela Siluerio, qui Superiori anno sublectus Agapeto fuerat, ac Senatui commendata, quatuor insuper Gothorum millibus præsidio relictis, ea excedit, copiasq. quam maximas conscribit. Belisarius haud cunctatus Vrbis mœnibus exercitu admoto, ea, deditione Ciuium, statim potitur; Gothis, aduersa Porta, fuga elapsis, præter ipsorum Ducem Leuderem, qui capi, quam turpi fuga subduci cum maluisset, à Belisario confestim vna cum receptæ Vrbis clauibus Byzantium ad Iustinianum missus est.

Chri. Ann. 537. *Proco. l. 1.* *P. Diac. l. 16.* *Cassio. lib. 12. ep. 31.*

Theodati cædes.

Vitiges succedit.

Siluerius Papa.

Vrbis Mœnia instaurãtur.

Vrbè potitus Belisarius, qua veteribus instaurandis mœnibus, qua nouis erigendis sedulam impendit operam, dum Vitiges Rauennæ receptus, spẽ pacis haud quaquam abijciens, Legatos & ipse ad Iustinianum mittit literis ad eum datis, quæ apud Cassiodorum extant. Porrò nihil egisse ea Legatione Vitigem, ex his, quæ mox dicturi sumus, constare potest.

lib. 10. ep. 32.

Nouo appetente anno Coss. Ioanne, ac Volusiano, desperata pace, Vitiges,

Chri. Ann. 538.

Proco. l. 1. tiges, contractisq. ex Italia, ac Gallia Gothorum millibus centum ferè, ac quinquaginta Vrbem obsidet, hac maximè ratione Hostium conatus moraturus.

Obsidetur.

Obsidionis tempore, quæ ad annum perducta est, Belisarius facinus edidit sibi in primis, quod postea euētus docuit, exitiale. Theodoræ Aug. vt diximus in Antimū studium ad nefaria eam cōsilia, pro illius restitutione, quotidie impellebant; rogato itaq. incassum Siluerio, vt morem sibi, hac in rè, gereret, Vigilium eiusdem Siluerij Diaconum nacta est digna, atq. indigna se facturum pollicentem, si Pontifex ipse legeretur, hac spe erecta impia Mulier, literis ad Belisarium datis, enixè eum rogat, vt, quacumq. demum ratione, Siluerio Pontificatu abrogato, Vigilium Pontificem creari curet. igitur Siluerius (confictis in eum criminibus, quasi Gothis prodendæ Vrbis consilia agitasset) Belisario iubente, exauctoratur, Vigilius subrogatur. tum ille sub custodia Byzantium ad Augustam mittitur. cæterum ex itinere, Iustiniani iussu rem indignam auersati, reuocatur: rursum, eadem Augusta, ac Vigilio adnitentibus, in Tyrrheni Maris insulam relegatur. verum enim verò Belisarium posteà admissum scelus agnouisse, & veniæ à Deo impetrandæ gratia Templum Romę condidisse,

Belisarij facinus.

Vigilius Diaconus.

Siluerius deponitur.

Relegatur.

Belisarij pœnitentia.

disse, ex veteri, quod adhunc ad radices Quirinalis supereſt, monumento edocemur.

Hoc eodem tẽpore Pelagio Rom. Ecclesiæ Apocrisario Constantinopoli agente Monachis quibusdam, alijsq. compluribus id flagitantibus, Origenis hæreses iterum in disquisitionem vocatæ sunt, deq. his iudicium acerrimum peractum est; quod ex longiori Epistola Iustiniani Aug. nomine edita, *ab Authore huc allata* satis constat. *Liber. c. 10.*

Origenes ite rũ dãnatur.

Apione Consule absq. Collega Siluerius ità, vt erat, Maris fluctibus circumseptus atque arctiori sub custodia habitus, quatuor, quos secum habebat Episcoporum Conuentu inito, aduersus Vigilium Rom. Sedis inuasorem Anatematis sententiam tulit, *quæ ab Auctore hic recitatur* Chri. Ann. 539. *Cõcil. to. 2.*

Clades ab Hũnis.

Per idem tempus, vlciscente, haud dubiè, Deo illatam, quam diximus, Siluerio vim, Hunni transmisso Istro, Byzantium vsq progressi, cladem maximam intulerè, coactusq est pacem pecuniæ sponsione annuæ turpiter redimere qui tot victorijs, ac triumphis hactenus potitus fuerat, ad hæc Cosroes Persarũ Rex, è re sua esse ducens fœdus quod sanctum fuerat, violare; Vitigem per Legatos sollicitare instituit ad bellum fortiter prosequendum pacisq. condiciones omnes reijciendas. tum vero Italia diutino vexata *Proco. de bel. Pers. l. 2.*

bello

bello famis, pestisq. subire incommoda infælix cogitur. *Italiæ arumnæ.*

Proco. de bel. Goth. l. 1. Hoc eodem anno Mediolanum, Insubriæ Vrbs iam tum ampliffima, quod Belisarij præsidium militare expetijsset, à Gothis obsessum, vi capitur, ac solo æquatur, Ciuium, accolarumq. omnis ætatis, omnisq. sexus ad trecẽta millia trucidatis *Mediolanie xcidiũ.*

Chri. Ann. 540. Sub Iustini, ac Paulini iuniorum Cõsultu annua Vrbs obsidione liberatur. quo tempore Siluerius, inedia, alijsq. ærumnis miserè confectus, moritur, Martyris titulo ab Ecclesia insignitus, miraculis quoq editis clarus, quorum & ipse permotus f ma Vigilius, siuè ex animo, siuè ad Populi studium captandum, ac Cleri suffragium referendum, se ipsum Pontificatu male parto abdicauit, certa, vt creditum, spe fretus Belisarij potentia illum iterum adipiscendi, quod sex demum post dies contigit, ac in posterum legitimus Pontifex nec pænitendus, est habitus. sanè qui antea, vt diximus, Antimum se restituturum Augustæ spoponderat, iam, gratia omni posthabita, in ipsis, *quæ hic habentur*, ad Augustum literis, Antimũ, ac socios eadem pice inquinatos, & Hæreticos declarauit, & Anathemate, ea de causa, perculit. *Siluerij obitus. vtmar tyr coluitur.*

Ad hunc annum, qui Childeberti Francorum Regis XXVI. numeratur, tertia Synodus Aurelianensis referenda

Synodus Aurelianensis. est, à qua inter cætera sancitum est, ne, à die cænæ Domini, per totum deinceps quatriduũ, Christianis sese immiscere, Iudęis liceret, aut Vrbem quoquo modo circumire.

Decretum de Iudæis

Hoc eodem tempore Ciuile inter Francos Reges bellum antea exortum inopinatò compositũ est, Deo id Clotildis precibus tribuente. ciuili tamen composito, externum exitit. Theodobertus, præ cæteris, Iustiniani fastum stomachatus *Francici* cognome cum reliquis deuictarum à se Gentium nominibus vsurpantis, Italiam inuadit Picenum vsque populabundus delatus. cæterum vulgari ex lue exercitu magnopere imminuto, abscessit inglorius *Proco. l. 2. Agat. l. 1.*

Vitiges Belisario deditur.

At Belisarius obsessum Rauennę Vitigem voluntaria, vna cum Vrbe, deditione in potestatem recipit. Mira nihilominus rerũ humanarum vicissitudine in Africa aduersus Mauros a Romanis Ducibus male pugnatum est. Cosroes Persarum Rex, capta, incẽsaq. Antiochia, Syria quoque reliqua fœdè vastata, Iustinianum eò adegit, vt annuum tributum pacisci, summa cũ ignominia cogeretur.

Consules deficiunt.

Altero, ac quadragesimo huius sæculi anno Basilius Iunior creatur Cõsul, post quem alium nullum in Romanis fastis licet inuenire. quaquam, deinceps subinde per interualla saltẽ creatos constat. sane Iustinianus morem

Chri. Ann. 541.

Nouel. 105 et Auth. de Cõs. Coll. 4. tit. 3.

rem hunc vetustate ipsa venerandum, quoad licuit, antiquauit, indignum ratus per Consules potius, quam per Augustos, annos numerari, qua illum ex causa Populorum odium subijsse tradunt. rei inuidia ad Tribonianum quoque spectauit, qui, quod Ethnicus esset, cum ad eum dignitatis gradum ascendere non valeret, eius abrogandæ Author Iustiniano fuisse dicitur. *Tribo-niani liuor.*

Hoc eodem anno, qui belli Gothici sextus numeratur, Belisarius ob ingẽtem sibi gloriam partam, ab æmulis inuidiam passus, ac in suspicionem affectati Italiæ Regni apud Iustinianum adductus, Constantinopolim reuocatur. auxit inuidiam, ipsamq. adeò suspicionẽ Populi apud Byzantium plausus Belisarium alterum iam captiuum Regem inducentem faustis acclamationibus attollentis, nec tamen vim aliquam tum quidem est passus, triumphi tantum pompa verius, quam gloria, negata. regia quoque Theodorici gaza cum Vitige à Belirario illata, ne ostentata quidem est Populo, sed priuatim tantum Senatoribus visa, in ærarium inuecta est. *Belisarij casus.* *Byzantiũ reuocatur.*

Nouel. 109. 115. 121. 123.

Iustinianus interim rerũ Sacrarum curam, vt cum maximè, suscipiens, multas hoc anno hac de re edidit sanctiones, *quæ ab Authore hic recensentur.*

129. 131. 137.

Eodem fere tempore Adadus Auximitarum Rex Damiano, apud Home- *Adadus Rex.*

ritas Iudæis imperante, acie victo, cap. toq. ex voto antea nuncupato, Christiana suscipit sacra cum Gente vniuersa. *P. Dia. l. 17. Cedrē.*

Placidi, ac Socios Martyrum. Hoc item anno Martyrium passi à Pyratis sunt apud Siciliam Placidus, ac Socij III. Nonas Octobris, quo die Ecclesiasticis tabulis ānua eorum memoria celebratur. *Martyro. 5. Octob.*

Falsa di historia. *Hoc loco author errores detegit non ferendos in illorum historia à Gordiano quodam conscripta, quemadmodum in Epistolis quibusdam ab eodem fortasse Gordiano cōcinnatis, quasi à Iustiniano, ac Coniunge ad Placidum datis, quæ apud Leonem Ostiensem in Appendice Chronici Cassinensis leguntur, vt mirum videatur quantum proximis indè saculis, ex temporum, atq. historiæ ignoratione, licere sibi ineptissimi impostores apud imperitam multitudinem existimauerint.*

Synodus Arnuernēsis. Ad hunc pariter annum spectat Arnuernensis apud Galliam Concilij celebratio ex sanctissimis Episcopis, *hic recensitis*, ritè coacti.

Theobaldus Gotho. Rex. Nouo subeunte anno Gothi, ex Italia non dum exacti, Theobaldum, quem Vitigi paulo ante subrograuerant, interficiunt; Araricum pro eo Regem constituunt, quo pariter paucos post menses interempto, Totilas Theobaldi nepos, malo Italiæ fato, Regnum capessit; qui ingenio pollēs, Chri. Ann. 542. *Procop. l. 2.*

Araricus.

Totila.

hoc

hoc ipso anno quinq non amplius militum conscriptis millibus, bis apud Æmiliam, atque Hetruriam collatis signis Romanos Duces lõgè superauit. *eius Victoria.*

At Iustinianus redempta, vt diximus, à Persis Pace, Antiochiam incendio ab hostibus deformatã, nouis munitam mœnibus, ædificijs quoq. magnificè extructis, illustrauit.

Quo tempore Clotharius, ac Childebertus Fratres Francorum Reges aduersus Teudem Arrianum hominem, qui Gothis apud Hispaniam imperitabat exercitu comparato, ac Cæsaraugustam vsque prouecti, insigni de Hoste victoria potiuntur, eaque ex Vrbe Vincentij Martyris sacras exuuias, obsessorum dono Ciuium, accipiunt secumq. in Galliam ouantes deferunt. *Francici Gothos vincunt. S. Vincẽtij reliquiæ.*

Ad hunc annum quidam referũt Benedicti Monachorum apud Occidentem Patriarchæ obitum; sed erroris arguuntur ex Gregorij Dialogis, ex quibus eiusdem cum Totila congressus habetur. *lib. 3.*

Chri. Ann. 543. Alterum Regni annum auspicatus Totilas, Neapolim obsidet, cui cum Classis à Iustiniano subsidio veniret, vi tempestatis disiecta est. tum naufragi ex ea milites pleriq. omnes in Gothorum, qui littora circumibant, potestatem veniunt. qua re cognita obsessi Ciues deditionem, haud cunctati, faciunt. *Totilas Neapolim. Ea potitur.*

Hinc

Hinc Romam cogitans Rex Barbarus, eam, litteris antea ad Senatum datis, tentare satius duxit. Senatum ne rescribere quidem Ioannes Iustiniani Præfectus passus est. quamobrem indignutus Totilas, exercitum Vrbi admouet. Chri. Ann. 544.

Rom. accedit. Rerum interim certior à Ioanne factus Iustinianus; Italis quoq. ac in primis Vigilio, flagitantibus, Belisarium, quem in Persas miserat, reuocare inde cogitur, atque iterum periclitanti Vrbi, atque Italiæ subsidio mittere.

Pestis in Oriẽte. Tertio iam Cosroes in Romanos fines irruperat. eo bello, ac vulgari postmodum sequuta lue, Orientis regiones ferè vniuersæ ad extremam vastitatem redactæ perhibentur. *Proco. de bel. Persic. l. 2. Euag. l. 4. c. 27.*

Belisarius Romam accedit. Decimo belli Gothici anno Belisarius Byzantium, ex Perside, reuocatus, in Italiam indè nauigans, Romam peruenit. Quo tempore Totilas, Tibure, per proditionem, capto, summæ crudelitatis exemplum edidit, Ciuibus omnibus, cum Vrbis Præsule, trucidatis. Chri. Ann. 545. *Proco. de bel. Goth. l. 3.*

Eã deserit. Cæterum Belisarius, Vrbem haud quaquam ingressus, impar viribus, Æmiliam petit, ne obsidionis subire incommoda, Italiam reliquam deserere cogeretur.

Per idem ferè tempus Persæ Mesopotamiam populati, Edessam vi maxima *Proco. de bel. Persic. l. 2.*

Euag. l. 4. c. 26. ma oppugnant, sed non sine diuino miraculo, re infecta, recedunt. itaq. quod antea vulgatum erat, tum maximè est creditum, ex diuina imagine ad Abagarum olim à Christo Domino missa, maximaq. inibi cum religione asseruata, inexpugnabilem eam Vrbem perpetuò futuram.

Error in celebratione Paschæ.

Hoc anno constat (Iustiniano temere sacris sese rebus immiscente) in celebratione Paschæ, apud Orientem erratum, apud Occidentem vero ea de re acerrime disputatum.

Chri. Ann. 546.

Totila Perusiæ.

Tibure potitus Totilas, Spoletum obsidet, nec ita multo post in deditionem accipit, ac Perusiam pergit, quam septem ipsos menses frustra obsessam, dolo demum, Cripriano, cui Vrbis custodia erat credita, interfecto, expugnat, Herculano Episcopo Martyrio affecto, de quo illud mirum à Gregorio traditur; capite abscisso e

S. Herculan. Martyr. Mirũ de eo.

Dial. l. 3. c. 13 mœnibus deiectum, humatumq; XL. demum post dies, cum profugi in Vrbem Ciues, Victoris lege, remearent, eorum in Antistitem pietate, quęsitum, atq. exhumatum, sacrum corpus integrum ita repertum, ac si capite non fuisset truncatum, adeò, vt ne vestigiũ quidem sectionis vllum, detractique à vertice ad pedem cutis veluti lori, apparuerit.

Paulo ante Vrbis obsidionem Pelagius Rom. Ecclesiæ Appocrisarius Byzan-

zantio receſſit, Succeſſore Stephano accepto. illius abſceſſus occaſione Auguſtus facile ſibi ab impijs perſuaderi permiſit, vt tria Chalcedonenſis Concilij capitula abrogaret ratus, vt ſuaſores affirmabant, his expunctis futurum, vt Acæphalorum turba in Catholicorum ſentẽtiam, ipſiusq. in reliquis, Concilij receptionem confluerent. id qua ratione peractum ſit (nam tubæ indè maximæ exortæ ſunt,) *ex Authore hæc fusè referante Lector require.*

Iuſtiniani temeritas.

Totila Romã obſidet

Perusia ſuperiori anno, poſt diuti- Chri.
nam obſidionem, capta, confeſtim Ann.
Rex Barbarus Romã conſẽderat. er- 547.
gò iam fame Romani Ciues, ac milites *Proco.*
vehementius vrgeri cœpti: inſuper *l.* 3.
profligatis à Barbaris qui Conſtantinopoli ſubſidio mittebantur Græcis Militibus nihil iam ſpei reliquum videbatur, vt nemo iam deditionem quibuſcunque demum conditionibus nõ expeteret; cum Iſauri milites quidã, qui excubias agebant, Totilæ Vrbem produnt. ita Roma quartùm iam à Gothis capta, direptaq. documento fuit Vrbium, ac Regnorum quam ſit fluxa fœlicitas

Eam capit.

Eius moderatio.

Barbari edicto Regis Ciuium ſaluti, mulierum pudori conſultum, tum verò legatos ex Romanis delectos Pelagium, quem diximus, ac Theodorum ad Iuſtinianum prò concilianda pace mit-

mittit. cæterum illo rem ad Beliſarium deferente, Totilas exarſit adeò, vt Vrbem ſolo æquare obfirmato animo decreuerit, id cum reſciſſet Beliſarius, literis ad eum datis *ſi quidem*, inquit, *bello tu Victor eris, rem tuam tute perdes, quod sũmæ est dementiæ. sin victus abscedes, ad Victoris clementiam promerendam nullus tibi locus reliquus erit.* his Totilas ſemel, atq. iterum perlectis, ab immani conſilio abductus eſt. Vigilius interĩ, qui ſuperiore ãno à Iuſtiniano acceſſitus apud Siciliam hyemauerat, Byzantium peruenit. hìc ei magnoperè fuit laborandum, vt exortas inter Catholicos ipſos Epiſcopos contentiones cõponeret. quod verò Auguſto, ac Coniungi, tum in alijs, tum in Antimi reſtitutione morem gerere conſtanter abnuerit, haud mediocriter eos habuit infenſos, vt ipſi quoque Agapeti dictum fuerit vſurpandũ de Diocletiano pro Iuſtiniano reperto. denique eò ventum eſt, vt in impiam Auguſtam hæreticam ipſam, & Hereticorum patronam Anathematis ſententiam ferre non dubitauerit.

Beliſarij ad Totilã literæ.

Vigilius Romæ.

Eiuscẽ ſtãtia.

Auguſtã excõmunicat.

Chri. Ann. 548. Ea vſus ſeueritate Pontifex, non ipſorum modo Principum, ac Schiſmaticorum odiũ ſubijt, ſed ſuos quoque Clericos deſertores, ac transfugas expertus eſt. quamquam hi alias omnes transfugij cauſas pretexere, preuaricatorem illum dicere, ingenijq. atq.

atq. adeò ambiguæ fidei accusare.

At nõ diu superstes Theodora, hoc demum anno Iustiniani Principatus XXII. extinguitur.

S. Florentius Monachus.

Ad quem pariter annum referunt Florentij Monachi ex D. Benedicti institutione ad Deum transitum, qui Fulginei obijt, atq. ibidem maiori in Templo piè conditus vna cum Fœliciano Episcopo seruatur adhuc, ac religiosè colitur. *Grego. l. 3. c. 15. Martyrol. 23. Maij.*

aduersa Belisarij fortuna.

Sequenti anno, qui belli Gothici XIV. numeratur, Belisarius quinquennio ferè, nunquam loco perstans, in Italia moratus, Vxoris precibus Byzantium ab Augusto reuocatur, ac in posterum suæ ipse superstes famæ, nõ inglorius modo, sed etiam infœlix vixit patrati pœnas sceleris ita Numine expossente. nec lętæ magis Iustiniano res fuere. Italia quippè amissa, reliquum quoq. Occidentale Imperiũ facile amisit, Barbaris vndique ingruẽtibus & perbellè accidit, vt, qui inane, *Francici*, nomen affectauit, Galliæ quod reliquũ Romanis erat, Franchis Regibus tradere coactus fuerit. His tamen haud quaquam permotus Imperator, collabentis Reip. cura posthabita, totus erat in Ecclesiasticis rebus, ac fidei dogmatibus perscrutandis. itaq. & conspiratione Ducum huiusmodi eius studia incusantium, hoc ipso tẽpore, interceptus penè est. *Iacobill. de SS. Fulgi. Chri. Ann. 549. Proco. l. 3. Proco. ibid.*

Item Iustiniani.

Subit

Chri. Ann. 550. Subit annus sæculi, L. quo Vigilius, Byzantij adhuc agens, suos ipse Clericos, qui dudum secessionem fecerant, Anathemate perculit

Vigil. ep. 5. Act. 5. Hoc eodem anno Synodus Mopsuestiæ Ciliciæ Vrbe celebratur, de qua in quinta Oecumenica mentio habetur.

Synod. Mopsuestia.

Ad hunc item annum Iordanus, seu, quem alij vocant, Iornandes Gothorum Episcopus suum de Regnorum, ac temporum successione Commentarium perduxit.

Iordanus historicus

Chri. Ann. 551. *Proco. l. 3.* Sequenti autem anno Augustus aduersa multa simul, ac veluti conglobatim ferre cogitur. Romana Classis, quæ Italiæ subsidio mittebatur miserabili naufragio amissa est. Germanus insignis copiarum Ductor insperatò moritur; quo cum recuperandæ Italiæ spes concidit. Barbari Romano exercitu apud Hadrianopolim profligato, Thraciam impunè populantur. At amens Imperator, quam in propulsandis hostibus vim rectius adhibuisset, in

Iustiniani infortunia.

Vigil. ep. 7. Liber. c. 24. ipsum Rom. Pontificem, vt de alijs Catholicis Episcopis taceam, adhibendam censuit. quippè aduersantem sibi acriter Vigilium, immisso satellitio, custodiæ dari iussit. id cum ille persensisset, propere in iunctũ ædibus Templum elabitur. vbi aliquandiu tutò degere ipsi licuit. porrò ita animum non despondit, vt, eodem ex loco, Anathe-

Rom. Pontif. viim. infert.

Vigilij ausus.

matis,

matis, *quæ hìc habetur*, sententiam in Theodorum Cæsareæ cappadociæ Episcopum turbarum Authorem, pronunciauerit: Mennam quoque Byzantij Præsulem, aliosq. inferioris notæ Antistites, quod Theodori communionem non vitassent, mitiori licet pæna, damnauerit.

Vigilij fuga. Sacrilegi tamen Principis vim adhuc metuens, Chalcedonem abscedit, ac celeberrimam D. Euphemiæ Basilicam incolit. verum enim verò qui ad effugium captatus est locus, atq. ad latebras delectus, metuendum statim tribunal euasit, vndè in ipsum quoque Augustum iudicio instituto, eius Acta rescissa sunt. ita Pontifex dum fugit vincit; quippè Augustus religiosus alioquin Princeps à sua se pietate vinci passus est. honorifica namq. ad profugum Antistitem Legatione instituta, regiam eum in Vrbem reuocat, iure etiam iurando per Legatos præstito ipsius se in posterum dicto audientem fore, ac promulgata de tribus capitulis edicta abolituram. Porrò turbata in hunc modum Ecclesia, politicum quoque rerum statum, atque adeò naturam ipsam hoc anno perturbatam constat; terremotu, ac portentoso maris æstu cuncta vbique deuastantibus, Ciuibus pariter, ac militibus seditiones miscentibus, hostibus subinde clades inferentibus. Sanè ab Hunnis,

Chri. Ann. 552.

Byzãtium reuocatur.

Rerũ omniũ perturbatio.

Proco. lib 3 de bel. Goth.

nis, ac Sclauinis incursiones in Romanos fines repetitæ: Sardinia, ac Corsica à Gothis post Italiam occupatæ sunt.

At verò post hæc, parta Ecclesiæ pace, non Augusto tantum resipiscente; sed Theodoro quoq. ac Menna, (quod pro miraculo est habitum) Vigilio obsequium præstantibus, ac supplici veniam libello exposcentibus, externa quoq. in posterum lætiora vndique fuere. Sicilia insperato de Gothis nauali prælio victis recepta; tum Italia vniuersa, quod Narsete Duce postea contigit. vsque adeo, vt sperandum, ita desperandum est nihil.

Proco. de ædi fic. l. 1. Nicep. l. 17. c. 26.

Hoc eodem anno Mennas, post quã à Vigilio in communionem receptus est, Encenia, maximo cum Vrbis plausu celebrauit, sacris Apostolorum Reliquijs paulo ante inuentis, atque exhumatis curru aureo circumuectis, honorificentius tum recondiris; quibus ille præstitis, haud diu postea superfuit, successorem nactus Eutichiũ cuius diuinitus facta electio ad sequẽtem annum spectat.

Reliquiarum translatio.

Proco. lib 3 de bel. Goth.

l. 4. c. 35.

Menna adhuc superstite ab Euagrio eius temporis scriptore miraculum editum Byzantij traditur plane memorandum. Hæbreus Puer Christianis Pueris immixtus sacram Hostiam perceperat; id cum Patri, qui vitriariam artem factitabat, narrasset, ab eo, per

Miraculum de Puero Hebreo.

sum-

ſummã immanitatem, in accenſam, ad coquendum vitrum, fornacem conijcitur. Matri Puerum toto triduo quæritanti, ac inclamanti, e fornace ille reſpondit; ergò medijs in flammis abattonita Matre viſus, extractusque repente eſt, togatuſque ecquid tandiu igne in medio illæſus perſtitiſſet, à Muliere ſe, purpurea amicta veſte, non ſubmotis modò flammis, ſed cibo inſuper abundè præſtito, ſeruatum dixit. re Iuſtinianus ad ſe perlata, Matrem cũ filio Baptiſmum flagitantes, voti compotes fecit; Patrem Baptiſmum renuentem cruci ſuffigi iuſſit.

Sinodus Aurel. Hoc item anno Aurelianẽſis Synodus celebratur, à qua Canones fanciti ſunt tres, ac viginti.

Per idem tempus Theodebertus Rex Francorum moritur, dum Italiam infeſto agmine inuadit, Theodebaldo filio non Regni modo, ſed paterni quoque inſtituti hærede relicto. *Greg. Tur. l. 1. c. 4*

Narſes interim Byzantio cum ſoluiſſet, Rauennam appulit; Hetrnriam indè terreſtribus cum copijs petit, vbi Totilæ obiuam factus collatis cum eo ſignis memorabili victoria potitur, Rege Barbaro, inuicto hactenus, vniuerſo cum exercitu cęſo, cum annos, ex D. Benedicti vaticinio, regnaſſet paulo amplius decem. Totilæ ſucceſſor datus eſt Theias Gothorum fortiſſimus, verum haud ita multo poſt, dum repa-

Narſetiis victoria. *Totilæ cædes.* *Theias ſuccedit.*

Chri Ann. 553. *Proc. l. 3.*

reparare vires satagit, & ipse interimitur; quocum Regnum, ac nomen Gothorum in Italia deletum est, anno quam ortum habuerat fermè LX. *Moritur.*

Italia deìn facili negocio recepta. Vrbis claues ad Iustinianum missæ, tum demum eas dignum recipere, cum Petri claues in Vigilio agnouit. illud nequaquam est pætereundũ Narsetem, religiosum æquè, ac fortem Ducem, Deiparę Virgini tãtam victoriam acceptam retulisse, à qua & præmonitus antea traditur ac de belli exitu, atque ordine edoctus. *Narsetis religio.*

Dum hæc apud Occidentem peraguntur, apud Orientem quinta Synodus Oecumenica Byzãrij cælebratur. *de qua hìc fusius relata, Authorem consule.* *Quinta Synodus Oecumenica.*

Agat. l. 2. Conuentu porrò vix dum soluto, Vrbs ipsa Regia, alijs cum multis, terræmotu valido iuxta, ac diuturno concussa est, quo Abilæ Episcopus Alexander, qui Synodo pertinacius aduersatus, recipere eam detrectauerat, absortus est. *Terremotus.* *Miraculum*

Eodem tetremotu Alexãdriam quoque agitatam ferunt, quod pro miraculo est habitum, Ægypti solo huiusmodi cõcussionibus minime obnoxio. *Aepyptus terramotibus nõ obnoxia.*

Præsagia hæc fuisse quis existimet sequutæ postmodum à Synodo totius Eccleſiæ concussionis, de qua sermo deinceps erit.

Obijt

Obijt hoc anno eximium illud fœ- *Greg.*
Crotil- minarum decus Crotildes Clodouei *Tur. l.*
des. olim Coniux, cui O bis debet quic- *4. c. 1.*
quid boni, ob susceptam à Franchis *& l. x.*
Christianam fidem, sequutum est. *c. 31.*

Altero à celebrata Byzantij Syno- *Sigeb.*
do subeunte anno Vigilius ab exilio *Chr.*
reuocatus traditur, Narsete, ad Ro- Chri.
mani Cleri preces, id agente; relega- Ann.
tus porrò superiori anno creditur, 554.
quod Synodo subscribere abnuerit. *Anast.*
nisi si quis forte diuturnam Byzantij *in Vig.*
moram exilium appellatum arbitretur
constat sanè ipsum principiò Synodi
decreto de abrogatione trium capi-
tulorum aduersatum, hoc demum an-
no, vt schisma penitus tolleret, atque
Orientalem Ecclesiam catholicæ com-
munioni adiungeret, abrogato, quod
prò eisdem Capitulis ediderat, Con-
stituto, eandem Synodum authoritate
Apostolica comprobasse, Oecumeni-
camque dixisse. *caterum illius Acta*
sincera haud quaquam ad nos perue-
nisse Author hic docet.

Hoc eodẽ anno Iustiniani copiæ a- *Agat.*
pud Cholchos turpiter à Persis victæ, *l. 2.*
ac profligatæ sunt, qua de re susius
scribit Agatias, qui & illud addit sci
tu dignum, per idem tempus Philoso-
phos non nullos Christianorum mores
ac religionem pertæsos, in Persidem
commigrasse, verum deteriora ibidem
omnia cum comperissent, in Græciam
remigrasse.

At

Chri. Ann. 555. At Vigilius Byzantio Romam nauigans, apud Siciliam cum exscendisset, dolore calculi extinguitur, cum annos fere XVI. Pontificatum, ambigua fama, administrasset. *Vigilij PP. mors.*

Huic Pelagius Archidiaconus sublegitur; à Ioanne autem Perusino Episcopo, ac Bono Ferentino, tum ab Ostiensi Diacono Andrea, quod tertius haberi Episcopus nequiuerit, consecratur. *Pelagius succedit.*

Agat. l. 2. Greg. Tur. l. 3. c. 32 Greg. PP. Dial. l. 3. c. 8 Eodem fere tempore Francorum Regis Duces Italiam valido cum exercitu ingressi, Campaniam, Lucaniam, ac Brutios populati sunt. indè tamen, preda onusti cum recederent, vulgari correpti lue, mirum in modum imminuti, ac prelio cum Græcis, Narsete Duce, decernere coacti, ad internecionem sunt cæsi, vt quinque non amplius, ex septuaginta circiter virorum millibus, in Galliã remeauerint. *Franci Italiam inua. vincũtur à Narsete.*

At non perindè cum Persis fœliciter pugnatum, à quorum tribus non amplius millibus Romanorum millia circiter quinquaginta turpiter fusa, ac fugata sunt, vlciscente Numine, vt vulgatum est, Cholcorum Regis apprimè pij, ac Religiosi indignam necẽ iniquè admodum eidem à Romanis Ducibus illatam.

Dum Francorum Duces vexatæ, vt diximus, Italiæ pœnas darent, Theo-

Theodibaldi mors. dibaldus ipse Francorum Rex, cuius auspicijs bellum est gestum, immatura adhuc ætate Adolescens, moritur; de cuius, Regno quod absque Sobole decessisset, orta inter consanguineos Reges Clotarium, ac Childebertum dissentio est. exinde Vxor incestis nuptijs à Clotario ducta, mox, Sacerdotibus obstrepentibus, dimissa est. *Grego. Tur. l. 4. c. 59*

Iudæorum turba. Hoc eodem anno Iustiniani Principatus XXIX. à Iudæis, ac Sammaritis apud Palestinam tumultuatum est; Cæsareæ in primis, qua in Vrbe tũ Christianos alios, tum Præfectum ipsum interemerunt; proinde ab Adamantio Militiæ Magistro, Augusti iussu, grauiter in eos est animaduersum.

Eccles. perturbatio. Quiescebat iam à bello Italia, debellatis, qui auxilio Gothis venerant, Frãchis; cæterum Ecclesia ipsa, vt cum maximè, fluctuabat, Occidentis Episcopis fermè omnibus Pelagium auersantibus, quod, Vigilium sequutus, quintam Synodum comprobasset, per quam quartæ Chalcedonensi, ob tria illa Capitula abrogata, derogatũ crederent. quamobrem duos tantum Episcopos ad sui consecrationem Pelagium nactum ostendimus, quod numquam antea accidisset. is igitur eam ad scissuram sarciendam impigrè laborauit; quippè litteris benignè eos hostatus est ad Ecclesiæ. pacem; quod cum frustra apud Aquileiensem Episco- Chri. Ann. 556. *Pelag. ep. 2. & seq.*

scopum, ac alios non nullos tentasset, Narsetis opem implorare coactus est. cæterum quæ nam ille, Pontificis suasu, in Schismaticos Episcopos egerit, non satis exploratum est.

Agat. l. 2. Hoc eodem tempore Francorum res, Ciuili ex bello, in maximum discrimen adductæ sunt, Clotario, ac Childeberto fratribus pro Theodibaldi partitione Regni, dimicantibus: tum Chramno, in Clotarium Patrem, arma capiente, inque scelerati societatem belli Childebertum Patruum euocante. *Ciuile inter Francos bellum.*

Agat. l. 3. Dum hæc apud Gallias geruntur Iustiniani copiæ, Iustino Duce, qui postea Augustus fuit, apud Cholchos insperata de Persis victoria potiũtur. cum enim Iustinus, delectis cum Equitibus, Templum, sacrificij causa, petiturus, e Castris longius recessisset; ex reditu, Hostibus obuiam inopinato factus, licet numero præstarent, internecioni eos dedit, vt costaret nihil ad vincendum magis, quam ipsam vincendi necessitatem valere. Persarum Seuetum Ducem superbissimum, ob rem male gestam, Cosroes excœcari iussit. æquiori Augustus sententia Ioannem, ac, Rusticũ Romani exercitus Duces, ob necem Cholchorũ Regi Christiano Romaniq. Imperij socio perfidè illatam, extremo affecit supplicio. pugnatum hoc eodem tempore fœlici- *Persæ à Romanis victi. Seueritatis exempla.*

Chri. Ann. 557.

ter est aduersus Misianos, qui ad Persas defecerant.

Terræmotus. Sed lætis statim tristia succedere, Vrbe ipsa Regia vehementiori terræmotu ita cõcussa, vt ædificia ferè vniuersa, aut collapsa sint, aut mirum in modum labefactata, strage miserabili mortalium edita. rem fusius, præ cæteris, narrat Agatias cladem maximam ob oculos ponẽs, quem tu consule. Ea ex cõcussione celeberrimũ Sophię Templum à Iustiniano extructum, labefactatum & ipsum cum esset, summa cura, atque impensa instauratum est; *qua occasione illius structuram admirabilem ex Euagrio, post Procopium Author hìc refert, inscriptionem quoque recitat, quam grandioribus in orbem literis Templũ habuit. hanc, quod Iustiniani pietatem maximè redoleat huc quoque afferendam duximus; est autem huiùsmodi:*

lib. 5.

Procop. ædific.

Euag. l. 4. c. 30.

Sophiæ Templum.

» Tua de tuis tibi offerimus serui tui,
» Christe, Iustinianus, & Theodora. ea
» tu propitius accipe fili Dei Verbum,
» qui nostri causa carnem assumpsisti, &
» Cruci affixus fuisti, ac nos in tua fide
» conserua, & quam nobis, comisisti
» Remp. eam ad tuam gloriam auge &
» tuere, intercedente Sancta Deipara
» Virgine Maria.

Byzãtij clades. Annus subit Byzantij Ciuibus superiori adhuc funestior, quippè terræmotu non dum quiescente, Hunnorũ irrup-

Chri. Ann. 558.

Agat. l. 5.

irruptio sequuta est; tum vulgaris lues gliscens adeò, vt funeribus exhausta, Ciuitas, post innumeras euersas ædes, vastatumque à Barbaris agrum pristinum splendorem vndique amiserit.

Nouel. 77. Agat. l. 5. Cedrē. Glic.

His permotus cladibus Augustus, morum in Ciuibus emendationem, salutari edita lege, procurauit, qua blasphemi, ac in ipsam peccantes naturam coërcentur. eam post legem promulgatam, cum non nulli, & Senatorij quidem ordinis, ac Sacerdotalis Viri, infandæ libidinis comperti fuissēt, viriliate exsecta, aut acutis calamis genitalium meatibus terebratis, exuti vestibus in forum producti sunt ostentui Populo immissis iam cladibus diuinitus erudito.

Lex in blasphemos, ac sodomitas. Sodomitarū supplicia.

Porrò cum Hunni, nullo obsistente, impune in Byzantij vsque suburbana irruissent, Belisarius, senio licet iam confectus, tumultuario comspripto exercitu, arma in eos ferrè cogitur. ab eo vtcumque propulsati Barbarì, auro postmodum exacti sūt; Iustiniano iam ætate graui Imperij curas in dies magis abijciente.

Belisarius arma iterum capit. Iustiniani negligētia.

Ad hunc annum spectat Cassij Narnienſis Episcopi Viri sanctissimi exitus Gregorij in primis testimonio clarus.

Dial. l. 4. c. 56

tum Ioannis cognomento Silentiarij, qui ad quartum, ac centesimum ætatis annum peruenisse traditur.

Io: silētiarius

Pelagius quoq. Rom. Pontifex haud

Pelag. obitus. ità multo poſt mortem obijt Pontificatus anno quinto non dum exacto. huic Ioannes, Romæ illuſtri loco natus, ſuccedit huius nominis III. Chri. Ann. 559.

Io. III ſuccedit.

Synodus Pariſienſis. Hoc tempore ex ſanctiſſimis, qui tum ſupererant, Galliæ Epiſcopis Pariſienſis Synodus celebratur, à qua ſacrarum rerum inuaſores, qui mos belIis Ciuilibus inoleuerat, anathematis pœnæ addicti ſunt; inceſtæ quoque nuptiæ damnatæ, quas Populus, Regum exemplo, inire licentius iam occeperat. alia præterea ſancita, quæ ex Actis, qui extant, petenda ſunt. *Conc. to. 2.*

Subit annus ſæculi L X. quo Iuſtinianus, difficili correptus morbo, penè extinctus eſt. porrò cum iam mortuus à Populo crederetur, quaſi in interregno infanda vulgò ſcelera patrata ſũt, Chri. Ann. 560. *Cedrẽ.*

Seditio Byzãtij. ditiorum, à ſeditioſa plebe, domibus, atque Artificum direptis officinis, innoxio quoque ſanguine paſſim effuſo. cæterum Auguſto, ex ſacrarum contactu Reliquiarum ſanitati priſtinæ reſtituto, Populi actutum motus reſedit. *Proco. de ædific. l. 1.*

Theodomirus. Galleciæ vlterioris Hiſpaniæ Regioni multis iam ab annis Sueui Reges ijque Arriani imperitabant. hoc vero tẽpore Theodomirus auitum Regnum obtinebat. hic diuinitus edoctus, Catholicam fidem cum Gente vniuerſa amplexus eſt, D. Martini, quam implorauerat, ope, diuturniorem, ac veluti hæreditarium lepræ morbum, cum ipſa impie- *Greg. Tur. de mirac. S. Mart. l. 1. c. 10.*

impietate exuens, cuius dein'opera Cõcilium Bracarense est celebratum. *Synodus Bracarensis.*

Chri. Ann. 561. Quintum, ac trigesimum Principatus annum inierat Iustinianus, cum insidijs, ex quorumdam conspiratione, appetitus, vitæ periculum adijt. ea de causa in crimen vocatus Belisarius, in ordinem redactus dicitur. sunt qui tradant, non honoribus tantum, ac facultatibus, sed oculis ipsis priuatum, in triuijs emendicare stipem coactum. alij rursum non nisi dignitatibus tum exutum, ad easque statim restitutum. apud Authores sanè antiquiores, vt non eadem sententia de pœna, ita de restitutione mirum silentium. *Belisarij casus.*

Crinit. de hõ. discipl. l. 15. Alciat Par. l. 4. c. 14

Aim. l. 2. c. 20 Quod ad res spectat Occidentales, hoc eodem anno, quem regni numerabat L. Childebertus Pragmaticam sanctionẽ edidit de bonis à se D. Vincentij Basilicæ donatis, quam regio sumptu Parisijs extruxerat. Eandem porrò apud Basilicam sequenti anno, quo vitæ diem clausit extremum, tumulatus est. eo extincto, Regno potitur Clotarius germanus frater, demortui filiabus per vim ejectis. coluit hic in primis Maurum à D. Benedicto illuc missum monastici propagandi instituti gratia. *Childebertus.* *S. Maurus.*

Chri. Ann. 562.

Hoc loco Author ad Cassiodorum diuertens, multa de illo, deque illius lucubrationibus tradit. hic est ille Aurelius Cassiodorus, qui apud Go- *Cassiodorus.*

thorum Reges à Theodorico ad Vithigem florentissimè vixit, magistratibus supremis functus, atque amplissimis auctus dignitatibus, quibus ad nauseã exsaturatus, in optatum tranquillitatis portũ, hoc est extructũ à se Monasterium, confugit, ibidemque ad extremã vsque senectutem vixit: hoc tempore, vt videtur, adhuc superstes. *Cassiod. diu. Inst. c. 29.* Chri.

Iustiniani lapsus. Iustinianus interim, qui dudũ de fidei dogmatibus sanciendi leges sibi munus arrogauerat, dum ad disquisitionem huiusmodi promiscuè omnes consulendi finem nullum facit, in hæresim demum labitur, quæ *Aphtardocitarum* dicebatur affirmantium Christi carnem ita esse corruptionis expertem, vt humanis affectionibus omnino careret, adeòque, dum inter mortales ante passionem fuit, non secus, ac post resurrectionem comedisse, bibisseque, ac reliquis mortalium necessitatibus obnoxium fuisse. ea & sentire se edicto scripsit (quanquam, vt non nulli tradunt, nequaquam vulgauit). &, vt alij sentirent, imperauit. cæterum cum ad id impellere seorsim Episcopos, ac sacerdotes reliquos cæpisset, renuẽtes multos reperit, Anastasiũ in primis Sinaitam, quem eximiæ sãctitatis Virum, haud ita pridẽ, ex Sinæ montis secessu, Episcopum sibi Antiocheni Ciues elegerant. huius exemplum, atque authoritatem Episcopi alij complures

Ann. 563. *Nic. l. 17 c. 29. Euag. l. 4. c. 38.*

eius conatus.

Anastasius Sinaita.

sequuti

sequuti sunt. ergò Augustus suam id contumeliã interpretatus, exarsit adeò vt non obtemperantes omnes, sine discrimine deportari iusserit, quod tamẽ ad sequentem annũ spectat, quo Chrã ni Clotarij regis filij toties rebellantis, toties ad veniam recepti, Tragędia ad catastrophen venit. collatis quippè cum patre signis, victus, ac profligatus, vna cum agresti casa, in quam se vna cum Vxore, ac liberis receperat, cõbustus est. victoria potitus Clotarius, ex itinere Medardum Noviomensem Episcopum, sanctitatis fama celebrem, agentem animam offendit, quo mox defuncto, cũ efferretur, feretro Rex humeros suppossuit. illud porrò auditu mirum eadem ipsa die, qua sanctus hic Præsul naturæ debitũ persoluit, sanctus quoque Gildardus Episc. Rotomagensis ipsius germanus frater moritur, cum eadem vterque die & natus, & Episcopus creatus fuisset, quod Audoënus eiusdem Rotomagẽsis Ecclesiæ Antistes his exametris testatum reliquit.

Chri. Ann. 564. *Grego. Tur. l 4. c. 28.*

Marti. rol. 10. Iun.

mirum de duobus fratribus.

Hi sunt Gildardus, fratres gemini,
atque Medardus:
Vna dies natos vtero, viditque sacratos
Albis indutos, & ab ista carne solutos.

catholica quoq. Ecclesia vna eademq. die amborum ad Deum transitum celebrat VI. Idus Iunias.

Iustiniani obitus. Subit annus Iustiniani Principatus vndequadragesimus, idemque postremus: moritur autem quemadmodum virtutum laude, ita vitiorum labe conspicuus; quo factum, vt aduersa admodũ de eo Scriptores tradere videãtur. Eius morte Imperium capessit Iustinus eius ex sorore Nepos, cuius itẽ Coniux Sophia, Theodorę Aug. neptis fuit. porrò Iustiniani parentalia elegãti Corippus carmine descripsit *ab Authore hìc relatus*. Chri. Ann. 565. *Euag. l. 4. c. 40. Niceph. l. 17. c. 31. lib. 2.*

Hoc eodem anno moritur Clotarius cum annos regnasset amplius L. Regnum inter filios quadripartito diuisum est; Chariberto Parisijs, Chilperico Suessionis, Gunteranno Aurelianis, Sigeberto, qui omnium religiosissimus est habitus, Rhemis Regni sedem statuentibus. *Grego. Tur. l. 4. c. 21*

inguinaria lues. Per idem tempus orta apud Liguriam inguinaria lues, reliquam statim corripuit Italiam, mox Regiones omnes boreales depasta est. quo tempore *P. Dia. de gest. Long. l. 1. c. 4*

S. Colũbanus. Picti, qui Septentrionales Britãniæ Regiones incolebant, Columbano Institutore Christiana sacra susceperunt. *Bed. l. 3. c. 4.*

Consules iterum creati. Nouo appetente anno Iustinus Imper. intermissum diu Consules creandi morem reuocauit, seq. ipsum Consulem dixit, ac donatiuum, more maiorum, dedit. tum catholicæ professionem fidei emisit, vulgauitque, quam ex Euagrio pete. hæc stabiliendo Imperio Chri. Ann. 566. *Corip. l. 2. l. 5. c. 4*

perio nouus Augustus iecit fundamenta, ex quibus magna illi est parta fiducia ingruentes vndique Barbaros propulsandi. igitur hoc ipso tempore Auarum Legatos, qui pactum à Iustiniano tributum exacturi venerant, inanes remisit, minis quoque additis, si quid moliri in posterum ausi fuissent.

in Bibliot. Photius ex Theophane meminit de Turcarum ad Iustinum Legatione, qua ex eo peterent, ne Auares hostes infestissimos in amicitiam reciperet; addituq. Turcas fuisse Gentem ad Tanaim Eurum versus, eosdemq. olim Massagetas appellatos. porrò Turcas ad Meotidem degentes ne Plinij quidem tempore ignoti fuere.

Turcarum legatio.

lib. 6. c. 7.

Euag. l. 5. c. 1 At Iustinus, qui præclara multa pietatis instinctu, ac Religionis egit, ex Auaritia, atque Incontinentia, quarum infamia laborauit, multa perperam decreuit. incontinentis sanè animi indicium hoc anno dedit abrogatis Iustiniani legibus aduersus illicita coniugia promulgatis, imò contra ipsius Christi legem dirimi matrimonia posse, ex Coniugum consensu, voluit. extat ipsius Constitutio, sed perperam inter *Nouel. 140.* Iustiniani Nouellas collocata. huic condendę quid obsisteret Ioannes Regię Vrbis Patriarcha, qui precario eam Sedem teneret? vtrum autem Ioannes Roman. Pontifex eam latam curauerit abrogare, cum fermè rerum ab eo ge-

Iustiniani vitia. iniquæ eius leges.

ſtarum monumenta interierint, ſtatuere nihil certi poſſumus. degenerem ſanè illum ab Anteceſſoribus non fuiſſe par eſt credere; quorum ſæpè vigor enituit in ipſis etiam Cæſaribus in fide, ac diſciplina continendis.

Hoc eodem anno, qui alter à Clotarij morte numeratur, Leontius Epiſcopus Burdegalenſis, Sanctonis Collegarum coacta Synodo, Emericum eius Vrbis Epiſcopum depoſuit, quod, contra Canonum decreta, non à Clero electus, à Metropolitano autem, ac prouincialibus Epiſcopis probatus, ſed Clotarij tantũ Regis decreto eam Eccleſiam regendam ſuſcepiſſet. re tum cognita Charibertus, quaſi paternæ iniuriæ vltor, & Emericum per vim reſtituit, & Epiſcopos, qui in illum ſubſcripſerant, pecunia mulctauit. cæterum Chariberti facinus inultum Deus eſſe nequaquam eſt paſſus, quod ſuo mox loco referemus. Hiberniæ interim Epiſcopi, falſo ad eos rumore perlato à Quinta Synodo peccatum ſuiſſe in Sacroſanctum Chalcedonenſe Concilium, quaſi trium damnatione Capitulorum, Concilium ipſum damnaſſet; iunctis animis ab eadem Synodo, atque adeò à Romana, quæ illam probaſſet, Eccleſia, reſilierunt, eoque in Schiſmate ad Gregorij Magni tempora perſtiterunt.

Greg. Tur. l. 4. c. 26

Synodus Sãctonenſis.

Charibertus.

Greg. ep. 56. l. 2.

Per idem tempus Radegundis Clotarij

Greg. tarij olim Vxor, quæ in sanctimonia- *Rade-*
Tur. l. lium Monasterio agebat, multiplici in *gũdis.*
4. c. 4. Orientem legatione, Hierosolymita-
Sur. num Antistitem, ac Iustinum Aug. sum-
13. mo studio Sanctorum Martyrum Reli-
Aug. quias, ac Sacrosanctæ Crucis Lignum
conquirebat; voti dein' compos facta,
triumphali veluti pompa excipiebat.
porrò salutiferi virtute ligni, ac reliquæ
Sacræ supellectilis à religiosa Regina
comparatę miracula edita, nosse si quis
cupiat, Turonensem Antistitem Gre-
gorium ea recensentem consulat.

Chri. Secundùm iam Cõsul Iustinus Aug. *Iustini*
Ann. Iustinum cognominem eumdemq. co- *tyran-*
567. gnatum supremo militiæ Magisterio, *nis.*
Eugr. ac victorijs clarum, quod proximus
l. 5. c. 1 Imperio videretur, per summam ty-
rãnidem, ac scelus interemit; nec mor-
te exsatiatus abscissum Ducis caput ad
se delatum calcibus appetiuit.

Iustino Ætherium, atque Addæum *Sena-*
adiecit primi nominis Senatores Iusti- *tores*
niano Principe ambos Aulæ potentes, *cæsi.*
quiq. Sanctum Episcopum Eutychium
in exilium pellendi authores fuerant,
quod falsi crimen, morti proximi diui-
nam vltionem agnouerunt.

P. Dia. Sed iam Italia Barbarorum mox iu-
de gest. gum iterum subitura, vt animum, ita
Long. stilum ad se conuertit.
l. 1. c. 5 Receptam à se Prouinciam cum
Imperio regebat Narses; verum cum
publicis æquè, ac priuatis exactioni-
bus,

bus, non ipse tantum, sed eius quoque Administri, Italos infestos haberent, ægrè id Romano in primis Senatu perferente, res ad Iustinum, ac Coniugem defertur; hi, stolida facilitate, tanti Viri merita obliti, siuè illius gloriæ inuidentes, Italiæ eum statim administratione amouent, Longino Patritio eidem suffecto, qui primus Italiæ Exarchus numeratur. Igitur Narses Augustæ in primis contumelia accensus, quæ ipsũ, vt pote Eunuchum, per ludibrium, ad pensum Puellis diuidendum, in Gynecæum reuocabat, Longobardos, quorum opera, in pellendis Italia Gothis, vsus fuerat, in Italiam pertrahit, dato interim Augustæ responso, telam se huiusmodi texturum, quam nec ipsa, nec Vir eius facili negocio retexerent.

Narses reuocatur.

Lõgobard. vocat.

Hæc quidem de Narsete, ac Longobardorum in Italiam aduentus causa, recẽtiorum assensu probata à Paulo Diacono traduntur, cui Anastasius videtur suffragari, dum de Romani Senatus in Narsetem querelis, ac Ioanne Papa pacis inter eos sequestre, Neapolim ea de causa profecto, meminit. cæterum non vsque quaque hæc esse explorata, ex Corippo Africano Grammatico, ac Poëta eius temporis scriptore affirmare iure posse videmur. is Narsetem dum Iustinus superiore anno Cõsulatum inijt Constan-

Vulgata de Narsete adhuc dubia.

In Ioan.

Coripp. Gram. & Poeta.

lib. 3.

stātinopoli fuisse canit, porrò Longino successorem statim datū omnes consentiunt. Romam illum hoc ipso anno reuersum, nec quisquam tradit, nec facilè quis sibi persuadeat. vtcumque se res habeat, Longobardi, quacumque demum ex causa, Italiam sequenti anno vi maxima inuadentes, miseranda clade affecerunt, eaque maiori ex parte, annis amplius CC potiti sunt, vt dicturi deinceps sumus. *Longobardi Italiā inuadunt.*

Isid. Chr. Athanagildo interim Gothorum in Hispania Rege vita functo, Liuba sufficitur, qui haud ità multo post Leuuigildum fratrem Collegam adsciuit. duæ erant defuncto Regi filiæ: harum natu maior Gelesuintha Chilperico; Brunichildis altera Sigeberto Francorum Regibus nuptui sunt traditæ. harum prior infœlici vsa est coniugio à Viro Pellicum amore irretito, post thori iniurias, fraude sublata: altera diu *inf. ad ann.* fœlix, extrema demum senectute, vi- 614. tæ exitum sortita est longe infœlicissimum, quod suo loco referemus. *Athanagildus. Liuba. Leuuigildus.*

Chri. Ann. 568. Sequenti anno Longobardi è Pannonia, quam ex Scandauia egressi Insula, antè annos amplius quadraginta, occupauerant, Alboino Rege eos *P. Dia. l. 2. c. 6* ductante, Italiam inuadunt; Sarmatis *Grego. Tur. l. 4. c. 35* quoq. Bulgaris, Gepidis, Sueuis, alijsque tum barbaris nationibus ad predā vocatis. iunxerat sibi antea Rex barbarus matrimonio Francorum Regum *Alboinus Long. Rex.*

soro-

sororem, Clotosindam, quo metuẽdus magis Italis reddebatur; ea tamẽ haud diu superstite, aliam duxit, haudquaquam bono omine, Rosimundam. sunt qui tradant hoc ipso tempore Narsetem obijsse; *caterum id veritati minime congruum, Author hic pluribus ostendit.*

Rosimũda.

Hoc tempore Byzantij, ex aduersa Augusti valetudine, atque ignauia ditiorũ in pauperes tyrãnis mirè excreuerat; horum itaque clamoribus Is velati expergefactus, seueriſſimum Vrbi Præfectum dedit, cuius statim opera potentiores coërciti, quæque inoleuerat tyrannis sublata est. sed & Sophia Aug. oppressorum querelis permota, facinus edidit sanè memorandũ; accitis etenim qui ære alieno obstricti erant, quorum numerum in Vrbe frequentissima immensum fuisse par est credere, illud ære suo, per sũmam munificentiam, dissoluit.

Cedrẽ.

Sophia Aug. munificẽtia.

Iustino quartum Principatus ãnum agẽte, Tiberius Comes excubitorum, postea Augustus, Auares quietis nescios, prelio victos, pacem suppliciter petere coëgit.

Chri. Ann. 569. *Corip. inprĩc.*

Quo tempore Theodomirus Sueuorum in Hispania Rex Catholicus, Lucense apud Galleciam Concilium celebrandum curat: Alboinus Venetam Regionem, in quam primum incurrerat, rapidi torrentis ritu populatur.

Synodus Lucensis.

P. Diac. l. 2. c. 10.

Post

Chri. Ann. 570. P. Dia. l. 2. c. 13. Post hæc Insubriam, atque Liguriam haud mitius habet; Ticino tamen non nisi post quadriennji fere obsidionem potitum, Paulus eiusdem postea Ecclesiæ Diaconus tradit, quod vix credibile in tanto Barbarorum terrore, videatur.

Grego. Tur l. 5. c. 20. Hoc eodem anno, qui Chariberti Regis sextus numeratur. Turonensis Synodus habetur; à qua Canones duodetriginta sanciti sunt, quibus Ecclesiastica disciplina nitori pristino redderetur. Lugduni quoque coacti Episcopi sunt, Gunteranno Rege id expetente, à quibus, eodem adnitente, Episcopi duo Sidonius, ac Sagittarius, flagitia ob non vulgaria depositi, cum ad Sedem Apostolicam prouocassent, Ioannis Pontificis, cui emendationem morum spoponderant, sententia, restituti, Rege, ac Cõcilio haudquaquam improbãtibus, Ecclesias, quisque suam recipiunt. quamquam illos deteriores in dies euasisse, atque adeo loricatos, galeatosque (quod pro monstro est habitum) in acie stetisse, dum de bello Longobardorum aduersus Burgundiones agit, Gregorius Turonensis testatur.

Synodus Turõ. Lugd.

Sedis Apost. authoritas.

Episc. bellatores.

l. 4. c. 7.

Per idem tempus Liuba extincto, Leuuigildus frater, atque Collega Regno solus potitur.

Theodomirus.

Theodomiri quoque morte, Ariamirus filius paternam, cum Regno, pie-

Ariamirus. pietatē hæreditario iure consequitur.

Quartus à Longobardorum in Italiam aduentu agebatur annus, cum Alboinus, Ticino capto, Veronæ cum esset, hilarior in conuiuio factus, Rosimundæ Coniugi poculum ex Patris calua cum porrexisset, iustam Mulieris conciuit iram, ex qua mox sibi exitiū accersijt. rem illa cum Elmige Regis armigero, ac Collactaneo communicauerat. is Peredum Virum strenuum, vt facinoris socium adsciscat, Reginæ suadet. hunc igitur facinus exhorrescentem, hoc demum pacto impotens Mulier in scelus adegit. Ancillæ se lectulo suppositit, qua cum Perædus stupri consuetudinem habebat: accessit ille, ex more, nec nisi à cōcubitu fraudem intellexit, qua cognita, simul persensit, non nisi Regis nece, vitare se necem posse. itaque Mulieri morem gerere coactus, ab ea in Viri cubiculum deductus, illum semisopitum obtruncat. eo sublato, Regnum Clephus capessit: Rosimunda cum Elmige, ac regia gaza, Rauennam aufugit. hìc à Longino Exarcho adamata, venenum, eius suasu, Elmigi propinat: is, poculo vix semihausto, dolum persensit. igitur, nudato gladio, quod reliquum veneni erat infidæ fœminæ vicissim porrigit, quæ pudore, metuque simul perculsa, illud sumere nequaquam renuit, quo mox ambo extincti sunt.

Chri. Ann. 571. *P. Diac. l. 2. c. 13.*

Alboini amentia.

Rosimūdæ facinus.

Alboinus cæsus. Cleph. succedit.

Rosimūdæ exitus.

Ioan-

Chri. Ann. 572. *Anast. in Ioã. Greg. Tur. l. 4. c. 26*

Ioãnes interim Rom. Põtifex moritur, cum annos sedisset fere XIII. Vitæ quoque finem, ex bonorum omniũ voto, ac Euphronij Lugdunensis Episcopi prædictione, sortitus est impius Charibertus, cui Germanus Parisiensis Antistes nuper, ob incestas nuptias, sacris interdixerat. porrò apud Hispaniã, Ariamiro adnitente, Bracarensis Synodus posterior celebratur.

Io. PP. obitus.

Synodus Bracarensis.

Quod ad res spectat Orientis, Anastasius Sinaita Epis. Antiochenus, quod Ecclesiæ thesauros in pauperes erogaret, idque ne Iustinus, qui illis inhiabat, inuaderet, fecisse se licentius iactaret, eiusdem Augusti iussu, Synodo tamen ad id coacta, in exilium pellitur, Gregorio, laudabili alioquin Viro, subrogato.

Euag. l. 5. c. 4.

Maioris interim Armeniæ Populi, qui, Christiani cum essẽt, digna, atque indigna, Religionis causa, à Persis, quibus subierant, perpetiebantur, ab ijsdem, ex composito, conspiratione facta, ad Romanos deficiunt, missaque ad Iustinum Legatione, eius opem implorant. is in fidẽ receptos, inani spere pletos dimisit. quippè tametsi expostulãti ea de re Persarum Regi, vt Romanum, ac Christianũ Principem decebat, respondit, belli tamen, non inferendi tantum, sed etiam sustinendi, curam neglexit.

Iustini ignauia.

Anno fere integro à Ioannis obitu elapso

Benedictus Pap. elapso, succeſſor illi datur Benedictus cognomento Bonoſus. quo tempore Clephus, qui Alboino ſucceſſerat, cũ ſexquianno nõ aplius regnaſſet, à ſeruo interimitur. eo ſublato Lõgobardi. Rege, toto decennio, caruere, Ducibus interim XXXVI. Regnum adminiſtrantibus. hi captæ Italiæ loca inter ſe partiti, nullum rapiendi, ſæuiendiq. modum tenuere. eorum ſanè graſſatio inter Eccleſiæ perſecutiones à Gregorio numeratur. quippè Ethnici partim, partim Arriani cũ eſſent, rẽ catholicam mirum in modum perturbarunt. impietatis porrò, & ſæuitiæ, ac ſcelerũ fermè omnium exempla ex eodem Gregorio petenda ſunt.

Chri. Ann. 573. *Cleph. necatur.* *Duces Regnũ adminiſtrãt* *Perſequutio Longobardica* *Dial. l. 4. c. 16 29. 35. l. 4. c. 21.*

Hoc pariter anno S. Gallus Aruernorum Epiſc. & ſuam ipſius mortem, & futurã Populi cladem, ex renaſcente inguinaria lue prænunciauit.

S Gallus Epiſc. *Grego. Tur. l. 4. c. 5.*

Iuſtino annum Principatus nonum ineũte, hinc Auares, indè Perſæ clade maxima Orientales Regiones affecere, ipſo interim per ſummam ſocordiã obdormiſcente.

Chri. Ann. 574. *Imperij clades.* *Euag. l. 5. c. 9*

Hæc inter Euphronius Turonenſis Epiſcopus, Vir eximius, diem obijt extremum. cui Gregorius vitæ meritis haudquaquam impar ſubrogatur. hic eſt Gregorius ille Turonenſis, qui & ſuæ Gentis, & ſanctorũ Virorum res geſtas proſequutus, Eccleſiam ſimul, ac Patriam mirifice illuſtrauit.

Iuſtini ſocordia Grego. Turõ. Epiſc.

Huius

Chri. Ann. 575. Huius sub ingressum Longobardorum Duces aliquot Galliam inuadunt, Niceam primo, tum obuia quæque Oppida diripiunt, ac diruunt: Burgundiam præ cæteris Galliæ Regionibus infestam habent.

Grego. Tur. l. 6. c. 6

Euag. l. 5. c. 12. Iustinus porrò, consilij inops in phrenesim incidit, per diucida tantum interualla sanitatem subindè mentis recipiens. tum Sophia Coniux, vt coruēti omni ex parte Reip. consuleret, suo ipsius nomine legatos ad Cosroē Persarum Regem mittit. Viri infœlicitatem, viduitatem suam, literis ad eum datis, deplorat. his permotus Cosroes, simul memor graui olim se morbo implicitum Medicis, ac medicaminibus Iustiniani beneficio adiutum, inducias ad triennium concessit.

Iustinus in phrenesim incidit.

Grego. Tur. de glor mart. l. 1. c. 6 Iustinus verò vtcunque resipiscens, post magicas incantationes frustra adhibitas, Christi Clauo, quo Cruci suffixus fuerat, quem Constantinus in equi frenum eflixerat, capiti suppositio, corporis, animique sanitatem recepisse dicitur.

Crucis clauus Iustino medetur.

Chri. Ann. 576. Ciuili inter Frācos bello, ex fraternis Regum diffidijs, iterum conflato, Gunteranno expetente, Parisijs Episcoporum Conuentus cogitur, vt, si fas, sacri Antistites obortas componerent dissensiones. verum vbi semel armis agi res cepta est, Regum odio, ac militum gliscēte licentia, coactis Episcopis

Synodus Parisiēsis.

scopis litem dirimere integrum haudquaquam fuit.

Bened. Papa mors. Pelag. II. succedit.

Benedictus interim Rom. Pontifex diem claudit extremum, exacto Pontificatus anno quarto; cui Pelagius alter substituitur, dum Vrbs ipsa à Barbaris obsidentur. Chri. Ann: 577. *Anast Bibl.*

Eodem fere tempore, glisente inter Francos Reges bello, insperatò cõposita pax est, quæ D. Martini miraculo est tributa.

Tiber. colleg. Iustini

Subindè Augustus imparem se regendo Imperio sentiens, Tiberium, belli, pacisq. artibus clarum, Collegam assumit, eumque purpurea, ex more, induens clamide; *ne te*, inquit, *huius splendor perstringat, quodque mihi contigit, in fraudem inducat: exemplo meo disce quam sit Regum conditio infœlix.* hæc, & alia non nulla, omnium cum admiratione, Senatu, ac Populo adstante, præfatus, lacrimas vbertim omnibus exciuit. Chri. Ann. 578. *Euag. l. 5. c. 14.*

Ioanne postmodum, vita functo, quem Iustinus, pulso Eutychio, Regiæ Vrbis Antistitem constituerat, Tiberij iussu, Eutychius ipse reuocatur, Iustino haudquaquam abnuente. Chri. Ann. 579. *Euag. l. 5. c. 14.*

Cosroes à Tiberio victus morit.

Inductarum tempore elapso, Cosroes nihil cunctatus, Romanos iterum fines inuadit. hunc Tiberius, valido cũ exercitu obuiam ei factus, ita debellauit, vt victorijs assuetum Barbarum mori ex mœrore cogeret, cum annos *Agat. l. 4.*

re-

regnasset duodequinquaginta. eo extincto Hormisda filius hæreditarium Regnum adeptus est.

Greg. Dial. l. 1. c. 27.

Hoc item anno, grassantibus in Italia Barbaris, LXXX. Martyrum coronis Ecclesia ornatur, qui sacrilegis operari sacris, aut immolatitias carnes degustare constanter abnuentes, mortalis vitæ dispendium facere, quam immortalis, maluerunt. *Octuaginta Martyres.*

Greg. Tur. l. 4. c. 60

Inita inter Francos Reges concordia vix coaluerat, cum noui belli causæ subortæ sunt, Chilperico, ac Gunteranno in Sigebertum conspirantibus igitur cõmisso prælio, Theodebertus Chilperici filius vincitur, ac cæditur. cæterum Sigebertus lætari diu victoria nequijt, haud ita multò post impiæ Fredegundis dolo, sicarijs immissis, iugulatus. eo extincto Childebertus filius Regnum adipiscitur; quo tempore Germanus quoque Parisiensis Episcopus Vir sanctissimus, æternæ vitæ præmia, mortali amissa, consequitur, cuius, quod extat, Epitaphium, à Chilperico Rege conscriptum ferunt.

Gteg. Tur. l. 5. c. 7.

S. Germani mors.

Aim. l. 3. c. 26.

Eodem fere tempore Iudæi magno numero S. Auiti Aruernorum Episcopi ope, atque opera, Christi fidē amplexi, sacro baptismate abluti sunt. *Iudæi cõuersi.*

Per idem tempus Merouęus eiusdē Chilperici filius, arma in Patrem sumens, ab eo vincitur, captusque in Monasterium detruditur. ex quo tamē

fuga-

fugaelapsus, iterum Patri negocium facessit.

Octogesimo sæculi ãno Antiochia, ipso meridie, terræ iterum motu vehementi cõcutitur. erat ea in Vrbe Anatolius quidam ex infimo loco; ad præcipuos dignitatis gradus euectus, gratia in primis apud Gregorium Episcopum pollens. hunc infandis operãtem sacris cum alijs cõpluribus eius instituti sectatoribus detectum, quasi immissæ à Deo cladis Authorem Populus, seditione maxima excitata, ad supplicium petebat. neque hunc tantum socios que, sed Gregorium quoque ipsum, quocum intima iunctum amicitia constabat. tumultus vitandi causa, re ad Tiberium delata, Constãtinopolim eius iussu Anatolius cum socijs abducitur. quæstione igitur acerrimè habita, vt se noxios fassi sunt, ita Gregoriũ, quod præcipuè quærebatur, scelerum participẽ nemo affirmauit. cum verò Eutychius, alijque causæ cognitores, exilio eos mulctare satis duxissent, & ex his aliquot iam naui impositis, tantus ea quoque in Vrbe tumultus excitatus est ex religioso quodã eius Populi zelo, vt, iniecto in nauim igne, cum ea noxij conflagrauerint. Anatolius verò ab eadem furente plebe in Amphiteatrũ raptus, bestijs obiectus, mox semilacer in crucem actus, ex eaque à lupis detractus, voratusque est.

Chri. Ann. 580. *Euag. l. 5. c. 27.*

Populi apud Byzãtium furor.

est. porrò Eutychius ipse sanctissimus Episcopus, cæterique, qui noxios exilio damnandos censuerāt, quod mitiorem, quam par esset, in eos pœnam statuissent, ad necem ipsi, quasi culpæ affines, quæsiti, tumultuantis furorem Plebis vix euasere. rem testatam Euagrius tradit sui temporis historiam scribens.

l. 5. c. 27.

Greg. Tur. l. 5. c. 12. & 21.

Concilium interim Parisijs cogitur Chilperico Rege id agente, vt Prætextati Rotomagensis Episcopi causa cognosceretur. hunc Rex, quasi Meroueo rebelli filio consensisset, deponi petebat. res acta est haudquaquā sincerè, falsis in Episcopū testibus haud ægrè inuentis; Synodi quoque Patribus Regis gratiā, minus forti animo, captantibus. itaque Prætextatus sacris vestibus exutus, carceri mancipatus, tum exilio mulctatus est. Meroueus quoque animo æquè, ac viribus destitutus, Patris iram metuens, spontanea morte, Gaileni familiaris manu, occubuit. quæ quidē fusè à Gregorio referuntur, qui & de vino ad D. Martini Sepulcrum, hoc ipso tempore, aucto, scribit, ex quo, alijsque id genus miraculis videtur accidisse, vt super vino S. Martini nomen inuocari deinceps consueuerit: qui mos posteà longè, lateque propagatus, ad nos vsque peruenit. sed quod tum pietas docuit, prauus postmodum vsus labefactauit

Synodus Parisiēsis.

Mos inuocandi S. Martinū super vino.

ctauit, quodque olim symbolum charitatis fuit, incitamentum nunc videtur esse ebrietatis.

Sequenti annno data reperitur Decretalis Pelagij Epistola de translatione Episcoporum de sede ad sedem. proximo ex indè alio altera de accusationibus eorum, ac Iudicijs. Chri. Ann. 581. *to. 2. Conc.*

Quo tempore Laurentius hoc nomine secundus Mediolanensis Episcopus post Frõtonẽ, creatur, ac statim fidei professionë ad Pelagiũ mittit, cui cum subscripsisse se Gregorius (Vrbanus hoc tempore Præfectus) testetur; *occasione hac sumpta, multa de Gregorij genere, vitaque primordijs Author hic refert; ea in primis, quibus Ioannes Diaconus, quem ipsius Gregorij vitam post annos fere CCC. scripsisse constat, refellitur; quemadmodum & illos falli docet, qui eundem Pontificem monasticham egisse vitam ex D. Benedicti disciplina arbitrantur.* *Epist. 11. lib. 3.*

Grego. Magn. genus.

Iustini mors. Accedit annus Iustini Aug. vitæ postremus, Imperij XVII. Is igitur morti proximus, Senatu adstante, Tiberiũ (quod in eo pariter Diademate, ac Purpura ornando præstitisse diximus) præclaris monitis affatus est. Chri. Ann. 582. *Euag. l. 5. c. 19.*

Tiberij pietas. Eo vita functo, Tiberius, qui cum eodem quadriennium exegarat, Imperium solus, totidem ferè annis, administrat. ferunt, cum ille, ex more, ad Circi spectacula esset proditurus, *Cedrẽ. Greg. Tur. l. 5. c. 30.*

insi-

P. Dia. l. 3. c. 6. insidias ei fuisse instructas ab his, qui Iustiniano, Iustini ex Fratre Nepoti, studebant. verum cum Tiberius antequam Circum adiret, Templum ingressus, maximum pietatis specimen dedisset, illos rubore suffusos, & quodam probitatis sensu excitatos, facinus exhorruisse.

Sophia quoque Augusta, quæ Tiberium vnice hactenus dilexerat, ex muliebri inconstantia, eiusdem Iustiniani causa, insidijs illum adorta, maturè detecta, thesauris, quos multos congesserat, spoliata, in ordinem redacta est, nouisq. ei famulis attributis, honesta veluti sub custodia est habita. Iustinianus ipse in gratiam antea receptus, ac filij loco à Tiberio habitus, militari præfectura, alijsq. dignitatum gradibus delectus est.

Tiberij munificentia.

At Augustus munificentia in pauperes inclytus; nouis subindè à Deo diuitijs est auctus. quippè post Sophiæ gazam erogatam, Narsetis quoq. pecuniæ vim maximam, monstrante Sene indeptus dicitur. quamquàm hoc à latinis scriptoribus traditum, adstipulatorem neminem ex Græcis habet. illud quoq. traditur admirandũ, cum marmoream tabulam cruce insignem, e pauimento, vbi inambulabat (indignum ratus Crucẽ pedibus calcari) religionis causa, tolli iussisset, ingentem inibi vim auri defossam reperit;

Greg. Tur. l. 5. c. 19. P. Dia. l. 3. c. 5.

Mirũ de inuẽt. ab eo pecunia.

perit; Deo veluti cum Augusto largitate certante.

Synodus Cabilonẽsis.

Quo tempore Cabilonensis apud Galliã Synodus celebratur, à qua Salonius, ac Sagittarius, quos diximus, Episcopi in iudicium iterum vocati, multorum scelerum comperti, Episcopatu sunt moti, atq. in custodiam dati, ex qua postmodum fuga elapsi, deiecti vnde fuerant sedes recipere nequicquam conati sunt. *Greg. l. 5. c. 27.*

Synodus Matisconẽsis.

Matisconensis exinde Synodus cogitur. extant ea in Synodo sanciti Canones vndeuiginti.

Iustiniano, vt diximus militari Præfectura exuto, Mauritio ea fuerat demandata, cui & bellum Persicum administrandum decretum est, quod quidem bellum feliciter est gestum, Oppida complura, aut vi, aut deditione capta, ac preda ingens relata. Chri. Ann. 583. *Euag. l. 5. c. 19.*

S. Gregorius Byzãtiũ mittitur.

Sub idem tempus Gregorius, qui postea Magni nomen est meritus, Diaconus à Pelagio consecratus, Apostolicæ Sedis Apocrisarius Byzantium transmissus est. Is post Vrbanam Præfecturam, atque alia Reipubl. munera cum laude administrata, Monasterio sese abdiderat. indè igitur inuitus, ac renuens abstractus, illud ne omnino desereret, Monasterium ipsum quodãmodo secum vehere decreuit, Monachis compluribus ex eodem contubernio secum adductis. *ep 43 l. 11.*

Con-

Greg. Tur. l. 5. c. 47

Concilium post hæc Brennaci cogitur in ipsius Gregorij Turonensis causa. Is intentatæ in Fredegundem calumniæ accusabatur. euulgasse illum aiebant falsum Regnæ crimen, ac Bertrandi Episcopi Burdegalensis. Eo autem, iureiurando interposito, obiecta pernegante, testibus porrò ipsis palinodiam recantantibus, Gregorius nulli affinis culpæ pronunciatur. *Synod. Brennacensis.*

Paucis admodum à soluta Synodo, diebus elapsis, Chilperici, ac Fredegundis filij duo Clodobertus, ac Dagobertus vulgari, quæ tum grassabatur, lue extincti sunt. tum orbata filijs Mater, nouercali in Clodouæum Priuignum odio exardescens, carceri eum mancipari curat, in eoque postmodum occulto iugulari. in Reginæ dein gratiam vulgatum est, sceleris illum conscientia, mortem accersisse. ex eadem porrò vulgari lue Austregildis quoque Gunteramni Regis Vxor occubuit, quam, in mortis solatium, Medicorum necem iussisse ferunt. *Austregildis Regina.*

Obijt hoc eodem tempore Martinus Gallicienſis Episcopus Maximum totius Hispaniæ decus. *Eius sanitia*

Greg. Tur. l. 5. cap. 37.

At Leuuigildus Arrianus Rex diram in Catholicos persequutionem instituit. Erat huic Coniux Goisuintha, Athanagildi olim Vxor æquè Arriana, ex alia verò Coniuge filij duo Hermenegildus, ac Recaredus. horum natu *Hermenegildus.*

Maior Sigeberti, Minor Chilperici Regum filias Vxores duxerant. porrò Sigeberti filia Iugunda, quæ Hermenegildo nupserat, Brunichildem habebat Matrem, Maternam vero Auiam ipsam Goisuintã. hæc igitur catholicã Neptẽ adorta, cũ eam nequicquã perfidia imbuere conata esset; crinibus arreptam, ac solo deiectã calcibus appetijsse tradunt. ad hęc Iugũda constantior facta, nequaquã satis ducẽs fidei se causa fecisse, dũ Auię restitisset, Hermenegildũ Virum catholicis dogmatibus, Leandri quoq. Hispalensis Episcopi opera, imbutũ, denique catholicum præstitit. id cum Patri esset nunciatũ, amore, vt fit, in odiũ verso, post alia incassum tentata, arma in filium (nam seorsim à Patre agebat) mouenda censuit. atrox itaque inter vtrumque excitatum est bellum, cæterum Hermenegildus, imparem se viribus sentiens, Leandrum ipsum ad Tiberiũ legat in Orientem, suppetias ab ortodoxo Imperatore, cattholicæ fidei propugnandæ causa petiturum. ea legatione Leander in Gregorij sese amicitiã Byzantij haud ægrè, ex morum similitudine, insinuauit, autorqne eidem Gregorio fuit, vt sacrum librum Iob commentarijs illustraret, quod ipsius antea Monaci enixè petierant. porrò inceptum hoc tempore opus, quod extat, primo demum Pontificatus anno absolutum,

Iugũda Vxor.

Virum Catholicum reddit

S. Leãder.

Greg. in præfatione mẽ moral & l. 1. ep.

eidem 41.

eidem Leandro Sanctus Pontifex nuncupauit.

Quod autem ad Leandri Legationem spectat, petitas eum suppetias à pio Augusto, quamtumuis bello Persico implicito, impetrasse, Gregorius Turonensis tradit, & multa diuinitus patrata miracula aliaque memoratu digna ex Hispaniæ rebus addit apud eum legenda.

de Glo. confes. c. 12. & hist. l. 5. c.

43. Chri. Ann. 584. *Grego. Tur l. 5. c. 38*

Sequitur annus Hermenegildi martyrio mirificè illustratus. Is à Tiberij Duce græcæ fidei homine, quem Leuuigildus pecunia corruperat, impiè proditus, capessere fugã cogitur, tum verò obuiam sese in Ecclesiam recipere. in ea dum esset, Patris missu ad eum Recaredus fratrer accessit, quo cum, iureiurando interposito, vitam pactus incolumem, eius se, ac Patris potestati commisit, à quo Regijs exutus indumentis, diro statim carceri addicitur. Paschatis exindè Die adueniente, eiusdem Patris iussu, Arriannus ad eum Episcopus accessit sacrilegam ei communionem oblaturus. eam Hermenegildus percipere cum renuisset, impiaque Episcopi, ac Patris monita auersatus cum fuisset; catholicam vero fidẽ constanter professus, sæuissimo iubente Patre, ipso in carcere securi percutitur. addit S. Pontifex Gregorius rei recens tum gestæ locupletissimus testis, ad extin-

Dial. l. 3. c. 28

Hermenegildi Martyrium.

cti Regis corpus sacras cælitus psalmodias vulgò auditas, tum accensas nocturno tempore lampades visas. Martyris sanè memoriam, merito cum Elogio Ecclesia hactenus recolit.

At verò impius Pater, ex filij nece in rabiem versus, excitatum antea in Catholicos bellum acrius instaurat, Episcopis compluribus, Leandro in primis, exilio damnatis; horum verò Ecclesijs expoliatis.

Pax interim inter Francos Reges *Grego. Tur. l. 6. c. 30* composita est per Igidium Rhemensem Episcopũ, ac Collegas Legatos, quibus vltro, citroque cõmeantibus, ea demum lege Sancita est, vt post Chilperici obitũ in Regnum vniuersum hæres succederet Childebertus.

Hoc item anno Pelagius Pontifex, pace iterum cum Longobardis pacta, iterum iuris iurandi per eos sacramento violato, Honoratum Notarium Constantinopolim ad Tiberium legat, *Pelag. ep. 5.* auxilium ab eo petiturum, dato eadem de re ad Gregorium quoque per literas mandato.

Decennio à Clephi obitu elapso, Chri. Longobardi Ducum regimen pertæsi, Ann. *Antharit Longobar. Rex.* Antharit eius filium Regem constituunt. Is Flauij cognomen (quod alij quoque post eum vsurparunt) vt barbari asperitatem nominis, Romani adiectione, quodammodo deliniret, assumpsit. 585. *P. Dia. l. 7. c. 8*

Quo

Grego. Tur. c. vlt. Grego. Dial. l. 3. c. 31 Isidor. Chro. Quo tẽpore Leuuigildus diem obijt extremũ, cum anteactæ illum vitæ, ac propugnatæ arrianæ hæresis pœnituisset. itaque & Recaredum filium, qui in Regnũ succeſſit Leandro Episcopo cõmendaſſe fuerunt. huius igitur inſtitutione Fratriſque meritis, vt par eſt credere, nouus Rex Catholicam amplexus fidem, totam ſecum Gentem Eccleſiæ adiecit. ita, maximo Dei beneficio, Arrianna hæreſis ab Authore apud Ægyptũ, atque Aſiam diſſeminata, à Gothis, Vandalis, Sueuis, Alanis, alijſq. barbaris nationibus per Africam, atque Europam longè lateque propagata, *ſicut torrens in Auſtro exſiccata eſt*.

Recaredus Hiſpa. Rex.

Arriana hæreſis deficit.

Grego. Tur. l. 7. c. 17 Chilpericus interim apud Galliam, dum Iudęorum, ad Chriſti fidem, conuerſionem acrius vrget, multarum cædium occaſionem præbuit.

Chri. Ann. 586. Prat. Spir. c. 122. Qui ſequitur annus huius ſęculi ſextus, atque octogeſimus Eutychij Conſtantinopolitani Epiſcopi, ac Tiberij Aug. morte, tum Mauritij in Regnum aſſumptione inſignis habetur. martyrum quoque complurium coronis, qui extrema in Aegypto à Sarracenis, alijſque Barbaris occiſi ſunt.

Tiberij obitus.

Mauritius ſuccedit.

Grego. l. 4. ep. 38. Mauritio ad Principatũ euecto, Pelagius Rom. Pont. nouũ ad eum Apochriſarium mittit Laurentiũ Rom. Eccleſiæ Archidiaconum: Gregorius eodem hactenus munere egregiè fun-

Gregorius Romã reuocatur.

ctum reuocatur. Is Romam rediturus, quod in Cęlij Montis Regione ad Cliuum Scauri Monasteriũ, ac Templum D. Andreæ dicatum erexisset, eiusdem Apostoli reliquias ab Augusto dari sibi expetijt. donatus itaque est Sacrosancto Apostoli Brachio, quod, eodem in Templo ab eo conditum, ibidem argentea in theca, hoc etiam tempore asseruatum colitur, ac populo statis diebus visendum proponitur. Euangelistæ quoque Lucę caput eiusdem Augusti munificentia consequutus est.

At Gregorius Romam reuersus eo ocio haud segniter est vsus, quippè & Morales, quos diximus, commentarios perfecit, & in schismaticos Episcopos, qui trium Capitulorum damnanem improbabant, stilum acuit.

Nouo subeunte anno Consulatum Mauritius init absque Collega; cum Ioãnes Byzanij Antistes, qui Eutychio successerat, Conciliũ eadem in Vrbe cogit. cogendi causam Gregorij Antiocheni cum Asterio Orientis Præfecto contentiones, ortasque inde Populi seditiones prætexuit: re autem ipsa dira illum ambitio coquebat Oecumenici nomen, quod & effecit, reportãdi. *quæ indè ortæ sint turbæ, apud Auctorẽ hæc fusius referentem require.* Iam verò Antiochenses, qui Pastorem suum fœdè traductum in iudicium vocari proteruè curauerant, vltorẽ mox

Chri. Ann. 587.

Synodus Byzantij.

Euag. l. 6 c. 7 Grego. l. 4. ep. 38.

Turbæ ob primatũ.

Euag. l. 6. c. 8

Deum

Deum experti sunt. quatuor etenim vix mensibus à Gregorij reditu, qui à Synodo fuerat absolutus, elapsis, terræ iterum motu vehementi excitato, magno numero periere. perijt cũ cæteris Asterius Præfectus Gregorij insectator, cum Gregorius ipse incolumis euaserit; vt planè visus sit Deus fontes iterum damnare, insontem veluti digito demonstrare. *Terræ motus.*

Cedrẽ. ẽ Mauritio. Auares interim, qui, violata pace, Byzantium vsque excurrerant, à Mauritij milite, Duce Commentiolo, ad internecionẽ cæsi: ab eodem mox Duce Sclauini, qui Thraciam populationibus infestam habebant, pari clade effecti sunt. post hæc addit Cedrenus Byzantij quosdam inrer compotandum cũ probra in Virginem Dei Parentem effutijssent, ab immundis Spiritibus statim correptos.

Concil. to. 2. Hoc eodem anno Synodus Lugdunensis II. celebratur, cuius sex non amplius canones extant. *Synod. Lugdunensis.*

Grego. Tur. l. 6. c. 46 Quo tẽpore Chilpericus Rex, odio in Sacerdotes, alijsque Nerone dignis vitijs infamis, à sicario, bis adacto in ventrem ferro, confoditur. addit ad res hoc anno gestas Gregorius, Lupẽsium Abbatem ab Innocentio Comite, capite amputato, in Axonam fluuiũ proiectum, capite ipso in culleum lapidibus oppletum insuto, ne emergeret; corpus dein ab accolis ad ripam

detractum, cum, cuiusnã viri esset, resciri nequiret, Aquilam è fluminis imo extractum culleum in ripa reliquisse; quo dilluto, repertoque abscisso capite, atque agnito, Comitis crimen detectum fuisse.

Desponderat Sororem Philippico Augustus. hunc iam sibi huiusmodi affinitate iunctum, militiæ quoque, ac Orientis Præfectura decoratum voluit, priore, à quo Barbaros Superiore anno debellatos diximus, in ordinẽ redacto. tum Milites siuè illius amore, siuè huius odio, Philippici imperium detrectantes, seditionem maximã excitarunt, quæ tamen Gregorij Episcopi Antiocheni dexteritate, ac largitione, extincta est. itaque proficiscente in Persidem exercitu Gregorius Philippico semper adfuit insigneſque ambo victorias reportarunt. Chri. Ann. 588. *Euag. l. 6. c.* 10.

Auctus hoc ipso tempore est Filio Mauritius, quem Theodosium appellauit. *Cedrẽ.*

Subindè Pelagij literis, ac Romanorum quæstibus permotus, Legatos non modica cum pecuniæ vi ad Childebertum in Galliam mittit, illum ad bellum aduersus Longobardos suscipiendum sollicitans. at Rex pecunia accepta, cum, segniter rem agens, iterata Legatione vrgeretur à Cæsare, Legatos, illiberaliter habitos, inanes dimisit; pudore mox ex rei indignita- *Gregor. Tur. l. 8. c. 30 & 38.*

Childeberti perfidia.

te

te haud leuiter perfusus, expeditionē in Italiam parat; quæ tamen discordia Ducum, in nihilum recidit.

Infœliciter quoque bellum cessit, quod Gunterānus, nullo iure, in Recaredum instituit, vt illum Narbonensi ditione spoliaret. *Recaredus Frācos vincit.*

Conc. to. 2. Ad hæc Rex idem Synodum Mati- *Synod.*
Grego. Tur. l. 7. c. 21 sconē, ex omnibus suæ Ditionis Epi- *Matisconensis.*
scopis cogi curat, à qua canones XX. sanciti sunt, *ab Authore hìc relati, omninò legendi.*

At Recaredus, licet victor; pacem ipse, iterata ad Francos legatione, expetijt, nec tamen impetrauit. porrò tantū Regem apprimè piū, pacisque, ac religionis cultorem eximium tutatus est Deus hoc maximè tempore, cum illum in maximum discrimen adductum, Nouercæ, atque Vdilæ Arriani Episcopi insidijs, conspiratione detecta, incolumen præstitit. *Recaredi laus*

Grego. Tur. l. 8. c. 33 Quod rursum ad Francos spectat, præter infœlices bellorum exitus, Parisiensis, hoc anno, Ciuitas, repentino incendio, quod tamen fatidica mulier triduo ante prædixerat, maxima ex parte absumpta est. *Incendiū Parisijs.*

Quo pariter anno Smaragdus Italiæ Exarchus, triennio euoluto, successorem habuit Romanum Patricium.

Chri. Ann. 589. Valētina exinde Synodus apud Gal- *Synod. Valentina.*
liam, eodem Guteranno Authore, celebratur. quo item anno Prætextatus

Ro-

S. Prætextat. marty. Rothomagensis Episcopus exilijs, aliisque ærumnis odio Fredegundis, fatigatus, eiusdem opera, cum nihil Sacerdotalis roboris in eius redarguendis sceleribus remitteret, in ipso rei Sacrę ministerio, immisso Satellitio, confoditur, interque Ecclesiæ deinceps Martyres recensetur. ita, ex Ambrosij sententia, *vtilius Principes odio Episcopos, quam amore, prosequuntur*. *Grego. Tur. l. 8. c. 31*

Hæc dum apud Galliam peraguntur, apud Hispaniam Recaredus, cum Regno iam toto arriana pestis exacta videretur, generalem Toleti Synodum cogi curauit, cui Episcopi circiter LX. interfuere, Pelagio quoque Rom. Pontifice comprobante. extant ipsius Synodi Acta ab eaque editi Canones XXIII. fidei quoque sincera professio, ac Regis edictum, *quæ ab Authore hic referuntur*. *Concil. to. 2. Synod. Toletana.*

Recaredus in Francos. Synodo fœliciter peracta, Recaredus Legatos iterum de pace mittit ad Gunterannum sed cũ nihil huiusmodi officio perfeciſſet, Narbonẽ ipse progressus. hostile solum populabundus ingressus est. *Grego. Tur. l. 8. c. 38*

Quod ad res spectat Orientis, Philippicus insignem de Persis victoriam reportauit. sunt qui tradant Christi secum Imaginem illam nõ manufactam detulisse, quam Christus idem Abagaro olim Regi transmisisse dicitur.

Dum sic fœliciter cũcta Occidenti

æquè

æquè, ac Orienti cedunt, anni extrema funesta admodum Romanæ Vrbi extitere; Tiberis in primis portentosa illuuie, quæ ipsa alicubi Vrbis mœnia transcendit, tum dira indè lue subsequuta. eodem simul tempore tum flumina vbique reliqua, tum Athesis excreuit adeò, vt Veronæ; per quam excurrit, clade maxima affecerit, rem testatam Gregorius Pontifex tantus Author recenset, fide alioquin carituram. confugerant in D. Zenonis Templum Ciues complures: ad illud tumens vnda cum peruenisset, ianuã haud quaquam ingressa est, muri speciem ante illam referens. excreuit autem adeo vt ad fenestras vsque pertingeret. mirum dictu; qui intra Ecclesiam erant Ciues, aquam ad ianuam, quasi ex fonte, hauriebant, quæ in Ecclesiam diffluere, quasi res sacras apud eam reuerita, veluti formidabat; ità ob martytis meritum adiumento potius fuit, quæ maximo alioquin futura erat detrimento.

Tiberis atque Athesis illuuies.

Dial. l. 3. c. 19

Ingens miraculum.

Chri. Ann. 590. *Grego. Dial. l. 4. c. 36* *Grego. Tur. l. 10. c. 1*

Ipso dein Ianuario Sequentis anni ineunte, immissa diuinitus (vt signa docuerunt) vulgaris lues, maximum latè Populis, Romanæ in primis Vrbi, vastitatem intulit. ipso eius exordio eadem tactus Pelagius Pontifex extinctus est sexto Idus Februarias duodecimo Potificatus anno vix dum exacto.

Pestis Rome.

Pelagij PP. obitus.

Ad hunc annum spectat quod Gregorius

gorius de Iusto Monacho scribit, ob abscónditam pecuniam, communi sepultura priuato, ac à purgatorio demũ igne, triginta continenter diebus sacris, eius causa peractis, exẽpto, quæque alia idem Gregorius, in suis præsertim Dialogis, hoc ipso diræ pestis tempore, accidisse memorat. *Dial. l. 4. c. 47 & 55. lib. 4. ca. 26. 36. & 37.*

mos salutãdi sternutantes. Huiusmodi occasione pestis, quod vulgo ea tacti sternutando repente mortui cõciderent, falso nonnulli existimarunt morem illum inoleuisse salutem sternutantibus dicendi. constat enim consuetudinem huiusmodi longè antiquiorem fuisse, de qua Aristoteles ipse, Petronius Arbitrer, ac Plinius meminere. *In Eu. hõ. 38. Arist. in Probl. Petro. Plin. l. 28.*

Synod. Hispalensis. Hoc pariter anno Hispalensis in Hispania Synodus, Leandro eius Vrbis Episcopo præsidente, celebratur.

Porrò apud Galliam Gunteramnus Rex ipso in Tẽplo à Sicario ferro appetitus, Dei ope, haudquaquam est læsus. diuini autem beneficij memor, Sicarium comprehensum verberibus tantum affectum, dimisit in columem, exemplo ad posteros memorabili. *Greg. Tur. l. 9. c. 3.*

Radegundis obitus. Moritur hoc eodẽ anno Radegundes Sanctissima Regina, quæ dudum extructo à se Monasterio clausa, vitam transegerat omni ex parte commendandam. res ab ea præclare gestas, præter Fortunatum Episcopum, scriptis tradidit Bãdominia ipsius Alumna

eius-

eiusdem Monasterij Sanctimonialis.

Valet. lib. 3. Anna. Ad hæc ipsa tempora referri posse videtur Baioariorum, qui nunc Bauari dicuntur, ad Christi fidem cõuersio, Ruperto Vangionẽsi Episcopo Euangelium illis annunciante, cuius opera ipse Gentis Princeps Teudo ante alios Christo credidit, quem subiecti postmodum Populi sequuti sunt. Rupertus porrò Ecclesiæ Vangionensi nuncio remisso, à qua Bercarij Comitis potentia pulsus fuerat, non sine Dei monitu Salisburgensem Ecclesiã primus instituit. apud Noricum quoque conterminam Regionem, Euangelium à S. Seuerino, vt alibi est traditum, disseminatum, Vir Apostolicus egregiè excoluit.

S. Rupertus Bauaria Apostolus.

Hoc loco finem septimus hic liber accipiat. quæ reliqua huius anni sunt, in sequentem reijcimus, qui opportunè ab ipsius Gregorij Magni ad Rom. Sedem assumptione, exordium sumet.

Libri VII. finis.

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

A LVDOVICO AVRELIO Perusino

In totidem libellos breuissimè redactii in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER VIII.

Respondens Octauo Authoris Tomo.

Chri. Ann. 590.

PElagio, vt diximus, vita functo, omnium statim oculi, ac vota in Gregorium vertuntur, quem non magis claritudo generis. ac rerum vsus, quam insignis quædam morum probitas, ac sanctimonia commendabant. Is igitur Rom. Cleri, ac Populi suffragijs ad summum Pontificatus apicē euectus, assensu mox Cæsaris habito (qui mos à Gothis Regibus *Grego. Magn. Papa.*

bus per vim inuectus, à Iustiniano, ac Succesſoribus mordicus retentus est) ſolemni ritu conſecratur, III. Nonas Septembris; cuius rei memoria Eccleſiaſticis tabulis ſeruata, ſingulari prærogatiua, quotannis recolitur. Ipſo autem Pontificatus exordio, publicis ſupplicationibus, quæ *Litaniæ* ſunt dictę, inſtitutis, graſſantis vim morbi depulit. ad hæc Schiſmaticos, Epiſcopos, de quibus meminimus, Eccleſiæ adiungere omni ope conatus eſt, quod & fœliciter perfecit.

Litaniæ.

Marty rol. Ro man. Grego. l. 11. c. 2. Reg. Grego. Tur. l. 10. c. 1

Per idem tempus Galli, inito cum Mauritio fœdere, ad Lõgodardos Italia pellendos, ex condicto, in eam deſcendunt; cæterum Mauritij copijs plus æquo cunctantibus, pręter ingentes prædas, ac plus quam hoſtiles populationes, nihil memorabile ab his geſtum eſt, Longobardis munita intra oppida ſeſe continentibus.

Grego. Tur. l. 10. c. 3 P. Dia. l. 4. c. 4

Synod. Antiſiod.

Hoc eodem anno Antiſiodorenſe diœceſanum Concilium celebratur. ſanciti in eo ſunt Canones quinque, ac quadraginta, quorum complurium, & ſi vſus exoleuit, antiquitatis tamen indices remanſere; qualis ille, quo Mulieres Sacram Euchariſtiam manu ſumere prohibentur, cum hoc Viris eſſet permiſſum. de quo veteri more Sanctus quoque Auguſt. meminit, docetq. Viros lotas afferre manus, Mulieres verò nitida linteamina cõſueuiſſe.

Sumen da Eucharistiæ mos.

Serm. 152. de temp.

Quo

Quo tempore Occidentalis Ecclesia Gregorio, tanto Viro, illustratur, Orientalis etiam Sanctissimo Præsule mirum in modum decoratur. Is fuit Theodorus Siceota, qui ex Archimandrita, inuitus licet, Anastasiopolis Galatiæ Vrbis Ecclesiam regere coactus est. *Theodorus Siceota.*

Quod ad politicum Orientis statũ pertinet, aduersus Auares malè pugnatum est. in Peras quoque, quà Ducum discordia, quà militum seditione, nihil gloria dignum est gestum.

Chri. Ann. 591. *lib.* 1. *Ep.* 24 *lib.* 1. *Ep.* 32 Altero iam anno, ab inito Pontificatu, Gregorius Synodalem ad Orientis Patriarchas dedit Epistolã, qua catholicam sincerè Fidem, ex more, professus est. tum, quod didicisset Hortensem Episcopum ab Exarcho Rauennæ detineri ad illius causæ cognitionem Synodum actutum cogi mãdauit. Monachos præterea, ac Clericos in officio continere, pluribus in id datis epistolis, curauit.

Subdi. continẽtia. Apud Siciliam hoc tempore vsu receptum erat vt Subdiaconi Vxores ducerẽt, id iam Pelagius Gregorij Antecessor vetauerat, imo, vt matrimonia huiusmodi soluerentur præceperat. rem Gregorius ita demum definijt, vt, qui iugati iam essent, retinere Coniuges possent, sed ad superiorem ordinẽ, nisi illis dimissis, promoueri haud possent. Subdiaconus porrò nemo in *id. l.* 1. *c.* 42.

po-

posterum consecraretur, qui continentiam Episcopo non antea sponderet.

fabula de Sacerdotũ coniugio.

opportunè autẽ Author portentosã hic, à Nouatoribus efflctam, explodit fabulam, de vetito, mox permisso à Gregorio Sacerdotibus coniugio, quod innumera infantium protectorum capita, à piscatoribus in piscina reperta didicisset.

Rom. Eccle. Patrimonia

Habebat hoc tempore Rom. Ecclesia Locupletissima vbique terrarũ Patrimonia, extra Italiã quoque, atque adeo extra Europam. cum autem, cultorum inopia, pleraque essent destituta, omnisque redditus expertia, ex his, quæ apud Africam erant latifundia, Gennadij eius Prouinciæ Exarchi diligentia factum est, vt pristinũ ad cultum restituerentur; qua de re ipsius Gregorij ad illum extat Epistola, qua testatur, ex hac eum pietate, preclaras de hostibus Victorias reportasse, aliaque à Deo beneficia fuisse consequutum. Hunc pariter aduersus Donatistas (quando hac in re Catholici Episcopi segniores essent) excitauit. porrò quem suis Epistolis Orientem, atque Africam inuisentẽ agnouimus, Galliam quoque, atque Hispaniam, eadem ratione, hoc tempore, lustrantem, ex eius Epistolis agnoscemus.

Greg. vigilãtia.

l. 1. ep. 71.

ep. 73.

Obierat superiore anno Antharit Longobardorum Rex: nouus ab his non nisi hoc demum anno Rex eligi-

P. Diac. l. 3. c. vlt.

tur

tur Agilulfus, quẽ Theodolinda extincti Regis Vxor secũdis sibi nuptijs copulauit, atque ex Arriano, Catholicum reddidit, maximo totius Gentis bono, quæ Regis sequuta exemplum, sinceram, & ipsa, fidem amplexa est, siuè abiurata hæresi, siue Idolorum cultu abdicato. ita, quod Franchis quoque, atque Hispanis, per Clodouei, atque Hermenegildi Coniuges vsu venerat, Ecclesia per fœminam, non insolenter, ditata est. *Agilulfus.*

Theoph. Quod ad res spectat Orientales, Ducum discordijs per Aristobolũ demum compositis, Militum quoque Seditionibus ferme consopitis, aduersus Persas egregiè pugnatum est, Martyropoli, Vrbe munitissima expugnata. *Victoria de Persis.*

Chri. Ann. 592. *Greg. Ep. 32 l. 2. & Ep. 31 l. 4.* Pontrficatus anno tertio Gregorius internis pariter, externisque malis vexatus est, aduersa ipse valitudine consueto magis tẽtatus, Vrbe autem, iusta fere obsidione à Longobardis vallata, quam Ciues tantum vtcumque tueri coacti sunt, nullo externo munitam militè, cùm Mauritij eã copiæ, Perusiã vt defenderent, deseruissent; qua de re ipse apud Augustũ modestè simul, atque acriter expostulat. *Lõgob. Vrbẽ obsidẽt*

At sanctus Pontifex tot, tantisque licet ærunnis confectus, tum, Legatis ex Africa exceptis, eius Prouinciæ rebus consuluit, tum Hiberniæ Episcopos Catholicæ communioni adiunxit, *Greg. vigilã tia.*

alio-

aliorumque Episcoporum complurium ad se delatas contentiones, apostolica diremit sententia: denique vacantium Ecclesiarum, dum earum Antistites legerentur, curam impensè suscepit.

Celebratum hoc anno est Concilium Cæsarauguſtanum secundum, à quo illud, inter alia, scitu dignum decretum est, vt sanctorum reliquiæ, quę in Arrianorum Tẽplis inuentæ essent, igne probarentur, ac tum demum legitimæ censerentur, cum ab incendio illæsæ persisterent. *Synod. Cæsaraug. Reliq. igne probãda.*

Hormisda Pers. Rex. Cosroes. Per idem tempus Persæ Hormisdam Regem sæuitia, atque auaritia insignem, eaque ex causa omnibus exosum interimunt, ac Cosroẽ filium substituunt; in quem mox Barames Dux exercitum mouet, ac fugam capessere cogit. is igitur consilij inops, laxatis equo habenis, vt, quò fors tulisset, deduceret, in Romanos fines deuehitur. *Mauritium adit.* legatione indè ad Mauritiũ missa, benignè ab eo excipitur, ac in Regnum restituitur, quod tamen non nisi sequenti anno gestum est. *Euag. l. 6. c. 15.*

votum Christo vouet Regno itaque redditus Cosroes, ex voto inter ærumnas Christo nuncupato, Cruces auro, ac gemmis elaboratas aliaque donaria magni precij Gregorio Antiocheno mittit præclaris cum inscriptionibus, quas apud Euagrium, *ex eoque apud Authorem hìc habes*, ea Gregorius ex ipsius destinatione Chri. Ann. 593. *l. 6. c. 20.*

tione Regis, Mauritio annuente, Sergio Martyri dicata, celeberrimo eius in Templo collocauit. Ex his, & sequuta mox Naamanis Sarracenorum Principis ad Christi fidem conuersione, falso vulgatum est Persarum Regẽ Christianum factũ, quod Latinos Scriptores nonnullos in errorem induxit.

P. Dia. l. 4. c. 17. Legẽ superiori anno Mauritius tulerat, qua cauebatur, ne qui publicis rationibus essent impliciti neue Milites, qui emeriti non essent, reciperentur in Monachos. eã Gregorius Pont. literis ad eum datis, ita demum corrigi, ac veluti recudi curauit, vt publicis rationibus obnoxij non nisi his soluti, monasteria ingredi possent, Milites verò, non nisi per triennium pristino in habitu inter Monachos versati, monasticum reciperent. *Mauritij lex.* *Greg. Zelus.*

ep. 61. & 62. l. 2. & ep. 11. l. 7.

Elucubrasse hoc anno Gregorium Dialogorum libellos, in idque Secessum optasse, idem ipse testatum reliquit. cæterum nec diutina fuit secessio, nec à pontificalibus muneribus omninò feriata; nam, & obiurgandus illi hoc tempore fuit Ioannes Rauennæ Episcopus, quod, præter Ecclesiasticum morem, nec tempore, nec loco decenti, Pallio vteretur, & alij complures, pro re nata, corripiendi, quod ex eius hoc anno datis literis satis cõstat; vt de Monasticæ disciplinæ restituendæ cura, deque Ecclesiarum bo-

Dialogos scribit.

nis conseruandis fileamus.

Monialiũ seditio.

Hoc eodem anno seditio maxima excitata est in Pictauiensi Sanctimonialium Monasterio à Crodielde Cariberti, & Basina Chilperici Regum filiabus, quæ, post Radegundis obitum, seueriorem pertæsæ disciplinam Cœnobium egressæ, impunè diutius debacchatæ sunt, rem æquè Politicam, atque Ecclesiasticam perturbantes, atque omnia sus, deque miscentes; vt Gunteranni, ac Childeberti Regum authoritas, ac duplex Synodus ad eas compescendas vix satis fuerint. res fusius à Gregorio Turonensi rerum tunc gestarum inspectore percensetur. *Grego. Tur. l. 9. c. 39*

At non tam harum improbitas scãdalo, quam Iagobertæ probitas exemplo fuit; quæ Cariberti olim Vxor hoc ipso tempore ad Deum migrauit. *Grego. Tur. l. 9. c. 26*

Gaganus Auarũ Dux.

Auares interim, qui Thraciam Gagano Duce (quem Gaianum alij appellant) populationibus infestam habebant, à Prisco trans Istrũ pulsi, quietum Reip. Statum apud Orientem reliquere. Quo tempore Colenduc, inclita apud Persas Fœmina, Martyrium à Magis perpessa est. *Nicephor. lib. 18. c. 31. Euag. l. 6. c. 19.*

Hoc eodem anno, quod quidam ante biennium factum tradunt, Mauritius Theodosium Filium, Augustum appellatum, Imperij Collegã assumit. *Nicephor. lib. 18. c. 25.* Chri.

Nouo excurrente anno pastorali, Ann. ex 594.

ex more, curæ, Gregorius incumbens, multa cum Episcopis transegit, vt ex eius pariter Epistolis edocemur. tum
Grego. l. 3. ep. 30. â Constantina Augusta rogatus, vt sacrosanctum Pauli Apostoli Caput, vel reliqui corporis partem aliquam insigniorem Byzantiũ transmitteret, constanter abnuit, testatus sacras huiusmodi, etiam inferioris notæ, apud Vrbem reliquias, vix impunè aliquem, etiam honoris causa, hactenus contrectasse, ne dum abstulisse, catenę porrò partẽ, quam idẽ Apostolus vinctus gestasset, missurũ se haud grauatè pollicitus est.

Reliquiæ Vrbe non amouẽdæ.

Agitur hoc eodẽ anno Metis apud Gallıam Synodus, à qua Aegidius Rhemẽsis Episcopus, maiestatis cõpertus, in ordinẽ redigitur Basina, ac Crodieldis, quas diximus, alia in Synodo à cõmunione pridem remotæ, Childeberto Rege irrogatam mulctam deprecante, restituuntur. Restituitur & Anastasius Sinaita (Gregorio vita functo)
Euag. l. 6. c. 23. Antiochenæ Ecclesiæ, à qua vndetrigesimum ante annum pulsum memorauimus.

Synod. metẽsis.

Anastasius Sinaita.

Chri. Ann. 595. P. Dia. l. 4. c. 3. Agilulfo Ticini Commorante, Romanus, Patricius Rauennæ Exarchus Romam contendit. inde cum recederet, Perusiam, quæ haud ita pridem in Longobardorum venerat potestatem, Mauritione illorum Duce pollicitationibus illecto, recipit. Perusiæ exemplũ sequutæ Ameria, Tuder, alięque Vrbes

Perusia capta.

nonnullæ ad Romanos pariter defi-
Agilulfi victoria. ciunt. certior de his factus Agilulfus, Perusię in primis ammissionē, seu situs opportunitate, seu opū copia, ac Ciuium, magni rebus suis momenti esse animaduertens, infesto ad eam agmine ipse contendit, obsessamque, haud ità multò post, recipit, Mauritione Authore defectionis interfecto. post hæc Romanum agrum populatus, amissisq. paulò ante Vrbibus facili negocio iterum potitus, Ticinum reuertitur, Gregorio cum Romanis reliquis ita exterrito, vt ab expositione, vt ipse tradit, Prophetiæ Ezechielis, ac concionandi illum munere cessare coègerit. *Hic multa Author, ex eiusdem Gregorij dictis ad Populum Homilijs, de Miserando hoc tempore Vrbis, atque Italiæ totius statu recenset.* Gregorij porrò vigilantia, atque custodia, tum Ecclesiæ reddituum profusione factum, vt Romani à circunstantibus Barbaris tuti esse possent, abundè ipse testatum reliquit, qui se precio salutem Vrbis quotidiè redimere, etiam apud Augustos, queritur. quamquam fuisse Vrbem hactenus Barbaris inaccessam, nō tam humanæ custodiæ, ac largitionibus, quàm diuino Apostolrū Principis patrocinio, tribuendum putat.

Romā terret.

In pr... fat. l.... in E... zech...

ep. 33 & 34 l. 4. ep. 23. l. 7

Io. Byzantij Anti- Ioannes interim Constantinopolitanus Antistes, quem diu iam Ecclesiarum omnium Primatum adipiscendi

di

di cura coquebat, hoc maximè anno (*Oecumenici* vsurpatione nominis) id se per aliorum Patriarcharum, ipsorumque Augustorum conniuentiã obtinere voluisse visus est. id Gregorius haud quaquam contemnendum ratus, literis illum priuatim monitum principio voluit, tum per suũ Byzantij Apocrisarium. his cum se nihil proficere animaduertisset, ad Mauritium ipsum, ac Coniugem scribendum ea de re existimauit, quod summo cum verborum, ac sententiarum pondere effecit ratus, si in his, vt cæteri, abdormisceret, aut cõniueret, fidem haud dubiè se proditurum. Cæterum quod his alijsque in Epistolis Gregorius, vt ab *Oecumenici* vsurpatione nominis Ioannem abduceret nec se, nec Antecessores Rom. Pontifices illud vnquã vsurpasse testetur (quod mirum in modum huius temporis Nouatoribus arridet) *pluribus Author demonstrat Gregoriũ, ac cæteros, licet nomen abnuerint, rem tamen ipsam, hoc est totius Primatum Ecclesiæ perpetuò vsurpasse, ac retinuisse.*

ep. 38. & 39. *l.* 4. *Ep.* 32. 34. *l.* 4. *Greg. zelus. Primatũ amittit.*

Hoc eodẽ anno factum est, vt schismatici Istriæ Episcopi Romam veniẽdi à Gregorio veniam petierint, ac impetrauerint.

Greg. ep. 49. *l.* 4.

Subindè Maximus, qui Salonitanam Ecclesiam Simoniacè inuaserat, Gregorio incõsulto, eãque ob causam ex-

communicatus ab eo fuerat, Augusti opẽ aduersus illum implorauit; à quo tyrãnicè malè parta illi dignitas asserta est. ea super re Gregorius, datis ad Augustã literis, grauiter expostulauit, diuinũ Iudiciũ contestatus. Itaque Maximus Rauennam demum pergere coactus est, coram eius Vrbis Episcopo Marciniano, qui Ioanni successerat, à Gregorio causæ Cognitore electo, causam dicturus. *l. 4. ep. 54.*

Grego. sollicitudo. Ad hæc Sanctus Pontifex Galliæ Episcopos, ipsumque Regem Childebertum, ac Brunichildẽ Matrem, quod eo in Regno in sacros Canones vulgò peccari audisset, ad illorum custodiam sedulo hortatus est. *l. 5. ep. 53.*

Ad Leandrum quoque Hispalẽsem hoc eodem tempore scripsisse cõstat, misisseque ad eum non Moralium tantum Commentariorum libros eidem, vt diximus, inscriptos, sed & alium, quem Regulæ Pastoralis appellat.

Greg. charitas. Porrò cum Anglorum ad Christi fidem conuersionem maximè optaret, captiuos ea ex Gente apud Galliam Adolescẽtes coẽmẽdos studuit, quos, non glebæ, ex more, addiceret, sed in monasterio alendos, ac instituendos curaret. *ep. 10. l. 5.*

Pseudopropheta in Gal. Apud Gallias interim Biturricensis quidam Pseudopropheta præstigijs populum ità dementauerat, vt innumera illum multitudo, quasi cælo lapsum, *Greg. Tur. l. 10. c. 25.*

sum, suppliciter adoraret, errantemque, ac vagum longè, lateque prosequeretur. cæterum cum imbelles sectatores arma capere imperasset, cæsus ipse est, ac tum demum præstigiæ detectæ; Muliercula in primis, quam secum Impostor ductabat, eius turpitudinem, ac dolos demonstrante.

Idē c. 29. Equidem huiusmodi impostura Architectus Diabolus Dei gloriam æmulatus videtur, quam hoc potissimum anno consequutus est ex Sancto suo, qui, & matre Pelagia sancta fœmina vsus administra, ad sublime sanctitatis culmen euectus est: fuit hic Aredius Lemouicensis cuius res gestas Gregorius Turonensis breui cōpendio prosequutus est. *S. Aredius Lemouicēsis.*

Chri. Ann. 596. *Niceph. l.* 18. *c.* 34. At Ioannes Byzantij Antistes, quem, tanto ambitu Ecclesię Primatum quæsisse diximus, hoc demum anno Mauritij Principatus XI. vitæ finem inuenit. hunc quem admodum animi elatio dehonestauit, ita vitæ frugalitas, ac effusa in pauperes munificentia commendarunt adeò, vt ligneo eius lectulo, ex pauperrima supellectili, post illius obitum, inuenta, Augustus ipse, pietatis causa vsus fuerit. *Ioānis obitus, & laus*

Grego. ep. 4. *& seqq l.* 6. *Ep.* 13 Ioanni datus est Successor Ciriacus, qui Episcopalem statim Sedē adeptus, Legatos ad Gregorium cum rectæ fidei professione misit. *Ciriacus Byzantij Antistes.*

Hoc tempore Longobardi Italia ma-

Infœlix Italiæ status.

maxima ex parte potiebantur, vt præter Vrbem, ac Rauennã, vix reliqua in ea esset Ciuitas, quæ Mauritio pareret. Eas Barbari populationibus ità infestas habebant, vt illis auertendis, & captiuis, magna copia, redimendis, sacra subindè vasa essent distrahenda; quod non ipse tantum Gregorius, sed & alij, eius permissu, Episcopi fecerunt. & 34. l. 5.

Grego. Angliæ cõuersionẽ meditatur.

Innumeris, S. Pontifex, his alijsque ex causis, confectus laboribus, ærumnisque, ità animum non despondit, vt, nouum quodammodo complexus Orbem, Angliæ ad Christi fidem traductionem aggredi decreuerit. Augustinum itaque sui Præfectum Monasterij, alioſque nonnullos gloriæ, ac laboris socios eam in Insulã destinat; Galliæ interim Episcopos, ac Reges ad suppetitas Operi ferẽdas etiam, atque etiam hortatus.

Moritur hoc eodem anno Childebertus Regni heredibus Theodorico, ac Theodoberto Filijs relictis, qui cũ Auia Brunichilde Regnum aliquandiu administrarunt.

Augustinus in Angliam Edilbertus Angl. Rex.

Augustinus porrò, ac Socij, post Chri. quam, in Galliam delati, ibidẽ aliquandiu morati sunt, in Angliam demũ perueniunt, atq. Edilbertũ Regẽ adeunt. excepti ab eo sunt perbenignè, permissique Anglis Euangelium annunciare, cibarijs interim abũdè submini-

Ann. 597. *Grego. ep. 59. l. 9 Bed. l. 1. c. 2*

tris.

tis. huiusmodi Regis benignitate naui Agricolæ benè vsi, sacro Verbi semine fœliciter iacto, vberrimam inde messem retulere, quippè nondum anno reuoluto, Angli ad decem ferè millia baptizati sunt. *Anglorũ cõuersio.*

Eodẽ anno, qui Recaredi Hispaniæ Regis XII. numeratur, Synodus Toleti cogitur Episcoporum omnino XVI. *Synod. Toleti.*

Quo tẽpore magnus ille Anachoreta Antiochus centenarius moritur, qui haud ita pridem Legatione ad Mauritium functus, comæ, ac barbæ prolixitate, ac candore, Byzantij Ciuibus spectaculo fuerat. *Antiochus Anachoreta.*

Chri. Ann. 598. Sequẽti anno Priscus Mauritij Dux Barbaros ad Istrum clade maxima affecit. *Prisci Victoria.*

Grego. ep. 9. l. 7. Sur. 2. April. Theodorus autem cognomento Siceota ex Monacho Episcopus, ex Episcopo iterum Monachus fit, vacationem, quam à Metropolitano nequiuerat, ab Augusto consequutus, à quo & Byzantium euocatus, miraculorum editione mire inclaruit. *Theodorus Siceota.*

Per idem tempus Oscensis, in Hispania, Synodus celebratur; ex qua duo non amplius, Canones supersunt. *Synod. Oscẽsis*

Moritur hoc eodem anno (qui Regni fuit tertius, ac trigesimus) Guntetrannus Rex Gallorum religiosissimus,

Chri. Ann. 599. Regno ad Childeberti filios deuoluto. Pax interim cũ Longobardis, Gregorio in primis adnitente, diu cupita,

haud diu duratura, ad biennium com- *Grego.*
ponitur. *ep. 41.*

Sinaitæ obitus. Quo tempore Anastasius Sinaita, Epiſcopus Antiochenus obijt, anno à recepta iterum Sede VI. inter Eccleſiaſticos Scriptores ob egregia literarum monumenta, atque inter Cęli Ciues, ob vitæ ſanctitatem, iure numeratus. *l. 7. & 37. l. 8*

Succeſſor huic datus eſt eiuſdem nominis Anaſtaſius alter, qui rectæ ſtatim fidei profeſſionem, ex recepto dudum more, ad Gregorium miſit; quod ex redditis ab eo literis edocemur.

Synod. Barcinonen-tis. Barcinone interim Synodus cogitur Gregorij, vt videtur, ſuaſu, qui Cyriacum Abbatem in Galliam, indeque in Hiſpaniam miſerat, Reges pariter, atq. Epiſcopos ad ſac. Canonum cuſtodiam hortaturum. *Ep. 48 l. 7. Ro. edit.*

Poſtremus demum huius ſæculi annus funeſtus admodũ Italiæ voluitur; quippè Auares ſimul, ac Sclauini, Romano Imperio ferales Barbari, hoc tẽpore Illyricũ tranſgreſſi, Iſtriam, ac Forũ Iulij peruadũt cædibus omnia, ac rapinis miſcẽt. Res tum accidit memoranda. Romilda Agilulfi Lõgobardorũ Ducis Vxor, Viro ab eiſdem Barbaris interfecto Gagani (quem & Gaianum appellatum diximus) amore capta, eo effrenis Mulier, vt potiretur, infames nuptias Patriæ, ac Ciuium proditione eſt pacta. Vrbe tum potitus Barbarus, Chri. Ann. 600. *P. Dia. l. 4. c. 14.*

Romilda pœna.

Gaganifacinus.

Mu-

Mulierē ita est detestatus, vt, palo per pudenda adacto, eam inseri, tollique in sublime iusserit, ostētui Ciuibus, quos prodiderat, præfatus, huiusmodi eam Coniuge dignam esse.

Filiarū Robatum mildæ facinus.

At quem Mater pudorem ità, vt diximus, pessundedit, Filiæ, astu miro, illi- batum seruarunt. vim quippè Hostium veritæ, crudas pullorum carnes sub mamillis cōdunt, quæ inibi, ex calore, putrefcentes, fœdum odorem haud dubiè ederent. ergò Barbari, vt quisque impudicas, in eas, inijcit manus, odore illo tetro grauiter perculsi, abscedunt; fœminis quoque eius Vrbis reliquis, non sine execratione, præteritis, insitum id cunctis vitium arbitrati.

Nicephl. 18 c. 28.

Mauritij auaritia.

Gaianus post hæc Pānoniam inuadit, Byzantium petiturus; à quo illum consilio vt reuocaret Mauritius, Legatos de Pace ad eum misit, quę tum facili negocio composita fuisset, si, quod Barbarus optabat, captiuos Mauritius, vno quemque nummo, redimere, per summam impietatem, ac dedecus, nō abnuisset. Augusti etenim auaritiam detestatus, non pacis modo conditiones alias reiecit, sed captiuos omnes, furore percitus, interemit.

Gaini Sauitia.

Chri. Ann. 601. *Grego.*

Sexto post Christum natum Sæculo reuoluto, septimus inchoatur, quo tēpore Gregorius, consueto magis, aduersa vtebatur valetudine, cū tamen

haud secius pastoralis curæ, ac vigilan- *ep. 27*
tiæ nihil remitteret. argumento est Sy- *& 38*
Synod. Roma. nodus, quam, vt Monachorum in pri- *l. 9.*
mis quieti in futurum quoque consu-
leret, ex adiacentibus Vrbi Episcopis,
ac Rom. Ecclesiæ Diaconis Cardina-
libus coëgit. Galliæ quoque Reges, *ep. 4*
atque Episcopos, quod sæpè antea, *& seq*
officij admonet, illud præcipuè incul- *l. 9.*
cans, ne, quod prauo receptum vsu
videbatur, in sacrorum collatione mu-
nerũ, atque Ordinum, simoniacè pre-
cium persolueretur; qua etiã ex causa
ad Synodum ea de re cogendam hor-
tatur.

Augustinus interim, qui Angliæ A- *Bed. l.*
postolus iure appellatus est, cum iam *1. c. 2*
Episcopus con ecratus apud Galliam
fuisset, ex socijs duos Laurentium,
ac Petrum remeare ad Gregorium
iubet, ab eoque alios in opus Admini-
Suppe- stros impetrare. his igitur S. Pontifex
tiæ in benigue exceptis, nouo veluti delectu
Angli- habito, auxiliares Augustino copias
am. transmittit in Angliam. horum præci-
pui, ac tanquam Primipilares Duces
Melli- fuere Mellitus, Iustus, Paulinus, ac Rus- *Ep. 43*
tus, ac finianus, quos itidem commendatitijs *& seqq*
Socij. ad Gallos Reges, atque Episcopos li- *l. 9.*
teris Gregorius munit. scripsit quoque
ad Regem ipsum Anglorum Edilber-
tum, qui Christianis iam sacris fuerat
initiatus. tum ad illius Coniugem Al-
dibergam, quæ ex Regia Gallorum
stirpe,

stirpe, Christianã, cum lacte, Fidem, ac mores hauserat. porrò quod in suis ad Regem literis Gregorius illum ad diruenda Idolorũ Templa hortatus fuerat, rè melius perpensa, Mellitum, dum in itinere adhuc esset, literis ad eũ datis admonuit, satius esse, in christianũ ea cultũ, vsumq. verti, ac sanctificari; proindè, vbi primum ad Augustinum peruenisset, ei quoque, vt ex mutato in melius consilio, id præstaret; author esset. *Ep. 71 l. 9.*

Tẽpla Idolorũ sanctificãda, nõ diruẽda.

Hoc item anno Gregorius Synodũ Romæ ex Rom. Præsbyteris, ac Diaconibus, tum ex Episcopis, qui in Vrbe essent, non aliam cogit ob causam, quam, vt Andreas quidam Græcus homo, qui apud S. Pauli Basilicam inter Monachos degens, Impostor detectus esset, ex Synodi sententia damnaretur. Probo autem Abbati de bonis, quæ, ante susceptum Monasticum habitum, habuisset, testandi licentia concederetur. tanti fuit Gregorio aut Monacho pœnam irrogare, aut testamenti factionem indulgere.

Synod. Roma.

Aim. l. 3. c. 87. Hoc eodem anno ciuile inter Francos Reges bellum conflatum est, Clotario Chilperici Filio, hærede autem Gunterãni Patrui, arma aduersus Theodobertum, ac Theodoricum Childeberti patruelis filios inferẽte, à quibus victoria demum stetit.

Ciuile Frãco rũ bellum.

Exacto inducierum tempore, bellum

Bellũ cũ Lõgobardis.

lum iterum inter Longobardos, ac Romanos exardescit. Arnulfus, quem Ariulfum alij dicunt, Gentis Dux, qui Spoleti imperitabat, Romanos ad Camerinum vincit, nec ita multo post moritur. Chri. Ann. 602. *P. Dia. l. 4. c. 5*

Ex reuiuiscẽtis Belli metu, aduersaq. valetudine, curis, vt cũ maximè, confectus Gregorius, Tergestini Episcopi Schismatici, aliorumq. etiã ex Oriẽte Hæreticorũ, catholicæ cõmunioni, restitutione, curarũ pondere haud parũ releuatur. rursum autem Clementij Bizacenæ, apud Africam, Prouinciæ Primatis, aliorumque Antistitum ad se delatis criminibus, deijcitur, quorum cognitionem, belli Classico ipsius auribus abstrepente, alijs Episcopis delegauit. *ep. 54. l. x. & 40 l. xi* *Ep. 33 & 35. l. x.*

Phocas Imp. Mauritij ac Filiorũ cades.

Quod ad Orientis rerum statum spectat; Mauritij Milites, qui ad Istrũ excubabant, hyemare ibidem iussi, cum id ferrent ægerrimè, tumultu excitato, Phocam Centurionem audacissimum, sublatum clypeis, Augustum appellant. Is Byzantium statim delatus, Mauritiũ, cum Filijs tum quatuor, trucidat. illum in suorum, quam inspexit, carnificina, hanc vocẽ identidem vsurpasse tradunt; *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* non alius sanè Augustus, aut maiorem clademdem, aut fortius tulit. ferunt Nutricẽ Filium natu minimum subtraxisse, proque eo suum Tyranno obtulisse; at

Eius pietas.

Mau-

Mauritiũ, re cognita, suum prodidisse. Imperauit annos paulo amplius XV. nulla re magis, quam forti, ac pio vitæ exitu memorandus.

Niceph. l. 18. c. 41. At Phocas Imperio statim potitus, Leontiam Coniugẽ Augustam appellauit, catholicæ quoque fidei confessionem, Ciriaco Episcopo exigente, protulit. cæterũ haud quaquam Mauritij, ac Filiorum cæde exsatiatus, Petrum indè illius Fratrem, Gregoriũ ex Sorore Nepotem: Comentiolũ, strenuum bello Ducem, interemit. Philippicum Sororis Virum, Sacerdotio initiatum, permisit viuere. Theodosiũ, qui, Augustus à Patre, vt diximus, appellatus, missus ad Cosroen fuerat, Nicææ interceptũ, capite & ipsum mulctauit; quod tamen non nisi sequenti anno gestum est. quamquam & diu creditum pro Theodosio alium, ipso nequaquam inuento, interfectum; ex quo crebriores subindè in Tirannum molitiones ortum habuere. illud verò haudquaquam est prætereundum, quo die Mauritij, ac filiorum Byzantij cædes patrata est; fuisse eam Alexandriæ à Dæmonibus, per æneas quasdam statuas, enunciatam.

Phocæ Sæuitia.

Chri. Ann. 603. Rerum, quæ Byzantij patratæ fuerant, nuncio Romam perlato, receptisque noui Augusti, ac Coniugis simulacris, fausta illis omnia, ex more, Romani Ciues precati sunt; post quæ

Gre-

Gregorius, nouo Apocrisario Byzantium misso, Augusto ipsi, ac Coniugi Imperium gratulatus est. At Phocas parto statim firmando Imperio, Legatos de pace ad Cosroë mittit. Is Mauritij beneficiorum memor, Tyrannum detestatus, & pacem renuit, & bellum, quod æquè funestum Rom. Imperio fuit, ac diuturnum, indixit. quo de sæpius deinceps meminisse oportebit. *Ep.* 38 *&* 46. *l.* 11.

Theodoricus frã Rex.

Hoc eodem anno Legatos Gregorius excepit à Theodorico Francorum Rege, ac illius Auia Brunichilde, priuilegia excitatis à se Templis, Monasterijs, ac Xenodochijs expetentibus. 11. Pacem quoque, conciliatore ipso Pontifice, cum nouo Augusto firmare cupientibus. *Aim. l. 4. c. 1 Grego. ep. 8. l.*

Quardo Sęculi huius anno ineunte, Pax iterum cum Agilulfo Longobardorum Rege componitur. quo tempore Rex idẽ mascula est auctus prole, quam Theodolinda Mater, pia mulier, in catholica fide baptizandũ, atque educandum curauit, qua dè re ad Gregorium perscripsit, à quo non officiosum modo responsum, sed munuscula quoque grata, recens nato filiolo, editæque anteà filiæ crepundia, impetrauit. Chri. Ann. 604.

Dispẽsationes ad matrimonia

Concesserat Augustino Angliæ Episcopo Gregorius facultatem indulgendi, siue, vt loquimur, dispensandi nouis ibidem Christianis matrimonia con-

contrahentibus, si quarto, aut, summũ, tertio, non tamen arctiori gradu sanguine, aut affinitate iuncti essent. id vulgatum cum fuisset, quod hactenus intra septimum gradum matrimonia, contrahi nefas esset, Episcoporum ad Gregorium cõsultationes, ea super re, delatæ sunt, ad quas ipse respõdit, nolle se sancita à Patribus abrogare. porrò quæ Anglis ad fidem recens traductis indulta essent, trahenda in exemplum non esse.

Io: Diac. in vit. l. 4 c. 8.

His distentus curis Gregorius, lethali correptus morbo, quarto Idus Martias alienissimo sanè tẽpore extinguitur anno ab inito Pontificatu XIV.

S. Gregorij obitus.

P. Dia. l. 8. c. 68. Isidor. de Vir. Illus. c. 27.

Hoc loco Author, ante quam ad Gregorij successorem accedat, quædam de illius lucubrationibus, & corporis habitu, atque oris recenset. tum, quod pollicitus alibi fuerat, prolixiorem instituit disputationem de vulgato, ac defenso ab aliquibus commento, quo Traiani anima Gregorij precibus ab inferis dicitur reuocata. quam fabulam ita refellit, vt nullus deinceps dubitandi locus relictus videatur. elegantissimam disquisitionem compendio referre incongruum duximus. itaque eam Lector tute consule.

Fabula de Traiani anima.

Anast. Bibl.

Quinque, eoque amplius elapsis mẽsibus à Gregorij obitu ipsis Kal. Sep. Sabinianus eligitur, qui olim Gregorij Apocrisarius apud Mauritium fuerat.

Sabinanus PP.

Obijt

Obijt sub idem tempus, apud Anglíam Augustinus, succeſſore ſibi antea Laurentio deſignato, cũ, haud ita pridem, Mellitus quoque, ac Rusticus Episcopi fuiſſent conſecrati. *Bed. l. 2. c. 3.*

At Phocas, pactis cum Gaiano inducijs, vires in Orientem vertit; nec tantum Corſoen Rom. Imperij fines inuadentem, ſed Narſetem quoque, qui, Edeſſa potitus, rebellauerat, propulſare opus habuit, quod tum minus fœliciter præſtitit, qua ex cauſa Leontium Ducem, ob rem male geſtam, ignominia notatum, gradu mouit. *P. Dia. l. 17.*

Sterilitas maxima.

Sequens annus, ex tranſactæ hyemis rigore inſueto, qui vites, ac ſegetes paſſim ambuſſit, ſterilitatem paſſus eſt maximam, ex qua annonæ caritas, ac dira fames orta eſt, quæ Orbem ferè vniuerſum mirum in modum afflictauit. Chri. Ann. 605.

Patriarchæ Aquilẽſis & Gradẽſis.

Seuero poſt hęc Aquileienſi Patriarcha vita functo, Schiſmate ea in regione adhuc vigente, duo exindè Patriarchæ extitere, Aquileienſis, ac Gradenſis. Erat Gradus exigua Inſula, ab Aquileienſi littore haud longè diſſita, in quam, Barbaris olim ingruentibus, eius Vrbis Antiſtes confugerat, trãſlatiſque illuc eius Eccleſiæ theſauris, ſedem ibidem, veluti in ſuburbana villa, collocauerat. Ea, vt olim Humni, ac Gothi, ita poſtmodum Longobardi haud

haud quaquam potiri valuerũt. itaque hoc tempore Aquileia Barbarorũ sub Ditione cum esset, Gradus Rauennæ Exarcho parebat. quo factum est, vt, Seueri obitu, Agilulfus, per Schismaticos Episcopos, Ioannem; Romanus Exarchus, Catholicis Episcopis suffragantibus, Candidianum eligerent porrò Hic, quique illi deinceps subrogati sunt, Gradenses. Ille, ac Successores, Aquileienses, siuè etiam Foroiulienses, quod eam Prouinciam non rarò incolerent, appellati sunt. quæ necessariò fuerunt explicãda, nè rei ignoratione, quod multis. contigit, Lector veluti in tenebris coecutiret.

Moritur inter hæc Sabinianus, Pontificatus sexto nondum mense exacto. *Sabiniani obitus.*

Quod ad res spectat Orientales, Phoca, non tam de Persarum armis, quam de Narsetis proditione sollicitus; impunè illos debacchari sinens, Hunc totis viribus adoritur. cæterum aperto illum Marte vincere cum nequiret, dolis aggreditur. itaque sub sacramenti, semel, atque iterum interpositi, religione, oblata homini venia, hac simulatione in potestatem receptum, per summam perfidiam viuum igni tradidit. *Phocæ perfidia.*

Chri. Ann. 605. Anno ferè integro à Sabiniani obitu exacto; Bonifacius, qui & ipse Apocrisarij munere functus apud Phocam fuerat, Rom. Pontifex renunciantur. *Bonif. Rom. Pont.*

Ac-

Accidit hoc ipso tempore, vt Constantina Mauritij Vxor, Filiæque eius tres, quæ hactenus Tyranni manus effugerant (Germano Patricio, qui Imperio inhiabat, id agente, quo Populi tumultus excitaretur) maximum in Templum confugerent. eas indè extrahere Tyrannus cum vellet, Ciriacus Patriarcha acerrimè restitit. quãquam verò ille vim metuens adhibere, ac proindè ex more, dolos respiciens mulieres, vt libuit, in sua habuit potestate, sub iurisiurãdi religione sponte in monasterium migrare adactas; ira haud secius in Ciriacum exarsit, quodque tũ valuit, Oecumenici vsurpatione nominis illi interdixit alium à Romano Pontifice, appellari hoc nomine in posterum haud quaquam sinens. Hic plausus excitant Nouatores, quasi tum primum Romana Sedes Primatum adepta sit, & Tyranno quidem nefario indulgente. *Hos puerilitèr, exultantes, hoc loco, vt alibi, egregiè Author castigat; quos alij quoque ante illum, in primis autem Remundus Rufus Gallus Author in luculentissimo de Rom. Ecclesiæ Primatu aduersus Molineum Commentario coarguerat.*

Rom. Pont. Primatus.

Ciriacus porrò ea ex Phocæ sententia, animo mirum in modum deiectus, haud ita multo post, mœrore cõfectus, obijt, successorem nactus Thomam

mam Diaconum, qui Magni Templi fuerat Sacellarius.

Anast. Subinde Bonifacius Synodo Episco- *Synod. Roma.*
porum amplius LXX. apud Vaticanum coacta, decreto iterum sanxit, ne, viuente adhuc Pontifice, de Successore ageretur; quo nefariæ deinceps molitiones sublatæ sunt, Synodi huius, vt reliqua huius Pontificis acta perijsse dolendum est. quamquam non
Chri. multa in perbreui Pontificatu statuisAnn. se par est credere; quippè, nouem *Bonif.*
607. nondum mensibus exactis, obijt; cui *III. obitus.*
eiusdem nominis Quartus decem fere post menses, subrogatur. *Bonif.*

Diuturniora, per hæc tempora, pon *IV. succedit.*
tificia cur essent interregna, noscere si quis cupiat, id ab Augustorum ex oriente consensu expectando accidisse sciat.

At nouus Pontifex propensiorem in se, ac Rom. Ecclesiam Augustum nactus (quod nemo Antecessorũ tentare est ausus) Pãtheon Agrippæ opus, quod adhuc miraculo est celeberrimum Romæ Delubrum Vindici Ioui, Diuisque reliquis olim dicatũ, solemni ritu Deiparæ Virgini, ac Sanctis Martyribus consecrauit. *Pãtheon Deipara consecratũ.*

P. Dia. l. 17. Hæc inter Byzantij nouæ à Tyranno Tragœdiæ exhibentur. Theodosium Mauritij Filium quem in Persidẽ profieiscentem Nicææ diximus interceptum, adhuc viuere mendax fama *Nouæ Byzãtij tragœdiæ.*

vul-

vulgauerat. Ea grauiter commotus Phocas, Iuuenis Matrem, ac Sorores, quas in Monasterio tutò futuras, iure-

Phocæ Sæuitia.

iurando fuerat pollicitus, extractas indè, eodem, quo Mauritium, loco misere iugulauit, vt infœlices Fœminæ, ad cladis cumulum, demortuum Filium, ac Fratrem coactæ sint agnoscere parricidam. ad hæc nobiliores quosque suspectos habens, ex his complures morte mulctauit, innumeros diuturnioris pedore carceris extinxit. cõstat sanè horum condicionem misertam Matronam nobilem hoc tempore ædes suas Constantiniano carceri amplificando, qui nullum hactenus incrementum acceperat, concessisse.

Persarũ Victoria.

Persæ interim inferiorem, ac superiorem Syriam nullo obsistente populati sunt. Quo tempore Augustus aduersa tentatus valetudine, sanctum Virum Theodorum Siceotam accersiri iussit, à quo, & morbo solutus, & à sæuiendi libidine deterritus est. Chri. Ann. 608. *Cedr.*

Verum homo sæuus ad ingenium statim redijt; sequenti quippè anno nobilium Virorum Carnificina instaurata est, ità, vt Crispus Augusti Gener, & ipse in discrimen nuper adductus, in Soceri caput coniurare coactus sit, cuius tamen molitiones non nisi post biennium in lucem prodiere.

Persarũ Victoria.

At dum Phocas domesticis intentus cædibus, Reip. curam negligit,

Persæ,

Persæ, post Syriam superiorianno impunè direptam, Chalcedonem vsque progressi, Armenia, Cappadocia, Galatia, ac Paphlagonia potiuntur.

Exindè, Thoma Byzantij Antistite vita functo, Sergius sublegitur. Hic ex optimo, qui tum erat, pessimus postea factus est, Author, & Dux Monotelitarum, de quo deinceps dicendum erit. *Sergius Auctor monotelitarũ.*

Moritur hoc eodem anno Eulogius Patriarcha Alexandrinus, ad quē permultæ Magni Gregorij extant Epistolæ, quo cum, ex morum similitudine, arctissimo amicitię vinculo iunctus fuerat. huius præclara etiam fuisse literarum monumenta, quæ non extant, ex Photij in primis Bibliotheca edocemur. hunc Theodorus sequitur biennio, non amplius, superstes.

Chri. Ann. 608. Cedri.

Chri. Ann. 609. Iudæi Antrochiæ, qui magno ibidē erant numero, Anastasio Patriarchæ infensi redditi, illum, facto in ædes impetu, trucidant: cadauer, pudendis, per summam ignominiam exsectis orique insertis, in Forum trahunt: ad hæc Ciuium cōplures, aut extra domos iugulant, aut cùm domibus incēdunt. Re ad Phocā delata, eius iussu Bonosus Oriētis nuper Comes delectus, qui in Persas cum copijs properabat, in seditiosos mittitur, à quo abundè pœnæ de noxijs sumuntur. *Nicephl. l. 8. c. 44.* *Iudæorũ seditio.*

Nec lætiores interim Byzantij res erant, cum etenim Augustus circenses spe- *Cades Ciuiũ Byzãt.*

spectaret ludos conuicijs appetitus, promiscuè fontes pariter, atque insontes abtruncari à militibus iubet. tum alios permultos, insignes pleroſque Viros, qui eius in Hippodromo occidendi consilium inierant, supplicijs afficit.

Hoc tempore Gallia Ciuili ardebat bello: Italia sub Longobardorum gladio gemebat: Africa, Heraclio Authore, ac Duce, bellum aduersus Phocam moliebatur. cæterum Annum à rerum Ecclesiasticarum narratione vacuum cogimur præterire.

Synod. Romæ. Itẽ Toleti. Gũdemarus Hisp. Rex. At non perindè subsequentẽ, quo, Mellito ex Anglia Romam reduce, Synodus à Bonifacio de rebus Anglicis acta Romæ est. Toleti quoque coacti Hispaniæ Episcopi sunt Gundemaro Rege id expetente. Chri. Ann. 610. *Bed.* 2. c.

Io: Eleemosinarius Hic Vuiterico succesſerat, is autem alteri Liubæ, quem Recaredus præcesserat. Eodem hoc anno Ioãnes cognomento Eleemosinarius Alexandrinæ Ecclesiæ præfectus est. *de quo plura hìc Author ex Leontio, qui res ab eo preclarè gestas scriptis mandauit.* *Apud Sur.* 23. Iã

Quod ad politicum rerum statum pertinet memorabilis hic annus est Phocæ Tyranni cæde, Heraclij ad Imperiũ euectione. Is classe ex Africa, vbi à militibus Imperator fuerat appellatus, Byzantium delatus, Tyranno, nauali prelio, superato (cum iam animos, qui illum *Nicep. ph. l.* c. 26.

Heraclius Imp.

illum oderant, resumpsissent) nullo obsistente, omnium cum plausu rerũ potibus est. Photinus tum quidam, cuius Vxor stuprum passa à Tyranno fuerat, Regiam cum militibus ingressus, Solio illum detractum, ac purpura exutum, ad Heraclium ducit; qui eum intuitus, *siccine*, inquit *Remp. administrasti?* at ille, ferociam vtcumque reretinens, nec pristinæ omnino oblitus fortunæ; *tuum*, inquit, *erit eam rectius administrare*. tũ Heraclius iubet manus illi primò, tum pedes, mox humeros, dein pudenda, caput demum amputari, reliquum milites cadauer in Foro exurunt. porrò Crispus Tyranni Gener, qui Heraclium in adipiscendo Imperio adiuuerat, Cappadociæ ab eo Præses est factus. cæterũ cum occultæ in Augustum molitionis cõpertus esset, in ordinem redactus, atque in Clericum attonsus, solum vertere coactus est.

miseræ Phocæ conditio.

Theod Balsa. in Cã. 13. Basil. ep. ad Amphil Chri. Ann. 611.

Illud de Phoca haudquaquam silendum est, optasse illum, quò milites audaciores redderet, lege per Sacerdotes statui, vt qui in bello occubuissent, vti martyres colerentur. hos tamen constantiores reperit, quam vt impio Principi blandiri voluerint in re nefaria statuenda. Persæ interim victorijs assueti; Cæsarea amplissima Cappadociæ Vrbe potiuntur, predam indè ingentem, ac captiuorum numerum

Phocæ cupido

pœnè innumerum abducunt.

Quo tempore Eudocia Heraclij Vxor Filium peperit eiusdem cũ Patre nominis, quem & Constantinum appellarunt. porrò ipsa, haud ita multo post, morbo decessit.

At res hoc anno apud Occidentem gestæ obscuræ omninò, scriptorum inopia, remanserunt.

Rom. Imperij clades.

Vix dum Persæ victorijs exsatiati, ac prædis, arma posuerant, cum Sarraceni omnia flãma, ac ferro vastarunt; dum Hæraclius Epiphaniã filiam, præpostero in eam studio, Augustam appellatam, à Sergio Patriarcha coronandam curabat. quod ipsum rectius cum filio recens nato mox præstitit. Chri. Ann. 612. *Theoph. in Heracl.*

Quo tempore Gallorũ Rex Theodoricus Tyrannũ per omnia referens, corradendæ in primis pecuniæ intentus erat. itaque B. Columbanum, qui tum clarus eo in Regno habebatur, seueriorem scelerum obtrectatorem, ac vindicem expertus, Regno pellit. at is tyrannidem, Regis morte, propediem desituram, Clotarium Gallia latè potiturum, palam prædixit. cæterũ Columbani res præclarè gestas nosse siquis cupiat, Ionam eius vitæ scriptorem apud Bedam consulat.

B: Colũbanus. *Ion. in vit. a[pud Be]dam.*

Annum à consuetis excursionibus Persæ desiterant, cũ iterũ, pristino ex more, Syriam inuadunt, Damascũ Regiam Vrbẽ capiunt, ac fœdè diripiũt. Chri. Ann. 613.

At

At Heraclius quasi nondum satis prouocatus, alia omnia, quam iustam interim vltionem meditatur. quippè hoc ipso tempore nouo sibi coniugio Martinam Neptem, incestis nuptijs, copulauit, Sergio illas Patriarcha, christiano ritu consecrante, non modo, quod eius erat muneris, non obsistente. *Heraclij incesta nuptia*

Hic idem annus est, quo Theodobertus Rex Gallorum à Theodorico Fratre victus, captusq. Clericatu tum quidem initiari coactus, verum haud ita multò post, per summum nefas, interemptus est. ferunt B. Columbanum antequam postremùm cum Fratre confligeret, Theodobertum adiuisse, eique, vt Clericus fieret, suasisse. id cum ille, quique cum eo erant, risu excepissent, Sanctus Vir, quod sponte nollet, inuitum facturum prædixit. *B. Colũbani prædictio.* *Ion. in vit.*

Hoc pariter anno, qui Regni fuit sextus, ac quinquagesimus, Rex Anglorum Edilbertus moritur, Eadualdo Filio degeneri hærede relicto, qui ad Idololatriæ scelus, & Christianorum vexationem illud addidit, vt Nouercæ nuptijs pollueretur. auxit Christianæ rei ea in Insula iacturam Sabareti quoque Orientalium Saxonum Regis obitus, qui, Christianus cum esset, Filios tres antiquæ cultores superstitionis reliquit. itaque Mellitus, & Iustus in *Bed. l. 2. c. 5.* *Edilberti obitus.* *Sabaretus.*

Galliam secedere coacti sunt.

Cæterum Edilberti filio, quem diximus, præter spem omnem Christi fidem amplectente, collapsa Anglicana Ecclesia, magno Dei beneficio, restituta est, cum iam Laurentius quoque fugam in Galliam meditaretur. itaque, & qui iam abierant, Mellito, ac Iusto, post annum reuersis, Christiana apud Angliam fides maiora in dies incrementa est consequuta. Chri. Ann. 614.

Bonif. PP. obijt. Obijt hoc anno Bonifacius Pont. cui mense ferè sexto Deusdedit subleg itur.

Deusdedit succedit. Exindè Theodoricus, veneno ab Auia Brunichilde propinato, seu quod alij tradere videntur, fulmine ictus, interijt. eius Regnum Brunichilde tum quidem adnitente, Sigebertus Filius adeptus est; de quo illud traditur memorabile, cum Fridiburgæ Gunzonis Ducis Filiæ nuptias Regia esset pōpa celebraturus, illa, Templum ingressa, regali ibidem amictu depositō, Sanctimonialis habitum sumpsit Regem obtestata, vt se voti compotem fieri permitteret: ille, pro insita pietate, diuino eam Sponso, haud grauatè, cessit. cæterum præclaræ indolis Adolescenti Theodorici Patris, Brunichildis Proauiæ scelera obfuerunt; haud etenim ità multò post à Clothario acie victus, captusque, cum Fratribus alijs quatuor, ipsaque pariter Proauia interimi- *Aim. l. 3. c. 100. Sur. in vit. S. Gall. 16. Octobr.*

Fridiburgæ facinus.

Aim. l. 4. c. 1.

rimitur. hæc autem vt, non vulgarium criminum, pœnas lueret non vulgares, Victoris iussu, seditiosè etiam cunctis expoſcentibus, principio ignominiæ causa Camelo impoſita, ad Populi ludibrium circũducta, denique ab equis in diuersa incitatis fœdè diſcerpta est: seu, quod alij tradunt, ferocientis equi caudæ crinibus subligata, calcibus ab eo ad lassitudinem appetita, tum per Vrbem tandiu raptata est, dũ fatiſcentibus paulatim membris, soloque hærentibus, moleſto equus pondere leuatus est; Fœmina regnandi cupidiſſima, cuius opera, aut consilio, præter alios innumeros, decem Reges fuisse extinctos fama erat. Ex Gallia Orientis luctus nos reuocat, vbi Rex Cosroes Syriam iterũ inuadens, post alias Prouinciæ Vrbes, Hieroſolymam expugnat: Christianos captiuos magno numero (nonaginta amplius millia fuisse tradunt) Iudæis diuendit, à quibus non seruitutem seruire, sed dira supplicia subire miserabiliter coguntur. Zacharias Vrbis Præsul cum Templi gaza in Persidem aductus, Crux ipsa sacrosancta, veluti opimum spolium, ablata est.

childis *exitus horrẽdus.*

eius scelera

Hierosolima capta.

Crux ablata.

Leont. in vit. apud Sur. Enituit hoc tempore Ioannis, quem diximus, Alexandrini Antistitis charitas, & effusa in omnes munificentia; siuè in profugis Hieroſolyma, ac Paleſtina vniuersa Ciuibus alendis, siuè

in captiuis redimendis. defleuit huiusmodi Hierosolymitanum excidiũ, veluti alter Hieremias, Antiochus Monachus Palestinus, cuius opus sunt centum vndetriginta, quæ extant, homiliæ.

Antiochus Monachus.

tom. 2. bibl. sãct.

Satis constat barbarum Regem ità fuisse reueritũ salutis nostrę tropheum, vt nec ausus fuerint ab ipsa, qua claudebatur, theca signaculum amouere. illud porrò admirabilius; quemadmodum etenim, qui eadem pependit in Cruce, tum victor extitit, cum victus morte obita, visus est, ita Crux ipsa, cum à Victore est capta, Victorẽ ipsum tum vicit, & Christianum Populum ab assiduis demum cladibus liberauit.

Suid. in Heracl.

Adoin Martyrol. 14. Sept.

Crucis virtus

Sisseb. Hisp. Rex.

Hoc tempore Sisebutus, qui quartum iam annum in Hispania regnabat, Iudæorum sexaginta millia, quà blandis monitis, ac suadelis, quà exilio, minisque alijs intẽtatis, ad Christi Fidem traduxit. eundem in Iudæos zelum Heraclium quoque postea habuisse constat, qui & edictis illos ad perfidiam deponendam vbique compulit, &, idem vt præstaret, author Dagoberto Clotharij Filio Gallię Regi fuit. hoc idcirco ab Heraclio præstitum quidam tradunt, quod in fato esse percepissет, fore, vt Romanum olim Imperium à *Circumcisis* esset occupandum. quod sanè vaticinium, quale-

Isidor. Chrõ.

Vaticiniũ de circũcisis.

cum-

cumque in Sarracenis postmodùm, ac Turcis, & ipsis circumcisis, impletum vidimus. cæterum suadendam potius Infidelibus Religionem, quam imperandam, Patrum, ac sacrorum Canonum authoritate, ipsoque vsu compertum habemus.

Chri. Ann. 615. Altero à captis Hierosolymis anno, Cosroes Ægyptum inuadit Lybiam indè, Cartaginem vsque, populatur, ingentemque indè prædam, & captiuorum numerum abducit ad Ægypti, ex Persarum incursione, cladē, eam quoque additam hoc tempore tradùnt; Nilus ex consueto haudquaquā exundauit, ex quo mira annonæ caritas sequuta est; quæ Ioannis Patriarchæ largitatem magis magisque commendauit.

Nilus nō exūdat.

ānonæ ĭdè caritas.

Leont. in vit.

Nec satis visum est diuinæ in mortales vltioni, vt tot cladibus Orìens subiaceret. hoc quippè anno Occidentalis quoque, quod reliquum Imperij erat nutare cœpit, Ioanne Neapolitanæ Vrbis in Italia Præfecto rebellante, à quo Ioanni Exarcho illata mors est, tyrannidis rudimentum. ad hunc porrò debellandū missus ab Heraclio Eleuterius nouus Exarchus, post vltum, Tyranni morte, Antecessorem, in Tyrannum ipse erupit, quod tamen non nisi post quadriennium factū est.

Anast. in Deusd.

Tyrānni in Italia.

Infaustus pariter hic annus Italiæ fuit ob vehementes, quibus concussa

est, terremotus, sequutāque indè elephantiæ vulgarem luem, tum verò accidit, vt S Pontifex Deusdedit, dum huiusmodi morbo laborantes inuisit, ex his vnum, in quo Christum agnouit, deosculatus, diuino miraculo, morbo liberum statim reddidit. *Marlyrol. 8 Nou.*

Deusd. Papæ miraculum

Clotharius interim totius feræ Galliæ Imperio potitus, sanctiores quosque Regni Viros Episcopos in primis, impensè coluit atque in consilia adhibuit; de quo illud traditur scitu perjucundum, cum campanæ sono, quæ in D. Stephani templo apud Senones erat, fuisset delectatus, Parisios eā transferri iussisse; id cum ægrè ferret Sanctus Senonensium Episcopus Lupus, Campanam pristinum sonorē amisisse. quod cum Rex animaduertisset, eam, vndè ablata fuerat referri, imperasse. mira res: vbi primum ad Pontem Senonicum est ventum, pristinus ei sonus est redditus, qui à septimo vsque milliario auditus in Vrbe est. ex quo constat campanæ in Templis vsum, quemadmodum non, vt hodiè, frequentissimū, ita alicubi iam tum fuisse. *Sur. in vit. S. Lup. 1 Sept.*

Cāpanæ vsus.

Hoc item anno mirificus ille Dei cultor Columbanus Regum scelestorum terror, ac vindex, moritur IX. Kal. Decembris, quo die annua eius memoria ab Ecclesia recolitur. *Ion. in vit.*

S. Colūbani mors.

Chri. Ann. 616.

Exindè moritur Rex Longobardorū Agilulfus vbi annos regnasset XXV.

Ada-

P. Dia. l. 4 c. 5. de gest. long.

Adaluualdo filio sub Theodolindę Matris tutela relicto.

At Persæ, Carthaginem superiori anno frustra tentatam, iterum adorti, vi capiunt, captamque diripiunt Heraclio interim obdormiscente, & filijs tantum prouehendis intento; nam & Maiorem natu hoc anno Consulem, & Minorem, ex Martina genitum, Cæsarem appellat.

Carthago à persis capta.

Porrò quod Zacharia, vt diximus, in Persidem abducto, Hierosolyma Pastore esset destituta; Modesto Monasterij cuiusdam Præfecto ea administratio demandata est. Is non quæ ad animarum tantum curam spectare videbantur, strenuè peregit, sed, alter veluti Zerobabel, instaurandis quoque Vrbis Templis Persarum irruptione incensis, aut dirutis, operam impendit, vt mirum visum sit rem tantam a Monacho animo concipi, ne dum opere impleri potuisse.

Chri. Ann. 617.

Post hæc tertio Pontificatus anno moritur Deusdedit, ob vitæ sanctitatem inter cæli Ciues Ecclesiæ consensu, adscriptus, cuius rerum gestarũ memoriam scriptorum inopia intercidisse, iurè dolemus. Huic post sexquimensem successor datur Bonifacius hoc nomine quintus.

Deusd. Papæ mors.

Bonif. V.

Quo tempore Eleuterius, quem diximus, Italiæ Exarchus, tyrannide arrepta Regioq. nomine assumpto, Romam

Eleut. Tyrannus.

mam dum pergit, à militibus interficitur, caput Byzantium ad Heraclium mittitur.

Synod. Matiscone. Cogitur hoc anno Matiscone Synodus ad Eustasij causam disceptandam, qui B. Columbano in Luxouiensis Monasterij administratione subrectus fuerat, in quem, liuore quidam ducti, multa sese obiecturos pollicebantur; quamquam, non tam Hominem, quam vitæ institutum à Columbano traditum impugnabatur; vitio etenim illi dabant comæ, præter aliorum morem, præcisionem: Crucis signi crebriorem vsurpationem: orationum, ac Collectarum, in Missis celebrandis, multiplicationem, & huiusmodi alia, quæ, vt tum quidem non improbata, ita postea vsu ferè vbique inter Monachos recepta, Ecclesiæ assensu probata sunt, quicquid oblatrent nostrates etiam Nouatores.

Ion. in Eust. apud Bed.

Calũnia in Monachos.

Exinde nouã Augustus ad Cosroẽ Legationem instituit, antiqua in ipsum collata beneficia in memoriam reuocans, cum, Regno profugus, Mauritij Benignitate, magnaque impensa est restitutus, aliaque his persimilia addens, quæ naturæ legibus parentem hominẽ mouere ad concordiã potuissent. cæterum apud elatũ victoriis Barbarum habere locum ratio nulla tum poterat. ferunt inter iniquas Pacis conditiones eam primam præscripsisse, vt Heraclius,

P. Diac. l. 18.

Cosrois arogãtia.

clius, cunctique Rom. Imperio subditi mortales, Christi fidem desererēt, Persarum susciperent Religionem; quo haud dubiè Rex impius diuinam in se iram conciuit, non tantum Heraclij animum, ob Legatos contemptui habitos, dimissosque, ac sacrilegam optionem, excitauit.

Ion. in Eust. apud Bed.

Chri. Ann. 618. Bed. l. 2. c. 8.

Iam verò de Angliæ rerum statu certior Pontifex Bonifacius factus, gratulatus per literas Iusto, qui Roffēsis erat Archiepiscopus, Palliū, eidem plenitudinis signum potestatis transmisit.

At Rex Auarum Gaianus, quo de sæpius iam meminimus, Heraclio sub Pacis nomine decepto, ipsa Vrbis Regiæ suburbana impunè est populatus.

Nouel. 2. l. 2.

Edidit hoc ipso tempore Augustus sanctionem Sergio Antistite exigente, ne quis, nisi in defuncti locum, Clericus fieret. hoc ideo sancitum constat, quod, crescente in dies illorum numero, ijs alendis Ecclesiæ redditus haud suppeterent.

Sãctio de Clericis.

Dia. 18.

Chri. Ann. 619. Isidor. Chrõ.

Sisebuti Hisp. Regis anno IX. Hispalensis Synodus, quæ & Spalēsis appellata est, celebratur, in qua Ecclesiarum complurium controuersiæ per Sessiones singulas fuerunt compositæ. nec ità multò post Rex ipse Sisebutus moritur, pietate, ac munificentia eximius, bello quoque strenuus, cui Recaredus tenellus filius hæres extitit; quo

Synod. Hispalensis.

Sisebuti obitus.

Recaredus.

quo pariter post sex, non amplius, mē-
Suin- ses sublato, successit Suintilla. Hic, pul- Chri.
tilla. sis qui Rom. Imperij nomine aliquot Ann.
ea in prouincia adhuc Vrbes tenebāt, 620.
Hispania vniuersa potitus est. sed hæc *Cedr.*
ad sequentem annum spectant, quo
Heraclius, inita cum Gaiano Pace, ad-
uersus Cosroem exercitum conscri-
bit, totusq. in Persica expeditione est,
pecunia ab Ecclesijs mutuo accepta,
sacris insuper earū donarijs, vasisq. cō-
flatis; neque id Byzantij tantū, sed per
vniuersas Rom. Imperij ditiones factū,
Quæstoribus ad hæc dimissis, constat. *apud*
venit itaque Alexādriam Nicetas Pa- *Surd.*
tricius V.C. pecuniæque vim non mo- *23. Iā.*
dicam ea ab Ecclesia recipit Ioanne
Antisite, vt non repugnante, ità, quod
pauperum esse diceret, nequaquam
ingens exibente. res tum accidit memorabi-
miracul̄. lis. allatæ ad Ioannem eo ipso tempo-
re mellis amphoræ aliquot, in eius
ædes statim inuectæ, pro melle au-
rum habere compertæ sunt. quo,
Nicetas, cognito, non ablatam mo-
do pecuniam reddidit, sed ex suo
insuper auri libras CC. elargitus est.
cæterum cum, ad Heraclium profe-
cturi ambo, apud Cyprum Insulam
Io: Ele- excendissent (ex qua Ioannes ortum
emosi- ducebat) is, ad cælestem hinc Regem
narij o vocatus, occubuit. Chri.
bitus. Duodecimum Heraclius Principa- Ann.
tus agebat annum, cum in Persas de- 621.

mum

Misce. & Cedren.

mum proficiscitur. sub discessum Sergium Patriarcham alloquutus, *in Dei, inquit, ac Deipare, tuisque manibus hanc Vrbem, ac Filiũ relinquo meum.* tum Christi sacrosanctã Imaginem nõ manu factam, qua de sæpius meminimus, præferens dextra, militibus, sacramento interposito, pollicetur, filiorum in posterum eos se loco habiturum.

Persidica expeditio

Erat Persarum Dux Saes instructis cum copijs non longè à Chalcedone. Is igitur spe pacis facta, Heraclium in colloquium inuitat, Legatosque ad Cosroem vt mittat haud ægrè persuadet. at Rex Barbarus Legatis receptis, eos in custodiam tradit: Soem Ducem, quod Augustum alloquutus, illum non cepisset, ad seque vinctum non transmisisset, detracta cute, supplicio immani afficit; tantus fuit hominis tumor, qui iam se non Christianos tantum, sed ipsum Christianorum Deum vicisse gloriabatur.

Cosroes Persidia, ac fastus.

Heraclius spe pacis omni abiecta, Cappadociam, atq. Armeniam petit: cumque illum Cosroes ibidem Hyematurum crederet, deflectit in Persidem: hostiles copias, quæ ipsius vestigia sectabãtur, velitationibus vbique fundit, fugatque: tum, exercitu ad hyberna in Armeniam dimisso, Byzantiũ ipse reuertitur. nec alia cum Persis hoc anno ab eo gesta referuntur.

Heraclius prospere pugnat.

Tran-

S. Anastasius mart.

Transfugerat ad Romanos Anastasius Persa, hoc post Baptismum nomine appellatus, cum antea Magundat vocaretur. hic postea insigni Edessæ martyrio est coronatus; hoc verò tempore, non Christi tantum fidem, sed monasticum quoque institutum amplexus est. *Sur.* 22. *Iã.*

Iam verò hyeme transacta, Armeniam Augustus repetit; dein' Persidem infesto milite inuadit. At Cosroes ille non terræ tantum, vt sibi videbatur, sed Cæli quoque Victor, qui in Gazacote erat Vrbe, cum armatorum millibus non minus XL. Heraclio aduentante, fugam turpissimam capessit in Mediam. Vrbe itaque potitus Cæsar, in qua Cræsi thesauros fuisse memorant, hostem insequutus, obuios quosque cædit, aut latè disijcit. ex his millia quinquaginta āplius capit, quos tamē, clementia vsus singulari, liberos actutum dimittit. tum verò assequi se Hostem posse alieno anni tempore desperans, in hyberna iterum exercitum abducit. Chri. Ann. 622.

Cosroes turpiter fugit.

Heraclius captiuos dimittit.

Interim Cosroes resumptis vtcumque animis, ac viribus, copias trifariam diuidit, harum Ducibus, vt Romanos circũuallatos adoriantur, præcepit. horum duo, alio non expectato, ne cum eo certam, vt sibi pollicebantur, victoriam communicarent, ac prędam, cum Romanis confligunt, ac Chri. Ann. 623.

tur-

turpiter vincuntur. præstò statim fuit exercitus pars reliqua: ab ea, cum alijs ex fuga retractis, prælium atrox instauratur, à quo Romani haud secius victores recedunt, hostibus ad internecionem cæsis. nec plura hoc anno ab his gesta narantur. *iterũ atq. iterũ vincit.*

Chri. Ann. 624. Subit annus Persici belli quartus. Romano militi superioribus laboriosior, quo, Euphrate superato, Sarum inde Fluuium transmisit. hìc dum quietem capere se posse putat, adesse Hostem, ac pontem subire sensit. tum Heraclius, vt in re trepida, suos ad prælium hortatus, primus ipse ponti, ab hostibus iam infesso, succedit, quo loco singulari eum certamine excipit enormis proceritatis Miles Persa: at verò Heraclius gygantæa hominis specie ità non est territus, vt illum, non vno confectum vulnere, in amnem deturbauerit. qua re cecidere Hostibus animi, vixque ad fugam vires superfuere. *Euph. trãsit. Gygãtẽ singulari certamine vincit.*

Mellitus interim Dorouernensium apud Angliam Episcopus Vir apostolicus, mortalis vitæ iactura, immortalem recipit, ab Ecclesia quoque in sanctorum numerum receptus. *Marty rol. 24 Maij.*

Chri. Ann. 625. *Theoph. & Cedrẽ.* At Cosroes alia se ratione bello superiorẽ fore desperans, illud in Romanum solũ transfert, Sclauinis, ac Bulgaris, alijsq. à Septemtrione, Barbaris, in Heraclium sollicitatis, Gaiano in primis quocum Heraclius fœdus pepigerat *Gaiani perfidia.*

gerat, cui & filios, & Romani tutelam Imperij reliquerat. ergò Rex perfidus, collectis ex suis, ac Barbarorum natione reliqua exercitu formidando, Byzantium delatus, Vrbem terra, marique obsidet, dū interim Sambaras Persarū Dux Chalcedonem ex aduersa maris parte acriter oppugnat, vterque tamē in cassum obnitens. quippè, vtraque classis ventorum impetu, terrestres copiæ, intestinis discordijs, periere. Deipara Byzantiū liberat. Deipara, haud dubiè, cuius se, post Deum, tutelæ Byzantij Ciues crediderant, opem ferente, quam & ex Vrbe in sua properantem castra obsidentes Barbari conspexere, & Heraclij Coniugem rati, quæ ad Gaianum de Vrbis deditione accederet colloquutura debito Augustæ honore prosequuti sunt. Persæ quoque Chalcedonis obsidionem, in longius tractam, demum soluerunt.

Heraclius porrò eisdem quibus Hostis, artibus vsus, excitos ab Caspio Gazaros, qui nunc Turcæ sunt, à tergo in Hostem immittit; sed hæc ad sequentem potius annum spectant. *Bed. l. 1. c. 10.* Gazari hodiè Turca.

Eduinus Angl. Rex. Hoc tempore Eduinus Borealium Anglorum Rex Edelburga Christiana fœmina, Edilberti olim filia, Vxore ducta, Christiana & ipse postea suscepit sacra, Paulino, quem vna cum Mellito, ac Iusto subsidio in Angliam missum à Gregorio diximus, instituente. Regios

gios Coniuges literis, *quæ hic recitantur*, ac muneribus prosequutus hoc anno est Bonifacius Pontifex, qui haud ita multo post viuere desijt pontificatus anno VIII. rebus ipsius gestis obliuione, æquè, ac Antecessoris, sepultis. *Bonifacij PP. obitus.*

Chri. Ann. 626. Sex fere post menses successor Bonifacio datur Honorius, qui diuinum in Templis cultum mirificè auxit. *Honorius succedit.*

Heraclius Turcarum, quos diximus, forti, fidaque vsus opera aduersus Persas, hyeme ingruente, ab eis deseritur. quorum insperato abscessu ità animũ non despondit, vt non longè positas hostiũ copias aggredi alieniſſimo anni tempore non dubitauerit. prælio itaq. audacter inito, paucis admodum ex suis amissis, insigni victoria potitur, quam fœliciter statim prosequutus, Cosroem longius aufugere, regias, quas incolebat, Villas, regia refertas supellectili, Romano militi cedere compellit. *Heraclius à Turcis deseritur: iterũ vincit.*

Per idem ferè tempus Anastasius Persa, quem, post receptam Christianam fidem, Monachum quoque factũ diximus, ad Palestinæ Præsidem, quæ tum Persis parebat, delatus, quæstionibus acerbissimis subijcitur, quibus cum se inuictum præstitisset, ad Cosroem ipsum glorioſius triumphaturus mittitur.

Hæc inter Clotarius Dagobertum *Dagobertus.*

Fi-

Filium Regni administrationi admouet ex Arnulfi Metensis Præsulis educatione, optimis tum quidem moribus imbutum.

Adaluualdus. Quo tempore Adaluualdus Rex Longobardorum, quod emota esset mente, venificio, vt traditur, fascinatus, Regno deijcitur. *P. Dia. l. 4. c. 5*

Arioualdus Arioualdo eidem, Arriano homine, subrogato; quo factum, vt Honorius, incassum tamen, Exarchi ope implorata, Adaluualdum restituere conatus sit.

S. Anastasij martyrij. Altero, quam captum Anastasium diximus, vertente anno, ad Cosroëm fortis Atleta missus, initum pro Christo certamen consummauit, insignem martyrij palmam consequutus. Chri. Ann. 627. *Sur.* 22. *Iã. Theoph. & Cedrẽ.*

At verò Cosroës, Seleuciæ cum esset, dificili correptus morbo, Mardesæ Filij coronandi, consilium init. id cum maior natu filius Syroes persensisset, inito, cum Heraclio, fœdere, Patrem capit, captum, omni cruciatuum, ac contumeliarum genere afficit: acubus demum confossum necat; sceleſtum Regem ita Numine vlciscente. potitus indè Regno, Mardesam quoque, Fratresque alios interimit. captiuos apud se Romanos soluit, in quibus Zachariam Hierosolymitanum Patriarcham: sacratissimum Crucis Lignum ità vt fuerat à Patre abductum, &, ne resignata quidem theca, sanctius custoditum, reddit. Palestina, reliquaque

Syroes Cosrois fil. *Patrẽ necat.* *itẽ fratres.* *captiuos solu-uit.* *Crucẽ reddit*

Sy-

Bed. l. 2. c. 24 Syria, ac cæteris Rom. Imperij ditionibus, æquo animo, cedit.

Cæterum non apud Orientem solum, sed apud Occidentem quoque Crucis virtus mirificè inclaruit, Eduino Angliæ Rege sacro fonte abluto, Christiana fide longè, latèque, ea in Insula, propagata.

Chri. Ann. 628. Heraclius, qui, Pace cũ Siroë composita, ex Perside Byzantium se receperat; sequentis anni Vere ineunte, Hierosolimam proficiscitur. inire Vrbem cum vellet pompa, atque habitu triumphali, ab occulta quadam vi inhibitum ferunt; tum ab Vrbis Antistite monitum, vt Christi potius humilitatem præse ferret; nudis pedibus, obsoletaque indutum veste, Crucem humeris in Caluarium Montem detulisse. exindè Iudæos, Vrbe pulsos, tertio ab ea milliari exulare iubet.

Heraclius Hierosol.

Crucẽ humeris gestat.

Iudæos Vrbe pellit.

Post hæc Syriam petit, quam dum lustrat, Indorum simul, ac Francorum Legationes audit. cæterum Edessæ dum moratur ociosus, curiosis de Fide disputationibus impensius addictus, Sergio Patriarcha praua ipsum doctrina imbuente, Monotelita effectus est; quæ postmodum Heresis Catholicam Ecclesiam mirum in modum perturbauit.

Monotelita euadit

Persarum interim Rex Syroës, altèro ab inito Principatu anno, à Sarbara Duce, seu, quod alij tradũt, Adeser tru-

Persarũ Regni vicissitudines.

trucidatur. neq. Is scelere diu gauisus est, septimũ intra mẽsem & ipse interẽptus, Barraza suffecto, qui pari mẽsiũ spatio regnauit, successorẽ nactus Barahanem Cosrois filium, cui Hormisda intra annum succedit; quo a Sarracenis pulso, Regnum ad Arabes est delatum. hoc pacto, formidandum paulò ante terrarum Orbi Regnum, citò collapsum est.

Sequenti anno Heraclius Imperij Chri. sui Vicennalia celebrauit, cętera ocio- Ann. sus; nisi quantum ocio deterius Fidei 629. negocium, ac perstiferæ illum disputationes distinuere disceptatorẽ namque Anastasium Iacobitarum Præsulẽ nactus, Eutychianum hominem, dum ad Catholicam eum fidem perducere conatur, Monotelitarum ipse hæresi magis, magisque implicatur.

Mahometes. Trigesimo sæculi huius anno Ma- Chri. hometes, fatale portentum Christianæ Ann. Religioni, moritur; qui monstrosam 630. Sectam ex diuersis conflauit discipli- *Io: Da.* nis, illamque, principiò Vates, mox *de Hu-* comparati exercitus Dux, armis in- *res. in* Arabiam intulit. Hunc sequuti post- *fin.* modũ Sarraceni, ac maioribus in dies *Leon.* incrementis aucti, eam, qua funditus *Chalc.* deletum est, Orientali Imperio cla- *l. 3.* dem iutulere.

Hoc eodẽ anno, Gregorio Patriarcha Alexandrino vita functo, Heraclio suffragante, Lazorum Antistes Cyrus sub-

sublegitur, quo pariter propinante infœlix Augustus noui dogmatis venenum hauserat.

At verò Honorius Rom. Pont. Fortunato Gradensi Patriarcha, ob hæresim, depositio, Primogenium substituit.

Hoc eodem tempore in summa Ecclesiæ pace, apud Legionem Hispaniæ Vrbem, Vincentius Abbas, Arrianorum ibidem opera, martyrij palmam adeptus est. *S. Vincentius Abb. mart.*

Chri. Ann. 629.

Chri. Ann. 631. Dum Heraclius, Sergio in primis stimulante recensortã Monotelitarum Hæresim roborare omni ope nititur, vltore Deo, Arabes Rom. Imperium adoriuntur. *Clotharius.*

Eodem fere tempore Clotarius Regni anno quarto, ac quadragesimo extremum obijt diem Dagoberto Filio superstite, quem Regni anteà participem fecerat.

Chri. Ann. 632. *Aim. l. 4. c. 19. Sur. 6. Febr.* Cæterum Dagobertus amore prolis, Vxore sterili per summam iniuriam electa, Virginem Deo sacratam e Monasterio raptam thori consortem effecit, Episcopis nequicquam reclamantibus, in quibus Amandus quod acrius in Regis facinus inueheretur, exilio mulctatus est; qua Vir sanctus occasione benè vsus, Gentilibus, qui in Vasconia adhuc erant, quique in Belgio, Christi fidem fœliciter annunciauit, ex quo maxima ad Christianam Religionem accessio facta est. *Dagobertus* *S. Amãdus*

Eo-

Arabũ Victoria. Eodem anno Arabes, Duce Eubumere Mahometis succeſſore, Paleſtinæ Præſide acie victo, Gazenſem latè Regionem populati ſunt.

Eo dein Duce morte ſublato, Haumarum ſubſtituunt. Is prælio cũ Theodoro Auguſti fratre inito, turpem eum in fugam vertit, qua re territus Auguſtus ipſe, qui Edeſſæ tum erat, trepidus Byzantium ſeſe recipit; Sacroſancto *Crux Byzãtiũ defertur.* Crucis Ligno Hieroſolymis, ne in hoſtium iterum poteſtatem recideret, abducto. Chri. Ann. 633. *Bed. de loc. sãct. c. 20*

Hoc demum anno, quæ priuatis hactenus diſputationibus enutrita eſt Monotelitarũ Hæreſis, veluti iam adulta, in publicum prodire cepit, à Cyro Epiſcopo Alexandrina in Synodo producta. *porrò quæ tunc acta, quæque indè ſequuta ſint, pluribus hìc Author recenſet, apud eum legenda.*

Eduinus Rex. Eodem fere tempore Eduinus Anglorum Rex religioſiſſimus, à Britonũ Regibus duobus, acie victus, vniuerſo cum exercitu cæſus eſt. Eius Regnum bifariam inter ſe partiti ſunt Conſanguinei ipſius duo Oſricus, ac Eanfridus, qui ſtatim Chriſtianam fidem, qua imbuti fuerãt, abiurarunt. ſed ſcelere haud diu lætati ſunt, à Britonum Rege Carduella ambo interempti. *Bed. l. 2. c. 20*

Siſenãdus Synod. Tolet. Hoc eodem anno Siſenandi Hiſpaniæ Regis tertio, frequentiſſima Toleti Synodus celebrata eſt. Chri. Ann. 634.

Hera-

Theo- Heraclio interim, vt sæpè alias, obdor-
ph. miscente, Sarraceni Syria, Phenicia,
Bed. l. atque Ægypto potiuntur.

3. c. 1. Post duorum, quos diximus, Angliæ Regum necem, potitus Eduini Regno fuerat Osuualdus æquè prius, ac Christianæ fidei studiosus Princeps. Hic Christo fidēs, viribus licet impar, Carduellam victorem toties Regem vicit, & Christianā deinceps Religionē mirum in modū, eam apud Insulam, propagauit; cuius posteà siuè exemplo, siuè suasu, Occidentalium quoque

Chri. Anglorum Rex Cynigilsus Christianis
Ann. sacris initiatus est.

635. Subindè Sarraceni, atque Arabes,
Theo- Duce Haumaro, Syria, quæ reliqua
ph. & erat, sabacta, Romanoque exercitu
Cedrē. apud Cæsaream Palestinæ cæso, Hierosolymam obsident, atque altero vertente anno capiunt.

Chri. Quo tempore Synodus Toleti co-
Ann. gitur, quam appellant quintam, licet
636. aliarum omnium ratione habita, quas recensuimus, septima potius dicenda sit. acta vero est Chintilano Regnum auspiciante.

Moritur hoc eodem anno Isidorus, qui post Leandrum Fratrem, Hispalensem Ecclesiam annos propè XL. administrauerat. *illius operum catalogū apud Authorē hìc require qui & Toletanos, hoc loco, Episcopos non nullos, suo quemque Elogio laudatos, recenset.*

Osuualdus Angl. Rex.

Sarraceno Victoria. Hierosol. capiunt.

Synod. Toleti.

S. Isid.

Sar-

Antiochia capta. Sarracenorum exindè armis impunè omnia populantibus, Antiochia Orientis columen hoc anno, qui sæculi est septimus, ac trigesimus, amittitur. quo insuper anno Sanctorum complurium reliquias in Occidentem, Ignatij in primis Romam, translatas memorant. Chri. Ann. 637.

Honorij PP. obitus. Subindè Honorius Pontifex moritur duodecimo Pontificatus anno exacto. Eius innumera penè ad diuinum cultum spectantia monumenta, ac regios planè sumptus, Anastasius, *ex eoque hìc Author*, recenset. Chri. Ann. 638. *Ana*

Seuerinus succedit. Huic successor datur Seuerinus, quo Pontificatum ineunte, Mauritius Militum in vrbe Præfectus, atque Isaacius Exarchus sacrum Ecclesiæ Lateranensis thesaurum ab Honorio inibi conditum, sacramque supellectilem sacrilegi homines, manu militari, abripuerunt; obnitentes Clericos exilio mulctarunt.

Synod. Tolet. Celebratur hoc eodem anno Synodus Toleti, cui Episcopi aut per se, aut certè per Legatos LII. interfuere.

Arioualdi mors. Rotharis Lõg. Rex. Per idem tempus Arioualdo Longobardorum Rege vita functo, Rotharis itidem Arrianus subrogatur. qua tempestate duo fermè vnaquaque in Regni Vrbe Episcopi erant cattholicus vnus, Arriannus alter. Chri. Ann. 639.

Sequitur annus à Christo nato sexcentesimus vndequadragesimus quo Hera-

Heraclius, siuè eius nomine Sergius Patriarcha *Ecthesim*, hoc est *Expositionem* (perfidiæ edictum) promulgauit, Romamque ad Seuerinum misit.

Is, eo haudquaquam probato, aut recepto, decessit, Successorem nactus Ioannem hoc nomine IV. porrò huiusmodi confirmandam Sergius Episcoporum Synodum Byzantij cogit; qua, ex animi sententia, celebrata, absolutaque, perfidiæ pœnas daturus extinguitur, Pyrrhum æquè impium sortitus Successorem. *Seueri ni PP. obitus. Ioãnes IV. Sergij obitus.*

Chri. Ann. 640. At Ioannes Rom. Pont. Synodo & ipse Romę celebrata, Heraclij *Ecthesim* damnare haud veritus, Author insuper Africæ Episcopis fuit, idem vt confestim omnes præstarent. hac re cognita Heraclius, nouo edicto, Prioris se Autorem negat, à Sergio illud conscriptum, atque, ad vim illi tribuendã, ipsius Augusti nomine editũ affirmat; rectius si tum catholicæ, ac sinceræ Fidei expositionem, ac professionem edidisset. *Pyrrhus succedit. Synod. Roma.*

Obijt hoc eodem anno Cyrus Alexandrinus alterum nouæ Hæresis propugnaculum.

Chri. Ann. 641. Nec ita multo post Heraclius ipse, vbi annos alterum, ac triginta imperasset. post quem ambo intra annum Filij Imperio functi sunt Constantinus, quẽ viuens Pater Augustum dixerat, quartum post mensem veneno à Nouerca, *Heraclij obitus.*

vt creditum, sublatus. Heraclion Martinæ Filius exilio, vna cum Matre, authore Senatu, damnatus, & ipse quidē naso, illa verò lingua mulctati: quibus pulsis, Constans. Constantini Filius Augustus appellatur.

Cōstās Imp.

Io. Papa obitus.

Obijt hoc eodē anno Ioānes, Rom. Pont. cui successor datus est Theodorus, quem Hierosolymis ortū tradunt.

Theodorus succedit.

At Constans, quemadmodum auiti Imperij, ita & erroris hæres, propagare hæresim omni ope studuit. itaque cum Pyrrhus in suspicionem initæ cū Martina, ac Filio conspirationis, voluntarium exilium subijsset, Paulum itidem Monotelitam substituit; quod & in alijs Orientis Ecclesijs subindè præstitit.

Chri. Ann. 641.

Hoc item anno Osuualdus Sanctissimus Anglorum Rex, à Merciorum, eandem apud Insulam, Rege acie victus, ac cæsus est; miraculis etiam post mortem clarus.

Bed. 3. c. 1

Cruces deiectæ.

Interim Haumar Sarracenorū Princeps Salomonis olim Templum reliquæ moliri cæpit. cum opus non consisteret, Iudæis suadentibus, Crucem, quæ è regione erat Templi summo in Olueti Montis vertice deturbari iubet; ex quo opus cum succederet, ea veluti licentia, Cruces passim reliquæ deiectæ à Iudæis, ac Sarracenis sunt.

Chri. Ann. 643. *Theoph. Guil. Tyr. l. 1. c. 2.*

Mauritius porrò, à quo Lateranensi Episcopio vim illatam diximus, diuinam

nam ipse vltionem accersisse est visus, cum, Tyrannide arrepta, ab Isaacio Exarco capite plexus est.

Chri. Ann. 644. *Bed. l.* 3. *c.* 14 Vigesimum agebat in Episcopatu annum Paulinus, qui à Gregorio missus in Britanniam fuerat, cum æternæ vitæ præmia recepturus, mortalem exuit. eodemque tempore Sigebertus Christianus ibidem Rex, Regijs pompis valere iussis, Monastichum vitæ genus amplexus est. nec tamen idcirco quieto viuere ei licuit, Merciorum Regis insidijs interempto.

Sigebertus Rex Monachus.

Aim. l. 4. *c.* 30. Rex itidem Gallorum Dagobertus Regni vbique Templa annuis ditauit redditibus, non donarijs tantum, sacraque ornauit supellectile.

Chri. Ann. 645. *Bed.* 3. *c.* Ad sequentem annum spectat, qui sæculi fuit quintus, ac quadragesimus, Maximi Martyris cum Pyrrho Byzantij olim Præsule apud Africam disputatio, *quam græcè, ac latinè exscriptã, in finem octaui huius Voluminis Author reijcere satius duxit, ne sua prolixitate rerum gestarum seriem, importuno veluti obice, intercideret*. post celebrem hanc disputationẽ Pyrrhus Monotelitarum ille Antesignanus, abiurata hæresi, sinceram tum quidem fidei doctrinam professus est, ideoque à Rom. Pontifice Theodoro catholicæ communioni est restitutus.

S. Maximi disputatio.

At vero qui Cruces deijci, aut mandauit, aut permisit Haumar, Sacrilegij

Haumar.

pœnas actutum dedit, à Persa interemptus; cui Hoamen ipsius cognatus subrogatus est.

Synod. ap. Africã. Africæ ad hæc Primates nouæ Hæresi damnãdæ, Prouinciæ quisque suæ Episcopos cogunt. Synodales dein'literas, non ad Rom. tantum Pontificem, sed ad Constantem quoque Aug. scribunt. tum ad Paulum Patriarcham, *quarum omnium exemplum hic apud Authorem habes.* Sed & ipse Theodorus Pontifex suos Constantinopolim Apocrisarios mittit, qui Paulum ab Hæresi reuocare omni ope studeant; quod cum frustra diu tentassent, Anatematis sententia in eũ postea lata est. Chri. An. 646.

Synodus Toleti. Hoc eodem anno, qui fuit Chindasuinti Hispaniæ Regis quintus, Concilium iterum Toleti cogitur.

Sequenti porrò, Constantis Aug. sexto, Sarraceni Africam inuadunt: Gregorium inibi, ex Prætore Tyrannum, acie victum, in fugam vertunt: tributo indè impositò, recedunt. Chri. Ann. 647. *Theph. Annal.*

Dagoberti obitus. Mirũde eius anima. Moritur hoc ipso tempore Dagobertus de quo illud memoria dignum traditur, sub ipsam mortis horam, eius animam sancto cuidam Anachoretæ diuinitus ostensam à Dæmonibus raptatam, mox à sanctis Cæli Ciuibus, quorum is Templa, aut extruxerat, aut ditauerat, à Dæmonum manibus vindicatam. hac de re apud vniuersam Galliam testata meminit Ludouicus

Pius

Pius Imperator in Epistola, quam ad Ilduinum Abbatem dedit.

Chri. Ann. 648. *Theoph. annal. Anast. Theo.*

Paulus subindè Patriarcha vniuersam in se Occidentalem Ecclesiam concitatam sentiens, Constanti Aug. author fuit, vt nouo proposito edicto, quod *Typum* nuncupauit, recens ortæ controuersiæ silentium indiceret. *Typus* tamen huiusmodi Romam perlatus, quod sub verborum inuolucris adhuc hæresis veluti deliteſceret, ita à Theodoro probatus non est, vt vna illum cum Authore Paulo damnare non dubitauerit, Synodo ad id Episcoporum coacta.

Typus Constãtis edictum.

Synod. Roma.

Pyrrhus verò extorris Catholicæ, vt diximus, Ecclesiæ redditus, ab Olympio Exarcho Rauennam euocatus, non Augusti tantum gratiæ, sed amissæ quoque Ecclesiæ recuperandæ spe facta, esca veluti porrecta, hamo infœlix est captus, fidei iterum desertor effectus. nec defuit sceleri merces, quippè Byzantiũ profectus, cum Paulus interim decessisset, sedem ipse recipit, quam amiserat. qua re cognita Theodorus, diro eum Anathemate perculit. Tradit Theophanes Anatemathis illum, ac depositionis sententiam viuifico Christi sanguine in atramentum infuso ad Apostolorũ Aram, nouo exemplo, subscripsisse.

Excõmunicatio Christi sãguine subscripta

At, ne quis, rebus sactis apud Orientem ita pessundatis, Imperij clade

annus vacuus elaberetur; Sarraceni Cyprum populati, Constantiam nobilem eius Insulæ Vrbem expugnant, ac diruunt.

Theodori PP. obitus. Exindè Theodorus octauo Pontificatus anno moritur; cui Martinus Tuderti, Vmbriæ Vrbe, natus sublegitur, qui, sub ipsum Pontificatus exordium, Synodum Romæ frequentissimã centum amplius Episcoporum coëgit, cuius Acta integra permansere, *quæ ab Authore hìc fusius relata requiri à Lectore poterunt.* Chri. Ann. 649.

Martinus Tuderti-nus succedit.

Synod. Romæ. At Constans, rerum quæ, à Martino gestæ Romæ fuerant certior, vt par erat, factus; Theodoro Exarcho mandat, illum vt vi, aut dolo comprehensum, ad se transmittat, quod impigrè Theodorus præstitit, Sanctissimo Antistite, manu militari, è Laterano, abstracto, ac naui imposito. Is igitur Byzantium delatus, post dirum carcerem, atque indignos cruciatus, Chersonam, vna cum Maximo, Roma itidem abducto, relegatur. cæterum, ne Tyarnnum agere videretur, occultas cum Sarracenis conspirationes, aliaq. in illum crimina confingit. *rem gestam, quæ ad sequentes quoque annos spectat, ex ipsius Martini literis, ac Maximi Actis fusè hìc Author recenset.* Chri. Ann. 650. *Theoph. Anastas.*

Martinus PP captus

Relegatur.

Romanus interim Clerus, (Exarcho acrius vrgente) ne abeo Hæreticus quis- Chri. Ann. 651. *Anas.*

quiſpiã Petri ſedi admouentur, Martino adhuc viuenti Eugenium ſubrogat, qui tamen, eo ſuperſtite, non niſi vicaria Præfectura potitus eſt.

Chri. Ann. 653. *Anaſt.* Altero ab Eugenij electione anno, qui Martini quintus numeratur; Pyrrho Patriarchæ vita ſuncto, Petrus, & ipſe Monotelita, ſubſtituitur, qui Synodicas, ex more, literas ad Eugenium dedit, ſed ambagibus ita inuolutas, vt Romanus Clerus, ac Populus fraudem odorati, admittere hominem ad communionem renuerint, ac ſuſpenſum animo Eugenium eandem in ſententiam perduxerint. *Pyrrhi obitus.*

Eodem anno, quo Recceſuinthus Hiſpaniæ Rex quintum inchoauit, Synoduś Toleti cogitur Epiſcoporum amplius L. *Synod. Toleti.*

Bed. l. 3. c. 21 Hoc tempore mediterranei Angli cum Rege Penda, Senioris Pendæ Filio, Chriſti fidem amplexi ſunt. huius verò ex ſorore neptis Oſitha, quæ Orientalium Saxonum Regi nupſerat, ab eoque intacta in Monaſterium, vnde eam acceperat, remiſſa fuerat, ab ingrueatibus Danis, qui pyraticam exercebant, Martyrij palmam adepta eſt. *Penda Angl. Rex.*

Theoph. Quod ad res pertinet Orientales; Sarraceni Rhodum expugnant: Coloſſum terremotu antea diſiectũ, comminuunt, ex cuius ærè Iudæo cuidam diuendito Cameli nongenti onerati *Coloſſus Rhodi.*

dicuntur. post hæc Armenia ab eisdem Barbaris vastata est.

Martini PP. obitus.

Cæterum Martinus, quem Chersonem relegatum diximus, sexto demum Pontificatus anno moritur, iure inter Martyres numeratus. Quo tempore Sarraceni Constantem Augustum nauali prælio victum, in fugam vertunt. Chri. Ann. 654. *Anast.*

Rotharis mors.

Rotharis porrò Longobardorũ Rex XVII. Regni anno vita functus, Rodoaldo illud Filio, veluti per manus, tradit. *P. Dia. l. 3. c.* 48.

Rodoaldus succedit.

Adepti hoc anno sunt martyrij palmam apud Belgium Leuinus Episcopus Gandensis &, qui à Martino Pontifice missus illuc fuerat, Follianus Episcopus Fossensis vnà cum tribus Sacræ illius expeditionis socijs.

Eugenij PP. obitus.

At non diù superstes post Martini obitum Eugenius successorem habuit Vitalianum. Chri. Ann. 655.

Vitalianus succedit.

Christi porrò apud Angliam Fides; maioribus in dies incrementis propagatur; politico licet rerum statu vehementer perturbato. *Bed. l. 3. c. 21*

Synod. Toleti.

Eodem Recceſuintho ad huc regnante, alia Toleti Synodus celebratur.

Subinde Constans Monotelitarum, quam profitebatur, hæresi stabiliendæ, Maximum apud Thraciam exulantem, pertrahere in illam cum optaret, Viros ad eum Sũmos incassum legat Theodosium, Chri. Ann. 656.

dosium, ac Paulum. Hi blanditijs eum adorti, disputatione instituta, tantum absuit, vt voti compotem Augustum facerent, vt, Catholici ipsi effecti, ad rectam eum Fidem amplectendā hortati fuerint. Augusto autem adhuc hæresi patrocinante, Maximus ipse Byzantium euocatur, ac Iudicio sistitur. cæterū Petrus Patriarcha dum Christi martyrem in Iudicium vocat, ad tremendum ipse Dei tribunal, morte raptus, adducitur, Thoma, quem Orthodoxum fuisse quidam tradunt, eidem substituto.

Quo tempore Toleti iterum Synodus cogitur, ex laudabili eius Regni instituto. *Synod. Toleti.*

Chri. Ann. 657. *Theoph. & Max. Act.*

At Maximus, cumque eo Discipuli illius duo eiusdem vterque nominis, Anastasij, iterum producti, initæque cum Sarracenis aduersus Remp. conspirationis, aliorumque criminū falsò, ac non nisi in speciem, accusati; denique, quod re ipsa suberat, an Augusti *Typum* recipere, ac probare in animum induxissent, interpellati, negantes Deo id se propitio præstare posse, verberibus sæuissimè afficiuntur, Præcone præeunte, elataque voce præcinente; *qui Regijs sanctionibus non parent, & in contumacia persistunt, digni sunt qui hæc patiantur*. postridie incassum iterum tentati, Maximus, atque ex Anastasijs alter (cum altero, *S. Maximi certamen.*

quod Apocrisarius fuisset, mitius actũ) abscissis radicitus linguis, atq. vtriusque dextris, exilio iterum damnantur, Apocrisario quoque Anastasio exilij comite adiuncto, quamquam exilij locus, ad pœnam augendam, seorsim singulis decretus est. illud admirandum, execta vtrumque Martyrem lingua, haud secius loquutos, quod Actorum Author disertè tradit.

Maximus æuo pariter, atque erumnis confectus, post triennium moritur, interque Ecclesiæ Doctores, ac Martyres numeratur. *Eius operum catalogum, ex Photij Bibliotheca, ac Vaticanis codicibus, apud Authorẽ hìc habes.*

S. Ildefonsus. Hoc eodem anno, Eugenio sanctissimo Toleti Episcopo vita functo, Ildefonsus, æque sanctus, subrogatur.

S. Sigebertus Gall. Rex. Ad Deum quoque migrasse constat Sigebertũ Galliæ Regem, ob res præclare gestas, sancteque actam vitam, inter Sanctos à veteribus relatus, & Kalendis Februarij coli consuetus, de cuius miraculis Sigebertus Gemblacensis libellum conscripsit. *Molã. 1. Feb.*

Subindè Thomá Constantinopolitano Patriarcha vita functo, Ioannes subrogatur. *Chri. Ann. 658.*

Sarracenitributarij Quo tempore Mahuuias Sarracenorum Princeps, suorum impulsus seditione, legatos de Pace ad Constantem mittit, Tributi nomine mille die- *Theoph.*

tim

tim nummos pollicitus; insuper & equum, & Seruum.

Hic idem annus (quod ad res spectat Occidentales) Theobaldi Traiectensis Episcopi martyrio illustratur. *S. Theobald.*

Sur. 10. Sep.

At Constans scelerum veluti furijs agitatus, Theodosium Fratrem, quem Diaconum fieri compullerat, cuius porrò ministerio Christi sanguinem hauserat, nulla ex iusta causa, interimit, sacrilegium parricidio iungens. cæterum, Deo tantũ scelus vlciscente, factum videtur, vt supplex Paulo ante Mahuuias, Haliæmulo interfecto, pacis tractatione disiecta infensior deinceps Rom. Imperio Hostis existeret.

Christi Ann. 659. Theoph.

Per idem tempus Rodoaldus Longobardorũ Rex Gentilis hominis manu, cuius Vxorem violauerat, interficitur. huius Coniux, Viro adhuc superstite, adulterij insimulata, Carellum Seruum nacta est, qui, crimen vt diluere, hominem, à quo illud fuerat ingestum, ad singulare certamen prouocatum, inspectante Populo interemit, quo facto Reginam Dominam in Viri gratiam redintegrauit. consuetudinem huiusmodi detestandam componendi per Monomachiam iurgia tum primum à Barbaris in Italiam inuectam tradunt.

P. Diac. l. 4. c. 49.

Singularis certaminis origo.

Sublegitur Rodoaldo Aritpertus Gundibaldi olim Filius.

Artiperius.

Sexcentesimus, ac Sexagesimus Redemptoris annus subit, quo Maximus triennio, apud Alanos Barbaros, cum fuisset, beato demum exitu conquieuit. Chri. Ann. 660.

S. Maximi obitus.

Regnabat hoc tempore apud Francos Clodouæus Iunior, cuius impuris moribus, ac vitæ genere detestando factum videtur, vt tum Regni status dilabi cæperit, tum inclyta Merouingorũ propago degener deinceps magis in dies facta, demum conciderit. *Aim. l. 4. c. 47.*

Clodouæus Rex Frãc.

Sequẽtis anni res gestæ scriptorum inopia obscuræ admodum remanere, nisi quantum Europæ angulus Flandria S. Amandi Episcopi Traiectensis præclara morte illustratur. Chri. Ann. 661. *Molã. 5. Feb.*

S. Amãdus

Post hæc Clipiaci, qui Parisiensis agri est Pagus, omnium propemodum Gallorum Gentis Episcoporum Synodus cogitur. Eodem sub Rege Clodouæo (quanquam annus ignoratur) Cabilonensis quoque Synodus acta reperitur. Chri. Ann. 661. *Aim. l. 4. c. 41.*

Synod. duplex

Subindè Constans Aug per summã animi inconstantiam Siracusis apud Siciliam Imperij sedem constituere cum decreuisset, Byzantio soluens, ad Vrbem, e naui, qua vehebatur, conuersus, conspuisse eam fertur. Chri. Ann. 663. *P. Diac. l. 5. c. 6.*

Cõstãtis cõsiliũ.

Antequam Siracusis consisteret Romam delatus est. proceſſit illi obuiam cum sacerdotum agmine Vitalianus Pontifex ad Sextum ab Vrbe lapidem. *Anast. in Vital.*

Cõstãs Romæ.

at

at ille, ac si prædæ causa ad Vrbem veniſſet; ea veluti per vim capta, ærea inde Signa, ac præclara omnis generis monumenta abſtulit, vt ne tegulis quidem parceret, quibus Pãtheon, Agrippæ Templum celeberrimum, operiebatur.

Chri. Ann. 664. Romæ haud diu moratus, in Siciliam nauigat. *Siciliæ petit.*

Bed. l. 3. c. 25 Erant apud Anglos ex Scotia peti- ti Clerici, atque Epiſcopi. hi cætera Ortodoxi, contra vniuerſalis Eccleſiæ morem, Paſcha celebrare conſueuerant hac de re difficilis admodum hoc ipſo tempore orta contentio eſt *rem geſtam fusè Author recenſet, quem relinquimus conſulendum.*

Eodem ferè tempore Aigulfus Lirinenſis Monaſterij Abbas, quod Monaſticæ diſciplinæ aſſertor eſſet ſeuerior, à pſeudomonachis, vnà cum addictis ſibi ſocijs, interimitur. acerrimum patrati parricidij vindicem tum fuiſſe Clodouæum ferunt, qui haud ità multò poſt deceſſit, Clothario, Childerico, ac Theodorico Filijs ſuperſtitibus.

Sur. 3. Sept.

Molã. 5. Martij. Gertrudes quoque Pipini Ducis Filia defuncta eſt nobilitate, ac ſanctitate inſignis Virgo. *S Gertrudes.*

Chri. Ann. 665. Defuncto apud Angliam ex vulgari, quæ tum graſſabatur, lue Deuſdedit Dorouernenſi Archiepiſcopo, O- ſuui Rex Legatos ad Vitalianum mit- tit, *Oſuui Angl. Rex.*

Bed. l. 3. c. 29

tit, cumq. his Vuigardum Presbyterū, quem nouum Archiepiscopum consecrari expetit. cæterum cum Vuigardus ante consecrationem decessisset, eius loco Theodorus sufficitur, atque in Angliam mittitur.

S. Eligius. Quo item anno S. Elígius Nouiomensis Episcopus Flandriæ Apostolus Vir admirandus è vita excessit. cuius res gestas Vir æquè clarus Audoenus tribus exactè libris prosequutus est; apud quem de Vuandregisili quoque, hoc eodem anno, ad Deum transitu, cui interfuit, mentio habetur. *Sigeb. Chro.*

S. Audoenus

Obierat Ioannes Byzantij Patriarcha quinquennio amplius ea potitus sede, cui Constantinus Catholicæ communionis successerat. at hic annuo vix Pontificatu gesto, morte illum Theodoro cessit Monotelitæ omnium deterrimo. Chri. Ann. 666.

Synod. Emeritensis. Hoc tempore Synodus Emeritensis à Lusitaniæ Episcopis XII. celebratur; Recceſuinthi Regis anno XVIII.

Armeniæ Prefecturam pro Constante administrabat Saporius quidam. hic arma aduersus Augustum capiens, Saracenorum auxilio fretus Hadrianopolim venit. cæterum cum iam Romanum Imperium spe improba deuorasset, in ipsa eius Vrbis Porta, ex equo, ferocius insultante, deiectus, extinguitur Moritur hoc eodem anno S. Ildefonsus, Magnus ille Toletanus Archi- Chri. Ann. 666. *Theoph.*

S. Ildefonsi obitus.

Archiepiscopus, *cuius Elogium, ac, editorum ab eo operum, catalogum apud Authorem hìc require.*

Chri. Ann. 668. *Theoph. Anast.* Triennio amplius Siracusis fuerat Constans, cum in Balneo, siuè illius vapore, siuè, vt alij tradunt, vi ab Andrea quodam illata, necatur; Imperij anno XXVII. quo audito, qui cum Saporio rebellauerant, Metium, Armenum hominem, Augustum appellant. eodem tempore Constantinus Constantis Filius natu maximus Imperium capessit, Tyrannum deijcit, Tiberium, atque Heraclium Fratres Collegas adsciscit, quamquam eos postea effectati Imperij suspectos deijcit. Huic *Pogonato* nomẽ est inditum, hoc est *Barbato*, quod in Siciliam profecturus, Byzantio imberbis cum discessisset, promissa indè barba reuersus est.

Constãtis obitus.

Constãtinus fil. succedit.

Chri. Ann. 669. *P. Dia. l. 5. c. 13. Anast.* Ad hæc Vitalianus, vbi annos sedisset amplius XIV. diem obijt extremum. Eo adhuc superstite, Rauennatis Episcopi cum eo orta contentio est, cum Hic Exarchi fretus potentia, Romanæ Ecclesiæ subesse abnueret, quod mentis delirium ad successorem quoque Reparatum pertinuit.

Vital. obitus.

Vitaliano sublegitur Adeodatus, quo Pontificatum auspicante, Saraceni Siciliam, ac Siracusas in primis populati, Romanam indè predam abstulere.

Adeodatus succedit.

Dum

Osuui Angl. Rex.

Dum Anglicana Ecclesia, nouis ex Vrbe Cultoribus à Vitaliano submissis, mirum in modum efflorescit, Osuui Rex religiosissimus moritur, Ecfrido Filio hærede instituto. Chri. Ann. 670. *Bed. l.* 4. c. 5

Ecfridus.

Eodem ferè tempore Maxellendis Cameracensis Virgo ab Arduino, qui vxorẽ eam frustra expetierat, amore, *uẽbr.* vt sæpius, in odium verso, necatur, cum castimoniæ, martyrij quoque palmam adepta. *Molã. 13. N. Sigeb. Chr.*

S. Proiectus.

Proiectus quoque Aruernensis Episcopus ob suæ ipsius tutelam Ecclesiæ innocuum sanguinem profudit.

Subit annus à Christo nato sexcentesimus septuagesimus primus rerum Ecclesiasticarum omnino expers, quo Sarraceni Lyciam, atque Ciliciam, ex instituto, populati sunt. Chri. Ann. 671.

Sarracenorũ ausus.

At sequenti, in Traciam, classe, delati, Regiam ipsam Vrbẽ terrore maximo afficiunt sex ipsos menses eiusdẽ agrum insidentes hyeme porrò ingruente, Cyzicum recipiunt sese, Byzantium interum, verè appetente, aggressuri; quod toto septennio, veluti per vices incassum (Deipara haud dubiè propugnante) cum feciissent, vi demum procellę absorta classe, Barbarorum copiæ deletæ sunt. Chri. Ann. 672. *Theoph. & Cedrẽ.*

Ad hunc annum spectat S. Audoeni Rothomagensis Episcopi ad Apostolorum limina suscepta peregrinatio & celebrata apud Angliã Synodus, *cuius Bed. l.* 4. c. 5. *Sur. 24. Aug. gust. Synod. Anglicana.*

De-

Decreta ex Beda Author hoc loco refert. ex quo pariter Sebbi religiosissimi Regis obitum describit.

Luc. Tudē. Chrō. Obijt hoc eodem anno æquè pius, ac religiosus Rex Hispaniæ Recceſuinthus, cui Bamba, pietate haud quaquam impar, ſuccedere inuitus cogitur. *Recceſuītus. Bāba Rex.*

Chri. Ann. 673. *P. Dia. l. 3. c. 33.* Qui ſequitur annus Grimoaldi Longobardorum Regis mortem adſcriptam habet, non alia ex cauſa memoratu dignam, niſi quod ante illam, Arriana abiurata hæreſi, fidem is catholicam amplexus eſt, Diuoque Ambroſio, acerrimo Arrianorum olim hoſti, Ticini Templum regio ſumptu extruxit. huic nouennis Filius Garibaldus ſucceſſor tum quidem eſt datus; cæterum Bertarido Aritperti filio ex Gallia, apud quam extorris agebat, profecto paternum Regnum repetente, exturbatus actutum eſt, menſe, à Patris obitu, tertio. *Grimoaldus Long. Rex. Garibaldus Bertaridus.*

Tudēs Chron. Quo tempore Ildericus, qui Narbonenſem Galliam pro Bamba Rege adminiſtrabat, ab eo rebellans, tyrannidem inuaſit, hunc dum deijcere Bambas per Paulum Ducem cogitat, Paulum quoque infidum nactus, in ſe ipſum eidem arma ſubminiſtrat.

Chri. Ann. 674. Igitur aduerſus vtrumque exercitu comparato, inſigni de ambobus victoria potitus eſt, Angelis ipſis, vt ferunt, pro religioſo Rege dimicantibus

bus. Tyrannis itaque sublatis, ac Reip.
Synod. Tolet. & Bracarẽsis statu composito, Synodum Toleti co- Chri.
git, ac post illam, è Lusitaniæ Episco- Ann.
pis, Bracarensem. Sarracenos post hæc 675.
Classe in Hispaniam delatos maritimo *Tudē. Chrō.*
prelio vincit, ducentis amplius eorum
nauibus aut incensis, aut demersis.

Adeodati. PP. mors. Exinde Adeodatus octauum Pon- Chri.
tificatus annum auspicatus, moritur, Ann.
cuius res gestæ, silentio obrutæ, vna 676.
cum ipso videntur consepultæ. *Anast. Sigeb.*

Donus succedit. Huic sublegitur Donus, quem alij Chr.
Domnum, siuè Domnionem vocant. *Theoph.*

Sarracenitributarij. Per idem tempus Sarraceni, qui re-
rum hactenus gestarum fama, magniq.
terrore nominis Orbem ferè vniuer-
sum impleuerant, pacem à Constanti-
no Augusto exposcunt, tributi ad an-
nos XXX. solutionem pacti.

Pace itaque, summa cum gloria, Chri.
composita, ac belli proindè solutus, Ann.
curis Augustus ad Ecclesiæ Pacẽ con- 677.
ciliandam animũ adiecit; quamquam,
Theodoro Regiæ Vrbis Patriarcha, ac
Machario Antiocheno aduersantibus,
perficere id statim non potuit.

Sequenti tamen anno ad Domnum Chri.
Rom. Pontificẽ prolixiores, hac de re, Ann.
literas dedit, quarum exemplum ante 678.
Sextæ Synodi Acta descriptum habes.
constat autem antequam Romam hu-
iusmodi Augusti literæ peruenirent,
Domni PP. obitus. Domnum ex hac vita sublatum, Suc-
cessori proindè Agatoni redditas.

Porrò

Porrò cum hoc ipso tẽpore Bulgari Thraciam infestam haberent, pius Imperator, vt de Ecclesiæ pace agere, quod iam decreuerat, posset; pacem cum Barbaris, iniquis licet conditionibus, componit, annuum eisdem tributum pollicitus, dedecore maiore, quam damno. *Agato succedit. Tributũ Bulgaris soluitur.*

Moritur hoc tẽpore Mahumias Sarracenorum Princeps, Gizidi Filio Regnum veluti per manus tradens.

de loc. sanct. Quo tempore sacrosanctum Christi Sudarium Beda inuentum testatur.

Chri. Ann. 679. *P. Dia. l. 6. c. 4 Bed. l. 4. c. 17* Pium Augusti votũ vniuersalis Concilij celebrandi, ex redditis Agatoni literis, vulgatum cũ fuisset, per omnes fermè Occidentales Prouincias Episcoporum Conuentus aguntur, hoc non in Italia modo, sed in Gallia quoque, atque Anglia hoc anno prestitũ.

Chri. Ann. 680. *Anast. in Agat. & præãb. sext. Synod.* Post hæc idem ipse Agato celebriorem Romæ Synodum cogit Episcoporum amplius centum non aliam ob causam, nisi ad firmãdum in ea Catholicum aduersus Monotelitas Dogma, & Legationem ad Oecumenicã apud Orientem Synodum decernendam; quod, & ritè præstitum in ea constat. nec à Synodo tantũ trium Episcoporum Legatio missa, sed ab ipso quoq. seorsim Agatone Theodorus, ac Georgius Presbyteri, Ioannes Diaconus, ac Constãtinus Subdiaconus legati sunt. Agatonis porrò Epistola ad Augustum *Synod. Romæ.*

ipsum,

ipsum, ac Fratres, *ab Authore hìc recitatur; cui & alia à Synodo pariter ad eosdem data subnectitur.*

Deposuerat Augustus iam Theodorum Byzantij Antistitem, quod præfractè nimium hæresim tueretur, conciliandæque paci aduersaretur audacius; proque eo Georgium rectæ Fidei pacisque cultorem federe iusserat; huic negocium ab eo datum Episcopos quantocius euocandi, quod intra bimestre factum videtur. conueniisse autem Constantinopolim constat Episcopos, aut Episcoporũ Legatos centum circiter, ac septuaginta. reliqua ex Actis ipsis, quæ extant petenda reliquimus, quæ non adhunc tantum, sed ad sequentem quoque annum pertinent.

Sexta Synod. Oecumen.

Hac eodẽ anno sęculi huius octuagesimo, post Solis, lunæque defectus, pest s atrox inuasit Italiam, Romam in primis, ac Ticinum funeribus exhausit. Visus à multis in Vrbe dicitur Diabolus eam circumagens, &, ad Angeli imperium, cuspide domorum ferire ianuas. postera tum die mortuorum numerus cuspidis æquare ictus comperiebatur. Verũ diuino, vt aiunt, monitu Sebastiano Martyri Ara in D. Petri Æde, quæ ad Vincula dicitur, confecrata, lues absterſa est.

P. Dia. l. 6. c. 5

Pestis in Italia.

Hoc tempore Bamba Rex, rerum gestarum fama inclytus exemplo ad poste-

Tudẽ. Chron. Anast.

Bamba Rex Monachus.

posteros memorando Monasticum indumentum, atque institutum, sumpsit, Successore Eruigiũ, qui Aulæ tum potens erat, græcæ originis hominẽ nactus, quẽ ipsi antea Regi insidiatũ ferunt, eidemque venenum propinasse. *Eruigius Rex.*

Chri. Ann. 681. Vniuersali apud Byzantium Synodo nondum soluta, Toletana cogitur Eruigij, vt videtur, postulatu, quo Regnum ipsi nuper adeptum, ab Episcopis firmaretur, quorum absque suffragio regnare apud Hispaniam, lege iam lata, non liceret. redargutos hac in Synodo fuisse constat, qui plures vno die missas celebrantes, in singulis non cõmunicarent. sed & illud cautum, ne Monasticum habitum, atque institutũ fas esset deserere, quod ad Regis securitatem factum videtur, ne Bambæ adhuc superstiti repetendi Regni spes reliqua in futurum esset. *Synodus Toleti.* *Pluriũ Missarum celebratio.*

Hoc eodem tẽpore Bertaridus Rex Longobardorum Cunipertum Filium Regni administrationi admouet, regnatque cum Filio deinceps adhuc decennium. *Cunipertus Longo. Rex.*

Chri. Ann. 682. *Anast.* Agato subindè Pontifex mortem obit, cuius inter sanctos memoria colitur IV. Idus Ianuarias. vacasse autem sedem constat amplius sexquiannum, licet tam diuturni interregni causa, nequáquam tradatur. *Agatonis PP. obitus.*

Obijt eodem ferè tempore Georgius Constantinopolitanus Patriarcha, cuius

cuius morte integrũ versipelli Theodoro fuit, qui Catholicam fidem ceu laruam susceperat, sedem, à qua deiectus, haud ita pridem, fuerat, recipere. fuisse autem ab eo corrupta Sextæ Synodi Acta, antequam ederentur, nemo dubitat.

Iam quod ad Occidentalem Ecclesiam spectat, illud tantum ex veterum monumentis constat, fuisse hoc anno *Synod. Rothomag.* Rothomagensem Synodum, Ansberto eius Vrbis Episcopo indicente, celebratam.

Post longum, vt diximus ab Agatonis obitu interregnum, Leo hoc no- Chri. Ann. *Leo II. Papa.* mine II. Romanus Pont. renunciatur; 683. cuius electione ab Augusto comprobata, Legatis Apostolicis Byzantij diutius detentis, Romam redire demum licuit, quos & ipsius Synodi secum detulisse Acta, à Theodoro deprauata, non, vt præse tulit, castigata, constat; & ea quidem græcè scripta, quæ ab ipso Leone latinè sunt reddita. quod verò non Synodi tantum Acta, sed ipsius quoque Leonis, quę extant, literę, impostura suspicione non careant, *detegere eam Author hìc nititur, illis in disquisitionem vocatis.*

Synod. Toleti. Ciuilia in ea tractã-tur. Hoc item anno, Eruigij Regis quarto, Synodus omniũ ferè totius Hispaniæ Episcoporum Toleti cogitur, in qua actũ de venia ijs indulgenda, qui Tyrannos sectati fuissent, alijsq. nonnullis,

nullis, quę Regij potius esse iuris constat, quam Ecclesiastici; vt nihil magis Reges tum cupere visi fuerint, quam vt Ciuilia quæque negocia ad Episcopale Forum referrent; quò magis nostra deplores tẽpora, quibus Vrbium, ac Prouinciarum Præsides nihil magis agunt, quam vt Ecclesiasticum Tribunal labefactent, ac veluti solitarium reddant. *Tempo rũ deploratio.*

Chri. Ann. 684. *Marty rol.* 28. *Iun. Anast.* At non diu superstes Leo, intra annum cæli Ciuibus adscribi est meritus. Huic sublegitur Benedictus, cuius rogatu Constantinus Imp. Senatu quoque, ac Rom. Pop. flagitante, antiquam Pontificiorum, Comitiorum libertatem restituit, à Theodorico, vt diximus, ademptam. eiusdem quoque Augusti decreto firmatum est, vt ne in posterum Romanæ Ecclesiæ subesse Rauennates Antistites detrectarent. ex eo quoque propensior Constantini Aug. in Romanum Pontificem beneuolentia, ac veneratio constitit, cum Iustinianum, atq. Heraclium Filios eidem veluti sub Adoptionem dedit, illorum ad eum capillo, ex eius temporis more, transmisso. *Leonis obitus. Benedictus II. succedit, Comitiorum Pontif. libertas. Augusti in Rom. Pont. veneratio.*

P. Dia. lib. 6. c. 15.

Hoc eodem anno Synodus iterum Toleti cogitur, non alia, vt videtur, ex causa, quam vt transmissa superiori anno à Leone sextæ Synodi Acta comprobarentur. *Mosci tu digitus. Synod. Toleti.*

Mortuo interim Theodoro, qui Cõstan-

stantinopolitanam Sedem, Catholicæ fidei simulatione, iterum inuaserat, Paulus eidem, ex Laico, subrogatur.

Const. Imper. mors. Iustin. II. succedit.

Decimoseptimo demum Principatus anno Constantinus moritur, Imperij hærede Iustiniano filio relicto. respexisse tum Deus paternam in tutando filio pietatem visus est. etenim Barbaros ita cõtinuit, vt Abimelecus Sarracenorum Princeps non pacem modo sanctè omninò seruaturum, sed pactum quoque tributum persoluturum se, missis ad hoc Legatis, omniũ, cum admiratione, pollicitus sit. Chri. Ann. 685.

Benedicti PP. mors. Ioa. V. succedit.

Moritur & intra annum Benedictus, atque in Sanctorum numerum refertur; quem Ioannes sequitur huius nominis V. natione Syrus, Romæ tamen diutius commoratus, & cum cæteris Legatus ab Agatone ad Synodum Oecumenicam Byzantium missus.

Ebroini tyrãnis.

Indicitur hoc eodem anno Synodus (si tamen hoc nomine censendus est Theodorici Gallorum Regis iussu Episcoporum Conuentus tyrannicè coactus) in eo, Ebroini opera, qui ad Aulæ Præfecturam (Maiorem Domus vocabant) restiturus, inimicos, quorum se instinctu deiectum antea existimauit, vltum ire cupiebat, Episcopi complures, alijque Sacerdotalis, aut Monastici ordinis Viri, quà exilio, quà alio animaduersionis genere mulctati sunt. *Sigeb. Chron.*

S. Leodegar.

in his S. Leodegarius Eduensis Episcopus *Sur. 2. Octob.*

pus Tyranni sæuitiam præ ceteris exsatiauit, præcisis labijs, abscissa lingua, incisis plantis, effossisque oculis, capite demum truncatus. cæterum quemadmodum Tyrannus posteà diuinam vltionem non effugerit, suo loco dicendum erit. Ioannes porrò annuus, & ipse, Pontifex moritur, cui Successor datur Conon Trax genere, sed in Sicilia educatus, atque exindè in Rom. Clerum adscitus; Eius electio, non sine turbis peracta est, Theodoro Exarcho eam sibi vtcumque vindicante, terroremque Rom. Clero, armato milite, incutiente.

Chri. Ann. 685.

Chri. Ann. 686. *Anast.*

Ioãnis PP. obitus.

Conon succedit.

Cononis missu Chilianus, ab eo Episcopus consecratus quique postea Martyrij palmam adeptus est, Franconiam, quam & Orientalem Franciam vocant, Germaniæ Prouinciam, ad Christi fidem traduxit.

Sur. 8. *Iul.*

Ceterum, velut iam præscripta lege, Conon quoque Pontifica us auno nondum exacto, diem obit extremum. Eius morte dirum inter Theodorum Archipresbiterum, ac Paschalem Archidiaconum, Schisma conflatum est; & hoc quidem malis artibus (Sacra pecunia Exarcho oblata) Pontificatum ambiente: his inter se mutuò decertantibus (quod in Cononis quoque Electione vsu venerat) tertius Sergius a Populo acclamatur.

Chri. Ann. 687.

Cononis obitus.

Serg. succedit.

Quo tempore truculentus Carnifex

Ebroini cædes. Ebroinus Sanctorum Sanguine ebrius, plaudente Gallia, ab Ermenfrido trucidatur.

Eruig. mors. Egicanes succedit. Obijt hoc tempore Hispaniæ Rex Eruigius successorem nactus Egicanem Generum, eundēque Bambæ Filium, seu, quod alij tradunt, consobrinum, licet Filijs Eruigius non careret, quos Patris mores, ac Sæuitiæ Auaritia iuncta, exosos omnibus reddiderat.

Synod. Toleti. Igitur Egicanes ipso regni exordio Synodum Toleti cogi, ex more, curat. adfuere Episcopi amplius LX. quorum decreta ipsis ex Actis pete. Chri. Ann. 688.

Ad huc annum spectat Theodorici Galliæ Regis obitus, cui Clodouæus Filius eiusdem nominis tertius subrogatur. Porrò ipsi iam Francorum Reges siuè ex immatura ętate, siuè ex voluptatum illecebris, ac socordia, imbelles redditi, Regni curā abiecerant, inque militiæ Duces, quos iam vulgato nomine Maiores Domus appellabant, per summam dementiam, transtulerant, quò factum, vt Regis quoque postea nomen, quod supererat, amitterent.

Gallia Regū socordia.

Ceadualla Angl. Rex. Sæculi anno vndenonagesimo Sanctus Rex Ceadualla ex Britānia Romā ad Apostolorum limina pietatis causa proficiscitur, vbi ętate ad huc florens, lethali correptus febri, extinguitur, atq. à Sergio, à quo paulò ante Baptismo ablutus fuerat, honorificè tumulatur. Chri. Ann. 689. *Bed. l. 5. c. 7. P. Dia. l. 6. c. 15.*

Chilianus, quē ad Orientales Fran cos missum à Conone diximus, Mar- *Sur.* 8. tyrium hoc anno passus est, quocum *Iul.* Colomannus quoque Presbyter, ac Totnanus Diaconus, eandem palmam adepti sunt. *Chilia nimar tyriū.*

Chri. Ann. 690. At non idcirco diuina destituta est ope Germania, cui antea quidē Euangelij iubar illuxerat; cæterū belli motibus continenter agitata, impietatis iterum tenebris obducta, Idolorum cultui miserandum in modum mancipata reperiebatur. ergò noui ad eam *Bed. l.* 3. c. 27 Apostoli ex Anglia proficiscuntur, Duce Ecberto, qui Monasticam, in Hiber- *Sur.* 1. nia, disciplinam, excoluerat. hi duodecim numero, vbi patefactam sibi ad *Mart.* Euangelium ianuam ea in Prouincia, cognouerunt, Legatione ad Rom. Pontificem instituta, Apostolatum, & prædicationis obeundæ authoritatem ab eo expetunt, quibus impetratis, mirificos, ea ex cultura, fructus retulere.

Iustinianus porrò, futili ex causa (quod tributum, non ex cusa, Imperatoris imagine, pecunia, recepisset) fœdere cum Sarracenis dissoluto, in maximum Remp. discrimen coniecit, quod suo, ac totius Rom. Imperij malo postea sensit. *Iustiniani fatuitas.*

Chri. Ann. 691. Sequenti anno Cesaraugustana, apud Hispaniā, Synodus celebratur, in qua illud, præter cætera, pacis bono, *Synod. Cæsaraug.*

cautum (quod etiam Toletani Patres decreuerant) ne Vxores Regum, post illorum obitum, secundas inirent nuptias, sed, Regio deposito indumento, inter Sanctimoniales degerẽt. hoc pacto inuadendæ tyrannidis occasionem sublatam existimarunt.

Lex in Reginas.

Bertaridus moritur.

Moritur sub idem tempus Bertaridus Longobardorum Rex. Regni itaq. administratio ad Cunipertum Filium, qui iam decennium cum patre regnabat, tota defertur. Hic statim Alachim Tridẽti Ducem perduellem, ac Tyrannum expertus est. in eum Zeno Ecclesiæ Ticinentis Diaconus, nouo exemplo, nec satis probato, arma sumpsit, quæ tamen parum fœliciter administrauit, victus ipse ab Hoste, ac in acie interemptus. tradunt Tyrannum ex concepto in Zenonem odio, insitaq. homini sæuitia, nefarium tum votum nuncupasse; si bello victor extitisset, puteum se, ex Clericorum testiculis, oppleturum. cæterum Rege ipso in aciem prouecto, ad singulare ab eo certamen, ne tot milites perirent, prouocatus, cum abnuisset, prælio inito, occubuit.

P. Diac. l. 5. c. 33.

Cunipertus.

Alachi Tridẽti Dux.

Insanũ eius votũ.

Morte interim Pauli Constantinopolitani Antistitis, sufficitur Callinicus, homo rerũ nouandarũ cupidissimus. itaque Rom. Pontifice inconsulto, nullaque venerandæ antiquitatis ratione habita, Episcopis nonnullis Byzantium

Chri. Ann. 692.

euo-

euocatis, Quintæ, ac Sextæ Synodi nomine, ac ſi illæ coactæ adhuc eſſent, quarum poſtrema ſoluta ante decennium fuerat, centum amplius Canones, Impoſtor dementiſſimus, ſanxit. *quæ dè re Authorem fusè hìc diſſerentem conſule.*

Chri. Ann. 693. Hoc tempore Sisbertus Toletanus Archiepiſcopus, Sacerdotalis muneris, omniſque adeò pietatis immemor, ac fidei, in pium, ac iuſtum Regem Egicanem conſpirauerat. perfidia igitur detecta, Rex non niſi Sacris legibus aduerſus eum agendum putauit. imo eiuſmodi modeſtiæ, ac Religionis ſpecimen dedit, vt, coacta ad hoc Toleti Synodo, duobus oblatis, Synodi Patribus, libellis, nulla aduerſus Sisbertũ querela ingeſta ab eo ſit, ſed nefaria tantum molitio detegenda ſit propoſita. Porrò maieſtatis licet reus, ex ſua ipſius confeſſione Præſul, non niſi dignitate, ac bonis exutus, exilio mulctatus eſt.

Egicanis laudes.

Synod. Toleti.

Miſerat ſuperiore anno Iuſtinianus Romam Zachariam Protoſpatarium, vt Sergium Pontificem, qui à Callinico ſancitos Canones ſubſcribere abnuerat, Byzantium perduceret, ſed Rom. populus, ipſique milites tutati Sergium, Zachariam, contumelijs affectum, Vrbe eiecerant. his alijſque impiè ſimul, atque inconſultè geſtis Auguſtus, Superũ, ac mortaliũ odium

Iustiniani casus.

ità incurrit, vt fastigio deiectus Imperij, subire exilium coactus sit, naso antea ad ludibrium, præciso, ex quo illi *Rinotmeto* nomen est inditum. Eius loco Leontius Præfectus, Augustus à Populo, ac militibus appellatur; qui iam triennium vinctus detinebatur. Chri. Ann. 694. *Theop.* *Cedrē.*

Iudæorū motus. *Synod. Toleti.*

Hæc quidē in Oriente. apud Occidentem porrò Hispania Iudæorū motu in maximum discrimen adducta est, quo compresso, Synodus Toleti cogitur, cuius decreto Gēs quietis nescia, bonis omnibus exuta, in seruitutem redacta est. Filij septemnio maiores à Parentibus abstracti (Baptismo quippè cum his abluti iam fuerant) idque vt in posterum subindè fieret perpetuò cautum. hac tum quidem ratione futuris Iudęorum motibus obuiam itum est.

Insanus in Hispanos.

Ad hæc eiusdem Synodi Patres sacrilegum morem sustulere, vetantes, ne Missæ, pro defunctis celebrari consuetæ, pro viuentibus offerrentur. erat enim, ea tempestate, absurdo admodum in more positum, vt ad accersendum inimicis interitum, pro eis huiusmodi defunctorum sacra peragerentur. vsque adeò homines conceptum odium, Sacros verò Ministros lucri cupido dementabat.

Hoc tempore qui Germaniam, diuini prædicatione verbi, excolebant, eximios indè laborum fructus referebant. Chri. Ann. 695.

Sur. 1. Mart. bant. Ex his Vuigbertus apud Frisiam Martyrij demum palmam adeptus est. horum res præclarè gestas Marcellinus scripsit, qui ex illorum numero fuit, *ex quo multa Author huc congerit, ad sequentes etiam annos spectantia.*

S. Vuigbertus mart.

Chri. Ann. 696. *Theoph. & Cedrē.* Sarraceni interim Africam inuadūt, eaque magna, ex parte, potiuntur. tutandæ huic Prouinciæ missus à Leontio Ioannes Patritius, principiò prosperè cum Barbaris pugnauit, ijs postmodum animo, ac viribus auctis, Romano cū exercitu ad internncionem cæsus est. tum qui cladi superfuerant, milites Constantinopolim redire erubescentes, Leontij quoque seueritatem veriti, Absimarum, infamiæ socium, Augustum appellant, ac Tiberio nomen indunt, à quo Leōtius captus, præcisis & ipse naribus, Dalmatiæ Monasterio mancipatur.

Sarraceni Africam capiūt.

Tiber. Absimarus Imp.

Leontius de ijcitur.

Chri. Ann. 697. Chri. Ann. 698. 699. 700. *Anast. in Ser.* Ad hunc ipsum annum nonagesimumseptimum, ac eiusdem sæculi reliquos, res à nouis Germaniæ Apostolis gestæ pertinent, *ex eodem Marcellino ab Authore hìc relata ad quem placet Lectorem remittere.*

Chri. Ann. 701. *Martyrolo. 9. Sept.* Nouo appetente sæculo Sergius Pōtifex obijt, vbi annos sedisset paulo minus XIV huic, post sexquimensem, sublegitur Ioannes, qui huius nominis sextus numeratur.

Sergij PP. obiit.

Ioānes VI.

Eodem ferè tempore, Egicane

Egicanis obitus. Vuitizafil.

apud Hispaniam vita functo, Vuitiza Filius, qui cum Patre pariter regnauerat, regni habenas solus moderari, occepit; monstrum verius, quam Rex, cuius plus quam tyrannicum imperium, ac vitæ probra describi paucis haud quaquam possunt, ideo apud alios legenda relinquimus. *Luc. Tudē. Chron.*

Beneuentanus, hoc tempore, Dux Gisulfus, infesto milite Romanos fines populatus, captiuos secum multos abducit, quos, sacris quoque vasis, ac donarijs distractis, Ioannes Pontifex redimit. Chri. Ann. 702.

Quo tempore Heimerannus Ratisbonentis Episcopus Martyrij palmam adeptus est. *Sur. 12 Sept.*

Iustinianus Imperiū recipit. Vindictæ genus.

Post decennale demum exilium Iustinianus, Bulgarorum armis fretus, Byzantium petit, perq. aqueductum clanculum, Vrbem init: Abimarum, indè Leontium in potestatem redigit: tum ambos in Circum adductos, pedibus calcat. Populo interim illud Dauidicū vsurpante; *Super aspidem, & Basiliscum ambulasti, & conculcasti Leonem, & Draconem* ambos indè in Cynegium missos, capite truncari iubet. horum porrò Asseclas ita, per interualla, supplicio afficere instituit, vt plus vita quam vltionis materia non suppeteret. sunt qui tradant, eum, quoties naso, abstergendi gratia, manus admoueret, alicuius, ex inimicis, cædem Chri. Ann. 703. *Theop. Cedrē.*

dem imperasse. Ad hæc iusto Dei iudicio factum, vt Callinicus Patriarcha oculis, Augusti iussu, orbatus, Romam in exilium pelleretur, à Romano Pontifice, quem despexerat, emendicare stipem coactus.

Callinico sublato, Augustus Cyrum, apud Amastridem Insulã Monachum, subrogari curat, quod reditum sibi ad Imperium prædixisset.

P. Dia. Moritur hoc ipso anno Cunipertus Rex Longobardorum superstite Luitperto Filio impubere, quem Ansprando, insigni Viro, in tutelam dedit. Hunc Regebertus Taurinorum Dux, Ansprando acie victo, intra annũ deiecit. at neq. is scelere diutius gaudet, eodem, & ipse anno extinctus.

Cuniperti obitus.

Luitpertus succedit.

Regembertus.

Chri. Ann. 704. *Ado. in Chron. Anast.* Atrox inde bellum exortum, Rotarit Bergomensium Duce Regnum ambiente, Luitperto Caniperti Filio repetente. cæterum, his mutuo decertentibus, regnum defertur Aritperto, qui vt Paulus Diaconus tradit, Alpes Cottias Romanæ olim Ecclesiæ patrimonium à Longobardis interceptũ, eidem Ecclesiæ reddidit, eamque donationem aureis exaratam literis Ioanni tradidit.

Aritpertus.

Alpes Rom. Eccl. reddit.

At verò Edilredus Merciorũ, apud Angliam, Rex, cum annum in Regno ageret alterum, ac trigesimum, Monachus factus, Coënredo Filio illud reliquit.

Edilredus.

Coënredus.

Io. VI. obitus. Ioannes quoque, tertio Pontificatus anno, extinctus, cognominem habuit Successorem, qui huius nominis septimus numeratur, ad quem Iustinianus Princeps honorificam instituit Legationem, qua duo Metropolitani Antistites functi sunt. missa cum Legatis Callinici, quæ diximus, ad Quintam, ac Sextam Synodum Additamenta ea verò, vtpotè legitimo in conuentu haud sancita, recipere Ioānes abnuit, atque ad Augustum ipsum remisit. qui hoc ipso tempore, nō sine ingrati animi nota, rupto, quod cum Bulgaris inierat, fœdere, armis eos lacessere, non est veritus. cæterum, vt par erat, victus, ęgrè, ex pugna, fuga elapsus est. Chri. Ann. 705.

Ioānes VII. succedit.

Augusti temeritas.

Ioānis VII. obitus. Ioannes subindè Pontifex Petri sedem, triennio ferè insessam, Sisinnio, morte obita, reliquit; qui tamen viginti non amplius dies superstes, Successorem habuit Constantinum, cuius sub Pontificatus exordium, resiliens à Romanæ sedis subiectione Fœlix Episcopus Rauennas, turbas maximas concitauit, quo factum, vt Augusti quoq. indignationem prouocaret, à quo, Byzantium euocatus, oculis orbatus est, tum exilio damnatus. Insuper Rauennæ Ciues perduellionis, in quam, Præsuli plus æquo studentes, eruperant, abundè pœnas dedere. Chri. Ann. 706.

Sisinnius.

Constãtinus.

Imp. ob sequiũ in Ro. Pont. Constantinus itidem Rom. Pont. eiusdem Augusti accitu Byzantiũ profectus, Chri. Ann. 707. Chri. Ann. 708.

Chri. Ann. 709.

Anast. *Bed.* *Mari.* *Scot.* *Ansel.* *Lucen.*

fectus, eò antequam perueniret, ad septimum ab Vrbe lapidem Tiberium Augusti Filium, ac Cirum Patriarchã, Populique, ac Cleri partem maximam obuiam habuit. ipse quoque Iustinianus Nicea, vbi tum erat, profectus, Pontifici illuc properanti, tanta cum obseruantiæ significatione, occurrit Nicomediam, vt illius etiam deosculari pedes voluerit. Quid porrò annua fermè Byzantij mora ibidem actum à Constantino fuerit, non satis exploratum est. constat tamen ex his, quæ Anastasius de Gregorio huius successore habet, Callinici decreta in disquisitionem ab eo vocata, ex Synodi Actis expuncta, atque ad Catholicæ Fidei Regulam fuisse castigata.

Chri. Ann. 710.

Chri. Ann. 711.

Sequenti anno, quo Constantinus Romam reuersus est, Saxonum Ecclesiæ fundamenta, Suiberti opera, iaciuntur.

S. Suibertus.

Bosphorani, ac Chersonenses tyrannicè à Iustiniano vexati, atque iniusto petiti bello, Philippicum cognomento Bardanem, eius iussu nuper ab exilio reuocatum, Augustum appellãt, ac Byzantium deducunt; tum, qui Iustiniano aderant, Aulici, ac Milites, impunitatem pro se pacti, ipsum, ac Tiberium Filium deferentes, Philippico trucidandos relinquunt.

Philippicus Imp.

Iustiniani cades.

Chri. Ann. 712.

Is porrò vixdum Imperium auspicatus Fidei professionẽ Romano Pont.

ex more exhibet, sed qualem impium Monotelitam decebat. itaque non à Pontifice tantum, ac Romano Clero reijcitur, sed à Populo quoque vniuerso, vna cum Authore ipso explauditur, ac diris incessitur.

Ad hæc nouus Augustus sextam Synodum amoliri aggressus, Cyrum in primis Catholicum Byzantij Antistitem deijcit. Ioannem suæ Sectæ hominem substituit; quo indicente, Episcopi, ex Oriente, complures Regiam in Vrbem confluunt. porrò cum aduersus Ioannis sententiam, atque exploratam Principis voluntatem hiscere nemo auderet, omnium suffragijs sexta Synodus, sancitique ab ea Canones abrogantur.

Aritperti obitus. Eodem anno moritur Aritpertus, Anspr andus Iustitiæ fama insignis Vir, quo de alibi meminimus, subrogatur; eo tamen adhuc superstite, nec abnuente, Luitprandus ipsius Filius paucos post menses Rex eligitur, regnatque annos amplius XXX. constat porrò illum ipso Regni exordio Aritperti donationem Rom. Ecclesiæ factam confirmasse. P. Dia. l. 6. c. 35. Chri. Ann. 713.

Anspr andus.

Luitprandus.

Philippicus deijcitur. At Philippicus altero Imperij anno suorum conspiratione captus, atque oculis orbatus, in exilium pellitur.

Artemius qui Anastas. Imp. Artemius Vir Catholicus, quem Anastasium vocare placuit, Augustus appellatur. Hic nihil prius habuit, quam

vt

vt se rectæ fidei Cultorem profiteretur, eaque de re certiorem per Legatos Rom. Pontificem redderet. igitur Constantinus Arthemio Imperium virtute partum, & fidei cultum gratulatus, Apocrisarium ad eum mittit, qui Lapsos, Tyranni metu, nuper Episcopos, quod plerique omnes optarent, Catholicæ cõmunioni redintegraret. *Luc. Tud.*

Chr. Ad hũc ipsum annum, sæculi, quod percurrimus, XIII. spectat Sarracenorum in Hispaniam ingressus, & florentissimi dudum Regni miserandæ, ac diuturnæ postmodum captiuitatis exordium.

Triennio fere antea Vitiza Rex impius decesserat, cuius ob tyrannidem Filij superstites, patreno excluſi fuerant Regno, Roderico illis subrogato. Furmalus ergo, atque Erpulio (hæc eorum erant nomina) priuatæ conditionis impatientes, Sarracenos ex Africa accersunt, quorum armis Rodericus vincitur, Regnoque, ac vita spoliatur. victoria potiti Barbari, haud ægrè posteà Regno vniuerso potiuntur. quo verò id pacto gestum sit, sequentibus deinceps annis erit recensendũ. *Rodericus Hispæ. Rex.*

Chri. Ann. 714. Haud ita multo post Pipinus decessit, qui Galliæ Regnum pro Dagoberto huius nominis II. administrabat. ea Præfectura functus annis XXVII. quam ad Carolum Filium cognomento Martellum, rerum posteà gestarum fama *Pipinus I. Carol. Martellus.*

fama celeberrimum, transtulit. Carolus porrò maiores in dies opes, ac gloriam parans, posteris ad Regni fastigium viam aperuit.

Cõstãtini PP. obitus. Gregorius II. succedit.

Eodem ferè tẽpore obijt Constantinus, vbi sedisset annos paulo amplius, VI. cui Gregorius II. eius nominis sublectus est, *a cuius insigni Pontificatu Author Nonum Annalium tomum exorditur. nos verò hanc ipsam Epitomen, ex instituto, prosequentes, libellum item nonum, Deo Duce, auspicabimur.*

Libri VIII. finis.

AN-

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

AD LVDOVICO AVRELIO Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER IX.

Respondens Nono Authoris Tomo.

Chri. Ann. 714. QVadraginta itaque, à Constantini obitu, elapsis diebus, Gregorius, qui cũ eo nuper Byzantij fuerat, doctrinæque inibi, ac prudentiæ specimen dederat non vulgare, Rom. Pontifex renunciatur. XI. Kal. Iunias. Inter prima Pontificatus rudimenta, Ioannem Patriarcham, hæreticum hominem, deijci à Sede curat, neque id ægrè à Catholi-

Gregorius II. Papa.

co Imperatore impetrat, cui Germanus, qui Cyzicenam Ecclesiam regebat, rectæ fidei propugnator acerrimus, subrogatur.

At Romani milites ab Anastasio aduersus Sarracenos missi, cum, per seditionem, Ioannem Ducem occidissent, pœnam veriti, Theodosio, qui tributorum exactor erat, Adramiteno à Patria noncupato, Imperium inuito deferunt. hoc vbi Anastasius comperit, Principatu ponte deposito, monasticum assumpsit indumentum.

Theod. Adramiten. Imp.

Par Adramiteni conditio fuit, intra annum quippè & ipse, Leone Isauro Augusto à militibus appellato, sacris initiatus, quietiorem, quam in Imperio, vitam quæsiuit.

Chri. Ann. 715.

Leo Isaurus Imp.

Hoc tempore Luitprandus Longobardorum Rex, Gregorio infensior redditus, Cottias Alpes, quas, ex iterata sæpius Regum Donatione, ad Rom. Ecclesiam spectare diximus, instantius repetebat; cæterum, seu Pontificis præcibus, seu intentati Anathematis Religione territus, ab incepto ità destitit, vt, nouo & ipse decreto, antiquam Donationem confirmauerit.

P. Dia.

Antequam Regem placatum redderet Gregorius, illius simul arma, atq. insidias metuens, instaurandis Vrbis moenibus animum adiecit, quamquam, sequuta postmodum pace, aliisque ex causis, ab incepto destitit.

Leo

Chri. Ann. 716. Leo interim, Augustus, vt diximus, acclamatus, abdicante se Theodosio, vnaque cum filio sacros ordines suscipiente, Imperij habenas moderandas suscipit, coronatusq. à Germano Patriarcha, eo exigente, rectæ fidei professionem emittit, quod, & datis ad Gregorium literis, præstitit.

P. Dia. Per idem fere tẽpus Petronax Brixiensis Ciuis, alijs secum Socijs assumptis, Cassinense Coenobium ante annos plus minus centum, ac quadraginta, ex Longobardorum inuasione, à Monachis, qui ad Vrbem confugerant, ac Lateranense domicilium extruxerant, destitutum, incolere ità occepit, vt mox frequentissimum instructissimumque reddiderit. *Cassinũ Cœnobium.*

Tudẽ. Chrõ. Quo tempore Sarraceni, quos in Hispaniam, euocatos diximus, ea maiori iam ex parte potiti, Legionem Vrbem Sueuorum olim Regum Aulam, Toletum inde, Iudæorum proditione, *Sarracen. victoria.*

Chri. Ann. 717. Theop. P. Dia. l. 6. c. 47. Bed de sex æt. capiunt. Ex ijsdem mox Barbaris, qui ad Orientem incolebant, Byzantium terra marique obsident. Dei tamen Genitricis ope, vt Græci Authores tradunt, Vrbs diuæ Virginis studiosissima, ita seruatur, vt innumeræ hostiũ copiæ, quà lue absumptæ, quà fluctibus haustæ, interierint, quod tamen, non nisi post diuturnam obsidionem, accidit.

Anast. in Gre. Hoc eodem anno Tiberis exundatio *Tiberis exũdatio.*

tio extitit maxima, vt Vrbis mœnia, alicubi transcenderit, atque ad Capitolij radices pertigerit, Via lata, quæ nunc Via Cursus appellatur, staturam hominis, ac semis exæquans, quodque monstro simile videri possit, septem ipsos dies sub eodem incremento perstiterit.

Chilpericus Gallor. Rex.

Chilpericus, qui hoc tempore Galliæ Regnum obtinebat, Caroli, Pipini Filij Præfecturam pertæsus, Raginfridum Maiorem Domus, vt tum vocabant constituit, Carolo, vt licuit, in ordinem redacto. cæterum ab eo vterque victus, priuatam fermè vitam degere coactus deinceps vterque est. *Chron. Pithe.*

Vincitur à Carolo Martello.

Eodemque tempore mirificus ille Saxonum, ac Frisiorum Apostolus Suuibertus, laborum à Deo præmium, morte obita, est consequutus.

S. Suuibertus.

Sarracenorũ porsequutio.

Sarracenorum Princeps Haumar dira clade perculsum se, suosque, à Byzantij obsidione, animaduertens, expiationis gratia, vini vsum Genti inhibuit: tum Christianos sibi subditos blanditijs pellicere, supplicijs terrere, vt Christi fidem desererent, instituit: ausus & Leonem ipsum Aug. de perfidia interpellare. Martyrum hoc tempore complurium certamina, ex eadẽ Regis Barbari insania scriptorum incuria obliuione sepulta omninò fuisse, dolendum est. Chri. Ann. 718. *Theop. Cedr.*

Hoc tempore Asturij, Hispaniæ Populi, *Tudẽ. Chron.*

puli, Sarracenorum iugum audentiùs detrectantes, Pelagium ſibi Principem deligunt, quo Duce, inſigni Barbaros clade afficiunt. *Pelagius.*

Chri. Ann. 719. Sur. 5. Iun. Gregorius ſubindè Pontifex Bonifacium ex Anglia Romam profectum Apoſtolatus munere inſignitum in Germaniam mittit, *de quo multa hic Author ex Actis ſumma fide conſcriptis, refert.* *S. Bonifacius Germ. Apoſt.*

Radbotus hoc tempore, quem alij Batoldum vocant, Friſionum Princeps inſigne ſtaltitiæ documentum dedit. hic ad Chriſti fidem vtcumque pellectus, à Vuilfrando Epiſcopo baptizandus cum eſſet, ſciſcitatus eum eſt, apud inferos ne, an apud Superos plures eſſent Maiorum ſuorum; vbi plures, vtpotè à recta fide alienos, apud inferos eſſe haud dubiè comperit; *ſatius eſt*, inquit, *vt plures ſequar*: itaque Baptiſmi expers, haud diu ſuperſtes, Maiorum, vt optauit, numerum, apud Inferos, auxit. *Radbotus Friſiorum Princ.*

Theop. & Cedren. Naſcitur hoc anno Leoni Aug. Filius Conſtantinus, qui, dum ſacra ablueretur aqua, lauacrum ſtercore inquinauit, ex quo Copronymus poſtea eſt dictus. ſanè Germanus Patriarcha polluturum eum olim ſacra omnia, tum prædixit, quod euentus poſtea comprobauit. *Cõſtantinus Copronymus naſcitur. Prædictio de eo.*

Chri. Ann. 720. Subindè, nondum annuus infans, Auguſtus à Patre dicitur, ac ſolemni *Auguritu*

stus dicitur. ritu ab eodem Germano inauguratur.

Carol. Martellus. Quo tempore Carolus Martellus Galliæ Regnum pro arbitrio administrabat. Homare porrò Sarracenorum Principe è viuis sublato, indicta ab eo in Christianos persequutio finem accepit.

Synod. Romæ. Octauum agebat Pontificatus annum Gregorius cum, Synodo Romæ coacta aduersus illicita coniugia acriter perorauit, atque Anatemate eos perculit qui contra prescriptas ab Ecclesia leges, matrimonio cum sacratis Deo Mulieribus iungerentur. Chri. Ann. 721.

Syrus Impostor. Hoc eodem anno Impostor quidam Syrus Messiam se esse audacter mentitus, Iudæorum complures, non insolenter, seduxit. *Theop.*

Apud Armeniam quoq. Manichæi hoc tempore, vt sæpius Prouinciam perturbantes, à Leone Aug compressi sunt, qui & Iudæos Ad Baptismum compulit. Chri. Ann. 722.

S. Bonifacius. Quod ad res spectat Occidentis, cum ad Gregorium de Bonifacij, quê in Germaniam legauerat, rebus præclare in Fide inibi propaganda gestis, perlatum fuisset, placuit illum, Romam accersitum, Episcopum consecrare, quod sequenti peractum est anno. hoc tamen non antea præstitum, quam Bonifacius ipse rectæ Fidei professionem emitteret, atque in Rom. Pontificis verba iuraret. dimissum porrò Bonifa- Chri. Ann. 723.

ciũm

cium Gregorius commendatitijs literis compluribus munijt, *quarũ exemplum hìc habes*.

Concil. Nicen. 2. Dum apud Occidentem ita se res habent, monstrum oritur apud Orientem, cuius cornibus Ecclesia diutius exagitata est. hæc est Hęresis *Iconoclastarum*, quæ hoc anno Gizidis Sarracenorum Principis edicto est promulgata, Authore Iudæo quodam Impostore, qai diuturnum illi Regnum hoc præstito, est pollicitus. cæterum Gizide intra sexquiannum extincto, Vlidus eiusdem filius, Iudæo, quasi Parentis interfectore, supplico effecto, imagines quoque Templis tum reddi iussit. Verum eninuerò alijs posteà, vt tradunt, Iudæis Leonem Augustum fascinantibus, deiectum paulò ante, monstrum viuacius reuixit. *Iconomach. ortus.* *Leo à Iudæis deceptus.*

Chri. Ann. 724. Magnæ interim, ex Bonifacij predicatione, apud Germaniam, Euangelio credentium accessiones fiebant; itaq. cum illius vbiq. fama increbresceret, gratulatoriæ ad eum Epistolę vndique afferebantur, *quarum exempla apud Authorem, si libet, hìc require*. *S. Bonifacij res gestæ.*

Sur. 8. Sept. Eodem fere tempore S. Corbinianus Frisingensis apud Germaniam Episcopus, laboribus perfunctus maximis in Christi fide ea in Regione propagãda, Romã profectus, missionẽ apud Gregorium Pontificem ab Episcopali munere expetijt, nec impetrauit. *S. Corbinianus.*

Sar-

S. Austini reliquiæ.

Sardiniam hoc tempore Sarraceni obtinebant, apud quam Insulam sanctissimi Antistitis Augustini Reliquiæ erãt ex Africa (quod alibi tradidimus) Vandalica grassante persecutione, illuc translatæ. eas Luitprãdus Rex magno à Barbarus redemptas precio, Ticinum transtulit. Ijdem porrò Barbari eodem ferè tempore Galliam ex Hispania irrumpunt, Eudone illos Aquitaniæ Duce aduersus Carolum Martellum euocante, à quo tamen ad internecionem cum Rege Abdirama cæsi, Caroli potentiam, ac gloriam immanè quantum auxerunt.

Chri. Ann. 725. *Oldr. ep. ad Carol. Ma. sup. ad ann. 504. P. Diac. l. 6. c. 14.*

Leonis edictũ in sac. imagines.

Decimum agebat in Imperio annum Leo, cum, sacrilego edicto promulgato, sacras vbique Imagines deleri iussit, earumque plurimas nactus, ipsa in Vrbe Regia concremauit; quo cognito Gregorius, coacta Romæ Synodo sacras imagines retinẽdas statuit: nouam hæresim ipsumque adeo Authorem Augustũ Anathemate percullit: subditos eidem Populos, sacramento solutos, à tributorum solutione exemit: quod quidem ex Græcis scriptoribus habemus. verum continuisse eum potius in officio Italos spontè sua Græcorum iugum detrectantes, discere ex eo possumus, quod aduersus Luitprandum, qui Rauennam, pulso Exarcho, occupauerat, Vrsi Venetiarum Ducis Auxilium implo-

Chri. Ann. 726. *Theop. & Cedren.*

Synod. Roma. Leo Imper. excõmunicatus.

Vrsus Venet. Dux.

P. Diac. Andr. Dand.

ep. 4

Chri Ann. 727.

implorauit, nec incassum. Luitprandus quippè Rauēna cedere coactus, Exarchus, qui aufugerat, restitutus est. acriores quidem Gregorium in Leonem dedisse literas, omnes affirmant. *has non ita pridem græcè, ac latinè editas vtroque idiomatè apud Authorem hìc habes, quibus & alteras, non antea, vt testatur, editas addit.* Vbi se literis haudquaquā proficere Gregorius animaduertit, Legatos Byzantium misit, quos Leo, nulla iuris Gentium ratione habita, carceri statim mancipatos, exilio indè mulctauit: insuper & ipsi Gregorio Pontifici insidias struxit, quibus detectis, & conjurati à Romanis interfecti sunt, & Italiæ pars maxima, quæ sub Romano erat Imperio, ab eo abrupta est. initum insuper cum Carolo Martello aduersus impium Augustum fœdus, illius consilium inferendi Italiæ belli, disiecit.

Grego. Leonē arguit

Italiæ à Leone deficit.

Sub eiusdem anni exitum Bonifacius Germaniæ Apostolus per Danualem Presbyterum Romam legatum Gregorium Pontificem consulit de compluribus in Apostolico obeundo munere subortis dubitationibus, ad quas omnes responsum extat, perperam tamen inter Gregorij III. Epistolas collocatum legitur.

ep. 4.

Chri. Ann. 727.

Hoc tempore egregium catholicæ fidei aduersus Leonem Aug. traditāq.

ab

ab eo hæresim nauabat operam Germanus Patriarcha, ac Ioannes Damascenus, vt illius Epistolæ, quæ extant, Huius verò non vnius generis lucubrationes docent. Cæterum Clasiarij Leonis milites, ac Duces arma in illum, pietate licet suadente, inconsultè tamen inferentes, superantur: cladi porrò superstites supplicio afficiuntur.

Io. Damascenus.

Apud Nicen. Synod. 2.

Eius genus.

Erat Ioannes Damascenus summo apud suos loco natus ob morum tamen probitatem magis, quam ob generis splendorem à Sarracenorum Rege, cuius Ditioni suberat, apprimè carus, interque Aulæ Proceres consiliorum eius participes adscitus. huius dicendi scribendique libertatem (nam in nouam hæresim stilum, vt diximus, acuerat) Leo Aug. indignè admodum ferebat. ergo cum homini, qui Sarracenis subesset, eorumque apud Principem gratia in primis polleret, obesse alia ratione haud posset, ad dolos conuersus, Ioannis caractere, quam simillime, effecto, illius quasi ad se literas datas, quibus Vrbem se proditurum spondebat, ad Sarracenorum Regem mittit. Is caracteris, similitudine deceptus, re haud alia ratione discussa, in furorem actus, Ioanni dexteram amputari iubet. at Vir Sanctissimus ita, vt erat, cruentatus, ac non tam vulneris, quam intentati criminis dolore cõfectus, ante Deiparæ Virginis ima-

Chri. Ann. 728.

Dolo à Leone petitur

Mirũ de eius dextra

ginem

ginem prouolutus, dextræ simul, ac læsæ restitutionem famæ, effusissimis apud eam precibus expoſcit. mira res: somno, à quo fuerat correptus, excitatus, dextram ita restitutam cernit, vt tenuis nihilominus cicatrix absciſſionis testis appareret. re à Principe cognita (quamquam non statim miraculo fidem habuit) Ioannis simul innocentia, Leonis derecta fraus est. tum vir Dei tandiù precibus apud eundem Principem egit, donec honesta missione impetrata, ex Aula Hierosolymam abijt, monastico tum suſcepto vitæ genere, Eccleſiam deinceps morum sanctitate, ac luculentis editis commentarijs magis, magisque illustrauit eius res gestas Ioannes Hierosolymorũ Patriarcha posteris tradidit.

Aulã deserit Monachus fit.

Sutriũ B. Petro donatũ.

Anast. in Gregor. Sutrium hoc tempore, Arx munitissima, Longobardorum armis interceptа, post dies quadraginta, Gregorio precibus apud Luitprandũ agente, donationis titulo, Apostolorum Principi, militibus inde reuocatis, collatum ab eo est.

Chri. Ann. 719. *Anast. in Gregor.* Leo interim per Exarchum fœdus cum Luitprando Longobardorum Rege ferijt auxilia ad debellãdos Spoletanum, ac Beneuentanum, eius ipsius Gentis Duces pollicitus, dum tamen Rex ipse Romanam Vrbem, quæ Græcorum iugum excusserat, iunctis viribus, expugnaret. Gregorij hoc fœde-

Leonis cum Luitprandi prãdo fœdus.

Roma obsessa.

re haud dubiè caput petebatur, qui tamen amborum armis, Vrbe obsessa, ita non est territus, vt adire in castris Regem non sit veritus. itaque Pontificis maiestate motus Luitprandus, ad eius sese pedes, non placatus modo, sed etiam horrore quodam perculsus, prosternit, Apostolorum Templa supplex adit, ac militaribus ibidem positis indumentis, conciliatis simul Gregorio, atque Exarcho, exercitum reducit innoxium.

Liberatur.

Cometa duo.

Hoc eodem anno Cometæ duo mortales terruere, quorũ vnus orientem antecedebat solem, occidentem subsequebatur alter. diram ab his cladem prænunciatam, quam Galliæ postea Sarraceni intulere, eius temporis Scriptores existimarunt. *Bed. Hist. l. 5. c. 24*

At impius Imperator, quo minus veritate nitebatur, eò vim magis adhibendam ratus, Germanum Patriarchã blanditijs diu frustra tentatum, vi deijcit, plagisque, ac contumelijs affectum, exilio mulctat. Cleri porrò suffragijs ne in speciem quidem requisitis, Anastasium assentarorem egregium, suæ fauentem hæresi, eius in Sede collocat: tum demum Leonem Anatemate à Gregorio perculsũ Scriptores omnes consentiunt. Chri. Ann. 730. *Theop. Damasc. oratio 2.* *Sur. Iun.*

Leo Imp. excõmunicatur.

Grego. obitus.

XVII. Pontificatus anno Gregorius diem obit extremum Successorem nactus eiusdem nominis Gregorium, qui Chri. Ann. 731.

qui tertius numeratur, Hic Gregoriũ Præsbyterũ ad Leonem legat, qui, Byzantium vbi peruenit, illius iram pertimescens, Pontificis, quas ferebat, literas Augusto reddendas, quod actiores eas esse sciret, Romam, Legatione vtcumque functus, retulit; ea de causa excommunicationis sententiæ subijciendus cum esset, Episcoporum, quos Pontifex ea super re coëgerat, precibus eam euitauit, ita tamen, vt non omninò meritam præuaricationis pœnam euaserit; quippè eidem imperatum, vt Byzantium remeans, easdem Augusto literas redderet; quod dum sequenti anno summa cum animi constantia, prestat, ex itinere, apud Siciliam comprehensus, Leonis iussu exilio mulctatus est.

Grego rii. succedit.

Eius seueritas.

Impius porrò Augustus Sacerdotalis ordinis Viros, suæ aduersantes hæresi, adortus, quos leuissimè, exilio puniebat, sacrorum martyrum numerum in dies augens.

Leonis persequutio

Sur. 5. Iun. Audierat de Gregorij obitu, à quo Apostolatum acceperat Bonifacius; igitur nihil prius habuit, quam vt rerum a se gestarũ rationem Successori redderet, tum super gerendis deinceps cõsuleret. Legatos proinde Romã destinat, quos Gregorius benignè, vt parerat, susceptos, datoq. ad Bonifacij cõsultationes, responso, *cuius exemplum hìc habes*, benè illis precatus, dimisit.

S. Bonifacius.

Beda historiæ finis. Ad hũc vsque annum, qui Sæculi est alter, ac trigesimus, Beda Historiam à sè conscriptam deducit, ad cuius finem de se addit non nulla. ipsius porrò operum catalogum ad finem Epitomes habes. cæterum de illius obitu, qui, quoto acciderit anno, non satis constat, ipsius Discipuli extat epistola *hìc relata; vbi & tanti Viri elogia quædam ex Veteribus afferuntur.*

Eiusdẽ elogia.

Hoc eodem anno, qui Galliam iterum inuaserant Sarraceni, iterum à Carolo vincuntur, fuga porrò elapsi naufragio pereunt. *Pithe. Chro.*

Constãtini nuptiæ. Ad sequentem annũ spectant Constantini Leonis Filij nuptiæ cum Gaiani Filia, quæ, Christianis sacris initiata, Irene est appellata. diuino autẽ consilio factum videtur, vt barbara Mulier catholicam simul fidẽ ita amplexa sit, vt per summã animi constantiam Viro, ac Socero obnitentibus, tueri eam numquam destiterit. *Chri. Ann. 732.*

Subindè Leo classem validam in Siciliam mittit: Italiæ populos, qui iugum excusserant, debellaturus. eo terrore Siculos, ac Calabros graui impo. sito tributo domuit, Romanæ Ecclesiæ apud eam Insulam patrimonium Fisco addixit. ceterum haud ita multo post classe apud Superum mare, vi tempestatis, disiecta, Itali reliqui timore soluti sunt. *Theop.*

Gregorius interim, Tyranni armis haud-

haudquaquam territus, Concilium Romæ cogit Episcoporum propè, C. quo sacrarum Imaginum cultum decreto iterum sancit: nouam hæresim explodit, ac damnat: tum nouum ad Leonem Commonitorium mittit; quod tamë ita non est receptũ, vt illius delator custodiæ, ex more, traditus, post annũ demũ contumelijs, atq. iniurijs abundè affectus, dimissus sit. Iã verò qui scriptis adstruere sacrarũ Imaginum vsum voluit Gregorius, facto quoque stabiliuit, ex his pluribus apud præcipua Vrbis Templa consecratis; qua de re Anastasium consule. *Synod. Roma.*

Chri. Ann. 733. *Anast.* Ad legationes hactenus ad Leonem missas, placuit Gregorio duplicem hoc anno illius Principatus octauo, eadem ex causa, ad illum decernere: alteram ipsius Gregorij nomine: Italiæ totius alteram, quibus pristinum eidem obsequium, ac tributorum solutio spondebatur, dùm quiescere Ecclesiam sineret, ac sancitas à maioribus leges custodire. cæterum vtraque incassum cecidit haud disparem à superioribus exitum sortita. *Multiplex ad Leonẽ Legatio.*

Hoc tempore, quemadmodum apud Galliam Carolus Sarracenos ex Hispania irrumpentes vicit; ita apud Germaniam, Bonifacius recens ortam in Bauaria hæresim, diuino spiritu diflauit; ità, vt ne cuiusmodi quidem fuerit, notitia ad posteros peruenerit. *Martelli victoria.*

Quatuor qui sequuntur anni vix ali- Chri.
quid memoratu dignum exhibent, prę- Ann.
ter Martyrum apud Orientem certa- 734.
mina Leone cruenta bestia id dies ma- 735.
gis sæuiẽte. horum quidem postremo, 736.
qui sęculi fuit septimus, ac trigesimus, 737.

Coelulfus Rex Monachus fit

Coeluulfus apud Angliam Rex, cui conscriptam à se Historiam Beda nuncupauit, Regijs pompis valere iussis, monasticum vitæ genus amplexus est.

Exinde Bonifacius rerũ apud Ger- Chri.
maniam gestarum fama clarus, ad Apo- Ann.
stolorum limina accessit; vbique, Ro- 738.
mæ in primis, non secus, ac demissus
è cælo Angelus exceptus, auditusque.
ante discessum, SS. Martyrum reliquijs,
alijsque vtroq; dignis muneribus dona-
tus à Gregorio est, tum literis ad com.
plures Germaniæ Populos, atque Epi-
scopos, *quæ hic recitantur*, munitus.

Sarraceni à Martello victi.

Per idem tempus Sarraceni Prouin-
ciam (quæ Regio est Galliæ Narbo-
nensis) inuadentes, Caroli armis ite-
rum fusi, fugatiqne sunt.

Alfonsus Hisp. Rex

Quo etiam tempore Alfonsum, quẽ
alij Adelfonsum vocant, Pelagij Ge-
ner, Socero, ac subindè illius Filio Fa-
uila exctinct s, summo illius Gentis bo-
no; Rex à profugis Hispanis appellatur. Is, quod ex Recaredi stirpe esset,

Catholici nomẽ sumit.

Catholici nomen, illi olim ab Episco-
rum Concilio delatum, adsciuit, rebus-
que postea fortiter, pièque gestis pro-
meritus, retinuit.

Chri. Ann. 739. At vero Bonifacius in Germaniam redux, apud Boiarios moratus, eius quoque culturam agri fœliciter susceperit, eumque quadripartitò diuisum, electis à se Episcopis attribuit; Erimbertum Frisiæ Gentis Ecclesiæ, Ioannem Salisburgensi Oppido: Vuinilum Patauiensi: Gunibaldum Ratisbonæ, quæ Prouinciæ erat Metropolis. quibus de rebus certior Rom. Pontifex à Bonifacio factus, datis ad eum literis, *quarum exemplum hic habes*, cuncta vt ritè, ac rectè gesta comprobauit. *S. Bonifacij res gestæ.*

Anast. in Zacar. Hoc eodé anno Trasamundus Spoletanus Dux à Luitprando Rege infesto agmine appetitus, Romam confugerat; cum verò dedere illum Romani abnuerent, Vrbs à Luitprando obsessa est, & Vaticanum Principis Apostolorum Templum spoliatum. cæterum Rege tum quidem recedente, Trasamundus amissum statim Principatum recepit, atque iterum Regis in se arma conciuit. His igitur inter sese dissidentibus, in maximum Italia discrimen adducta est. *Roma obsessa.*

Chri. Ann. 740. Itaque, Gregorius honorifica ad Martellum Legatione instituta, enixè illum ad opem Italis aduersus Longobardos ferendam, hortatus est.

Bonifacius autem, ex Gregorij præscripto, Synodum Augustæ Vindelicorum cogit, licet alij ad Danubium coactam tradant. *Synod. Augustana.*

Eodem ferre tempore Ina Saxonum Occidentalium apud Angliam Rex nuncium Regno cum Vxore Edilburgha remissurus Ditionem omnem Romanæ Ecclesiç vectigalem fecit, quod ab alijs quoque eiusdem Insulæ posteà Regibus, eius exemplo factum constat. huiusmodi sanè vectigal ad Henricum vsque huius nominis VIII. qui, cum Gente ferè vniuersa, ab obedientia Rom. Sedis desciuit Patrum nostrorum memoria, persolutum est.

Regnũ Rom. Eccl. tributariũ. *infra anno 775. 847. et 869.*

Terræmotus. Hoc item anno terremotu concussa est Thracia atque Bithynia vehementius, à quo Vrbes complures funditus excisæ sunt, Byzantium in primis, collapsis moenibus, atque augustioribus quibusque ædificijs, mirum in modum est deformatum. *Theop.*

Leonis Imp. obitus. Ea succussione, quæ, anno ferè integro subindè veluti reuiuiscens, grassata fuerat, quiescente; Leo Iconomachus quintum, ac vigesimum in Imperio annum agens, mortalibus æquè, ac Superis inuisus, moritur; hoc pernicioſior, quod deteriorem Filium hæredem reliquit. Hic statim promulgatum anteà à Leone Patre edictum aduersus sacrarum Imaginum Cultores affigi iussit. cæterum meditatum aduersus Catholicos bellum gerere tum quidem nequijt, Imperij æmulum bello petere coactus. Artabasdus Curopalata Is fuit, qui quod strenuam

Chri. Ann. 741. *Theop. & Cedren.*

Constãtinus fil. succedit.

Leo-

Leoni operam in adipiscendo Imperio, Armeniæ tum Prætor, nauasset, Leonis Filiæ nuptias promeruerat. igitur cum Constantini insidias detexisset, aperta illum vi statuit adoriri. sumptis itaque actutum armis Augustum fuga sibi consulere haud ægrè compulit: ipse, vtpote Orthodoxus, Byzantij receptus, Imperator maximo cũ Vrbis plausu acclamatur. cumque Constantinum ex fuga interceptum, cæsumque fama vulgasset, eius quoque infantes Filij aut cæsi pariter, aut, attonsi prius, carceri sunt mancipati. tum Anastasius Patriarcha ad Vrbem nouo Augusto conciliandam, Constautini impietatem, viuificam Christi Crucem manu tenens, patefecit, iureiurando frequentissimũ apud Populum testatus, dixisse eum sibi nec Christi se diuinitatem, nec Mariæ Matris Virginitatem credere; cæteraque christianæ religionis dogmata aniles fabulas existimare. quibus auditis, qui adstabat Populus horrore perculsus, probra in illum, ac blasphemias iactare certatim occepit. *Constãtini impietas.*

Hoc tempore Euelid Rex Arabum captiuos apud se Christianos magno numero interfecit, quorum pro fide certamina, Scriptorum inopia silentio sunt obruta, Encomijs alioquin maximis celebranda. *Euelid Rex Arabũ*

Quo item anno Gregorius Ponti *Gregorij PP.*

Cnroli Mart obitus. fex Romæ, Carolus cognomẽto Martellus apud Galliam, pari gloria, decedunt. quod autem Vrbis obsidio metueretur, haud cunctatus Rom. Clerus Zachariam Græcum hominem Gregorio substituit. *porrò quæ de Martelli obitu, deque illius ad inferos damnatione ab aliquibus traduntur commentitia esse, pluribus hìc Author ostendit, quem require.*

Zacharias Papa.

Sur. 4. Ian & 20. Febr. Gratiã. 16. q. 1. c. 59.

Nicephorus Artabasdi fil. Imper.

Artabasdus interim exercitum in Constantinum ducturus Nicephorum Filium coronandum prius curat. id Anastasij Patriarchæ Iconomachi ministerio peractum Deo haud quaquam fuisse gratum, euentus postea comprobauit. prælio quippè inito, Artabasdus vincitur, suorumque cladi superstes ægrè Byzantium recipit sese. exindè resumptis vtcumque viribus, Nicetam Filium natu minorem in hostem iterum immittit; à quo haud dispari exitu pugnatum est.

Artabasdus vincitur.

Chri. Ann. 742. Theop. & Cedren.

Ad hæc aliæ Orientale Imperium clades vexarunt, frugum inopia, ac terræmotus.

Quo tempore, Euelide Sarracenorum Principe extincto, Cyzid sublegitur, à quo (quadraginta demum post annos Antiochenis Ciuibus Patriarcham sibi constituere permissum est.

Cyzid Rex Sarracen.

Illud quoque inter anni huius fausta numerandũ; simul etenim Cosmas Alexandrinus Patriarcha Monotelitarum

rum hæresi diuino instinctu abiurata Catholicæ Ecclesiæ est redditus.

Insuper Damasci Episcopus Petrus, zelo fidei in Maometicam superstitionem acrius inuectus, lingua est mulctatus, quam pariter ob causam alij non pauci martyrij palmam adepti sunt.

Sur. 5. Iun. Celebratur hoc eodem anno apud Germaniam Synodus à Bonifacio Zachariæ iussu, Carolomano Martelli Filio natu maiore permittente. *extant Synodi huius Acta ab Auctore huc allata, ex eoque, vt libet, perenda.* *Synod. apud Germ.*

Luitprandus hoc tempore apud Interannam cum exercitu erat. ad illum itaque profectus Zacharias, ita apud eum perorauit, vt non ablata modo reddere, sed de suo insuper multa Rom. Ecclesiæ donare omnium cum admiratione, compulerit. *Zacha ria au. thori tas.*

Chri. Ann. 743. *Anast. in Zachar.* Sequenti quoque anno, cum Rex idem Rauennam obsideret, Zachariæ illuc delati precibus ab incepto destitit; vt immeritò Græci de Romanis Pontificibus queri videantur, quod ipsorum opera Occidentali Imperio exuti sint. id enim non antea factum constat quam ipsi ijdem Græci tutandæ Italiæ curam omnem abiecerint. *Græco rũque rela.*

Exindè in Vrbem redux Zacharias Conuentum inibi Episcoporum celebrat; in eo vetiti sunt Episcopi, ac reliqui sacrati Deo Viri, Mulieres do- *Synod. Roma.*

mi habere, insuper Sacerdotalia indumenta nisi longioris itineris causa deponere. coniugia, ex veterum Canonum præscripto illicita, iterum inhibita: insuper & superstitiosi cultus, cantusque, atque inanes choreæ.

Const. Byzantium recipit

Profugus iterum Constantinus validato comparato exercitu, Byzantium delatus Vrbem rerum omnium inopia laborantem obsidet, eaque haud ita multo post potitur. Artabasdum, ac Filios fuga elapsos, ex eaque retractos, excæcat: mox in Hippodromũ ostentui Populo inibi frequentissimo producit: alios insuper magno numero diuersi generis supplicijs afficit. in his Anastasiũ Patriarcham Asino inuersum impositum circumduci, ac verberibus cedi iubet. Ad hęc cũ resciisset Rauẽnæ Exarchatũ Zacharię opera à Luitprandi inuasione exemptũm, ad Pontificẽ demerendũ, atq. in fide, officioq cõtinendũ prædia quædam, quę iuris erant Imperij, Romanæ Ecclesiæ attribuit. Byzantij exindè Ciues, quos sæuitia exterruerat, delinire, ac demereri omni ope studet. *Theop. Cedrẽ. & Zonar. Anast. in Zachar.* Chri. Ann. 744.

Hoc anno, qui sæculi est quartus, ac quadragesimus, data reperitur Zachariæ Epistola ad Pipinum, aliosque Germaniæ Priuceps, atque Episcopos, quæ XXVII. distinctis capitibus controuersias fere omnes in sacro ministerio subortas dirimit. *hanc Lector ab*

Au-

Authore huc allatam tute consule. ea perscripta, Zacharias Bonifacio mandat, Concilium vti cogat, deque omnium custodia inter Episcopos agat; quod ritè à Bonifacio peractum est. *Synod. Germanica.*

P. Dia. sub fin. hist. Lõgob. Moritur hoc eodem anno Luitprandus cũ annos regnasset amplius XXX. eo extincto sublegitur Hildebrandus ipsius Nepos, qui septem vix menses regnauit, in ordinem à suis redactus, quod asperis esset moribus, atque in sæuitiam abiturus videretur. huic igitur, bono omine, Rachis Foroiuliensium Dux fortis, ac sapiens subrogatur, ad quem statim Legatos de Pace Rom. Pontifex mittit, quorum opera firmata Pax est ad annos XX. *Luitprãdi obitus. Ildebrandus succedit. Ildebrãdo Rachis*

Anast. in Zachar.

Inter hæc Hispania præclaris Alfonsi Catholici Regis facinoribus illustrabatur; scriptorum tamen inopia pleraque omnia silentio sunt obruta: illud constat, Vrbes eum plurimas de Sarracenis recepisse, fidem Catholicam, ab his pessundatam, restituisse, ac propagasse, ne *Catholici* titulus gratis assumptus videretur. Regni fines ita protulit, vt Astutiæ Galleciam adijceret. *Alfõsi facinora.*

Chri. Ann. 745. *apud Suriũ vbi supra.* Succrescentes porrò Germanico in agro, licet nauiter exculto, subindè errorum Spinę, Apostolica iterum falce succidendæ fuere. tertium itaque Concilium à Bonifacio celebratur; quo peracto, illius Acta Romã, à summo *Cõcil. Germanicũ.*

mo Antistite probanda, transmittũtur. quibus ille receptis, viciniores Vrbi Episcopos, ac Romanos Presbyteros, qui Cardinales dicti sunt, apud Late-
Synod. Roma. ranum cogit. *quid tum ibidem actum, quaque in disquisitionem vocata sint, ex Authore ea fusè hìc referente dis-ces.*

Sexto, ac quadragesimo eiusdem sæculi anno ciuili inter se bello decer- Ann. tant Sarraceni. Quo tempore Palesti- 746. nam, ac Syriam vniuersam caligo in- *Theop.* sueta, ac terræmotus terrore maximo
Terræ-motus. effecerunt. tum exorta apud Calabriã vulgaris lues, Siciliam mox adorta-,
Vulga-ris lues Byzantium vsque peruasit, quam Vr- bem triennio fere depasta, Ciuibus
Prodi-gium. exhausit. Res tum accidit admiranda: lue tactos cæruleæ statim Cruces, ac veluti ex oleo pellucentes impressæ vestibus designabant: eo indicio mors, vt certa, sic proqinqua, notabatur, vt immissam diuinitus cladem vnusquisque agnosceret.

Ad sequentem annum plerique re- Chri. ferunt Carolomani Francorum Prin- Ann.
Carolo manus Mona-chus. cipis Romam aduentum, cum, Regijs 747. pompis remisso nuncio, Cassinũ indè *Sigeb.* petijt Monasticum eo in Cœnobio *Chr.* indumentum, vitæque genus, raro *Regin.* ad posteros exemplo, suscepturus. *& Leo*

Per idem tempus sanctissimus Her- *Ostien.* bipolensis Episcopus Burcardus ad Chri. Apostolorum limina accessit, secumq. Ann.

Boni- 748.

Bonifacij literas ad Zachariam detulit, quæ consultationes, ex more, continebant, quod ex redditis à Zacharia literis compertum habemus.

Chri. Ann. 749. *Theop.* Subinde Syria terræmotu iterum concutitur, quo dehiscens alicubi tellus veluti viscera eructauit: montanæ Vrbes aliquot ipsis, quibus insidebant, collibus subsidentibus vna cum Ciuibus in plana dilapsæ sunt. *Terræmotus effectus miri.*

Chri. Ann. 750. *Anast. Leo Ostien. c. 8.* Haud ita multo post Rachis Longobardorum Rex pacis alioquin studiosissimus (qua ex causa non satis constat) nulla induciarum, quas pepigerat, ratione habita, Perusiam obsidet, obuia quæque ferro, ac flamma populatus. igitur Zacharias non aliunde, quam ex suo ipsius animi robore, opem sibi implorandam ratus, ad Regem venit in castra, diuinamque illi intentans iram ni recedat, horrore quodam perfudit adeo, vt, soluta obsidione, Rex Romam progressus, se cum Vxore, ac filia Deo sacrauerit, Cassinumque inde petens monastichum ibidem indumentum susceperit: Vxor porrò, ac Filia & ipsæ in Sanctimonialium cœtu consenuerint. Rachisi Aistulfus Frater subrogatur, quo de alibi sermo erit. *Perusia obsidetur* *Rachis Monachus fit* *Aistulfus.*

Sur. 7. Febr. Eodẽ fere tẽpore Ricardus Anglorũ Rex qui, Regno abdicato, duobus cũ Filijs Vuillebaldo, ac Vuinibaldo in Germaniã venerat, relictisque, ibidem *S. Ricardus Angl. Rex.*

sub

sub Bonifacij disclipina Filijs, in Italiam perrexerat, ea sub priuati hominis habitu latè peragrata, Lucæ apud Hetruriam decessit, atque in sanctorum numerum relatus est. extat eius Epitaphium ea in Vrbe *ab Authore quoque inde excriptum, hìc relatum.*

Hildericus. Hoc tempore Hildericus apud Francos, Regis non nisi nomen obtinebat, potestas Regia apud Pipinum erat. Regni itaque Proceres Hilderici ignauiam pertæsi, Pipino authores sunt, vt de abrogando illi Regno apud Rom. Pontificem agat, & quando Rex ipse iam sit, Rex quoque dici velit. missi itaque hac de re Legati à Pipino ad Zachariam hoc anno sunt, qui decimus à Patris morte numerabatur. ergo Zacharias rè maturè discussa, Bonifacio, qui iam Moguntiæ erat Episcopus, negocium dat, vti Pipinum solemni ritu inungat, Regemque, Hilderico in Monasterium detruso, appellet. quod sequēti postmodum anno Suessione, peractum est, quo & Zacharias ipse decessit, cum annos sedisset paulò amplius decem. Inter alia pietatis, ac munificentię illius opera illud traditur, cum Veneti Mercatores in Vrbem veniissent, multaque apud eam Mancipia coèmissent, apud Africam aliasque Barbarorum, Prouincias distrahenda, indignum ipse ratus Christianos homines seruitutem apud Infide-

Pipinus Rex. Chri. Ann. 751.

Pipinus II.

Zacharia obitus. Chri. Ann. 752. *Anast.*

Eiusfacinus.

les

les seruire ære, suo ex Venetis redemptos, liberos fecit. Eo ad huc superstite inuentum apud Lateranū Georgij Martyris caput, in ipsius Diaconiam ad Velum Aureum summo cum totius Populi plausu translatum est. Illud nequaquam est prætereundum, ab eodem Zacharia indultum Pipino fuisse, vt Regni Episcopos postularet, siuè, vt vocant, nominaret, ab Apostolica deindè Sede probandos; vt scias cum à Regibus deinceps Galliæ Ecclesijs Episcopos datos legis, id non proprio ipsorum Iure, sed Summi Sacerdotis concessione fieri.

S. Georgij caput.

Lup. Abb. ep. 81.

Episcoporum nominatio.

Anast. in Zachar.

Duodecimo à Zachariæ obitu die, Successor eidē legitur Stephanus quatriduo non amplius superstes, quo factum est, vt eum quidam inter Pontifices non recensean.t.eam ob rem non sine horrore quodā Rom. Clerus Virginis opem imploraturus, in D. Matris Basilicam ad Præsepe frequēs coit, ac antequam indè abscedat Stephanum alterum Apostolica in Sede collocat; qui ab effusa in pauperes munificentia Pontificatum auspiciatus Xenodochia statim complura, ac Nosocomia, aut instaurauit, aut instituit, annuis exindè censibus attributis. post hæc Legatos de Pace ad Aistulfum mittit additis regijs muneribus.

Stephanus II.

Stephanus III.

Pax itaq. tum quidem sancita est ad annos XL. cæterum Rex fœdifragus si perfidia quar-

Aistulfi perfidia.

quarto eam mense abrupit, grauique idicto Romanis tributo, bellum, ni pareant, asperrimum denunciat. igitur Stephanus venerabiles ad eum Abbates iterum legat; Hi, ne auditi quidem à Rege, ad sua se Monasteria referre iussi redire ad Pontificem vetiti sunt.

Nonãtula Monasteriũ. Hoc eodem anno Anselmus Aistulfi Vxoris Frater, pieratis instinctu, Nonantulæ Monasteriũ in agro Mutinensi construit amplissimis eidem latifundijs attributis, & ipse postmodum Monachus, vt ferunt, effectus, eiusdem Abbas constitutus, ducentis ibidem Monachis diutius præfuit. *Sigeb. Chron.*

Aistulfus Romã obsidet. Aistulfus porrò, quod minatus Romanis fuerat, Romam cum exercitu petens, omnia, ex itinere, flamma, ac ferro populatus, arcta Vrbem obsidione cingit. tum Pontifex Constantini Aug. in primis auxilium sibi implorandum ratus, Legatos ad eum mittit, Italiæ totius à Longobardis discrimẽ, eiusque amissionem, ni prestò actutum sit, etiam, atque etiam ingerens. at ille tantum Imperij simul damnum, ac dedecus parui pendens, bellum, quod Longobardis inferre debuit, Catholicis infert, sacrarum cultum Imaginum abrogare omni ope nitens; vt satis superque constet, non anteà ab Italis Occidentale Imperium Gallis oblatum, quam illius tutandi curam omnẽ abiecerint Græci. illud exploratum Chri. Ann. 753. *Anast.* *Const. Imper. nequitia.*

tum est, Stephanum Pontificem, antequam in Galliam ad Pipinum pergeret, Constantini Legato secum adducto, Aistulfum conuenisse, quæque, non Ecclesiæ modo, sed iuris quoque essent Imperij repetijsse; quo incassum tentato ad Pipinum demum accessisse. Nunquā antea Rom. Pontificis Maiestas enituit magis: venientem, Episcopi in Italiam vsque, Pipini iussu, delati, deducunt: Regis dein Filius Carolus, qui *Magni* postea nomen adeptus est, obuiam longius procedit: demū Rex ipse ad tria passuum millia occurrit: tum equo desiliens venerabundus vna cum Coniuge, ac Liberis excipit, ac Pontificij equi frenum manu tenens, pedes ipse deducit, in Regiam.

Steph. Pipinū adit.

Pipini in eū obsequiū.

Hoc item anno Anastasius Byzantij Patriarcha Iconomachus diro absumptus morbo extinguitur. ferunt per os stercora egerentem. cum anima diu luctatum, haud dubium diuinæ vltionis documentum dedisse.

Chri. Ann. 754 *Anast. Theop. Hil dui.*

Subindè Stephanus Parisios Regem antecedit, quò postquam Pipinus quoque peruenit, ab eodem Pontifice, cum duobus liberis, Carolo, ac Carolomano, Rex inauguratur; siue id post primam, vt diximus à Bonifacio peractam inauguratione sit factum, siue illa haudquaquam præcesserit, scriptorum, ea de re, sententia non vna est.

Pipinus coronatur.

At

Aistul fi cõsi- lium.

At verò Aistulfus Rom. Pontificis apud Gal'iam molimina veritus, ea- euertere, irritaque reddere omni ope nitens, Carolomanum Pipini Fratrem apud Casinum agentem impellit, vt in Galliam proficiscens, Regem à suscipiendo Italiæ, atque Pontificis patrocinio deterreat. res à Carolomano strenuè apud Fratrem acta est, nisi si quis forte id in specié tantum factum contendat. sanè Pipinum, haud cunctatum, expenditionem in Italiam maturasse constat. exercitum porrò non cõparauerat modo, sed in ipsam iam Italiam direxerat, cum eum Pontifex per omnia, (vt Anastasius ait) diuina mysteria, ac futuri examinis diem contestatus est, vt, antequam in Italiam descẽdat, nouam ad Aistulfum Legationem mittat, qua illum de ablatis Rom. Imperio, Romanæque Ecclesiæ Ditionibus dimittendis interpellet. id cum incassum Rex religiosus præstitisset, minasque sibi à furenti Aistulfo intentari, inaudisset, causæ bonitati fidens, ingenti animo bellum suscipit, susceptum fœliciter gerit, ac conficit.

Bello petitur à Pipino

Aistulfus victus.

quippè Alpes statim transgressus, Hostem acie victum in fugam vertit, ac Ticini obsidet, obsessum pacem petere compellit, quæ ea conditione firmata est, vt Exarcatus, quæ Romandiola nunc est, atque Pentapolis Rom. Pontifici traderentur. His peractis,

Pacis conditiones.

Gal-

Galliam Pipinus, Stephanus Vrbem repetunt. Porrò Stephanus S. Martyris Dionisij Areopagitæ sacras Reliquias secum allatas, in extructo à se eidem Martyri Templo collocat, quo loco & Monasterium posteà Templo adiectum est à Paulo Stephani Fratre, ac Successore, Græcisque attributũ Monachis *Schola Græca* est appellatum, quo nomine antiquũ hodieque Templum ad fluuij ripam, Tiberinam post Insulam, apppellatur, quod alio etiam nomine *S. Maria in Cosmedin* nuncupatur.

Hil duin in Areop.

Schola Græca

Theop. Conc. Nic. 2

Sed iam Orientale Imperium inuisamus. cognominem sibi, nec disparem moribus Patriarchã Regiæ Vrbi Constantinus dederat. ergò, eo indicente, Synodum hoc anno qui Principatus erat XIV. Byzantij cogit Episcoporũ amplius CCC. vt hinc Oriẽtalis Ecclesiæ ruinam agnoscas. *quæ porrò huiusmodi in Conuentu impiè gesta, decretaque sint, noscere si quis cupit, Authorem adeat, ea hìc fusius referentem.*

Chri. Ann. 755. *Anast. in Steph. Leo Ostien.*

Vix dum in Galliam peruenerat Pipinus, cum metu, vt videbatur, solutus Aistulfus, ira in Pontificem, ãc Romanos æstuans, Vrbem iterum inuadit, tribusque eam mensibus obsidet. quo factum, vt Stephanus Pipini iterum fidem implorare coactus sit. extant ipsius ad illum literæ obsidionis tempore

Aistul ph. per fidia. Romæ iterũ obsess.

pore, atque ante illam datæ *ab Authore hic relatæ omnino legendæ*; ex quibus Aistulfi perfidia detestanda, ac sæuitia plus quam barbara agnoscatur, tum impietas aduersus suburbana Tẽpla, ac Cœmeteria non ferenda. Neq. id satis ducens maximo in discrimine cum suo grege positus Sanctus Pontifex, quod numquam antea factum perhibetur, ipsius Apostolorum Principis nomine literas, eidem religioso Regi reddendas, scribit, *quarum pariter exemplum hìc habes lectu periucundum*. his acceptis Pipinus, validis iterum cum copijs in Italiam venit, obsessumque Ticini Aistulfum, pacta superiori anno inita seruare cogit. missi ab vtroque Rege Legati sunt, qui tradendas Rom. Ecclesiæ Vrbes reciperent, secumque claues. atque obsides, Romam abducerent; quod & prestitum ab eis est, maxima in Stephanum, ac Pipinum gloria redundante. *Vrbiũ, ac Regionum Rom. tum Ecclesiæ ditioni adiectarum nomina, cognoscere si quis cupit Authorem hìc eas recensentem consulat*.

Litera Petri Apostoli nomine.

Pipinus ite rũ Italiã petit.

Rom. Eccl. Ditio aucta.

Moritur eodem fere tempore Carolomanus Pipini Frater apud Galliam, quò ab Aistulfo, vt diximus, missus fuerat.

Par erat vt Germania nihil minus ab alijs Ecclesijs haberet quas Apostolici olim Viri instituissent. itaque

hoc

In vit. ap. Surium. hoc anno Vir Sanctissimus Bonifacius in Frisiam profectus, martyrio ibidem coronatur, cum XL. ipsos annos amplissimæ Prouinciæ culturæ, maximo cum fidei prouenctu, operam nauasset. eius scitè dictum illud circumfertur, *aureos olim Sacerdotes, calices ad sacrificia habuisse ligneos, recentiores contra Sacerdotes ligneos quodammodo ipses, aureos calices contrectare consueuisse.* *Bonifacius martyrium.* *Eius scitè dictum.*

Quod ad res spectat Orientales, Manichæorum, hoc anno, hæresis, ac Paulinianorũ apud Thraciam propagatam Theophanes tradit. tum à peracto superiori anno Conciliabulo, persequutio in Catholicos Maxima, sequuta est, quam, qui Stephani Iunioris pro fide certamen conscripsit, Author deplorat.

Chri. Ann. 756. Exinde Aistulfus, dum venatũ pergit, diuino, vt ait Anastasius ictu percussus perijt. siuè id ex fulmine, siue alio vltionis genere acciderit, non satis docens. eius morte quod nulla ei proles superfuerit, bellum inter Longobardos exortũ est atrox, cui, (quod mirum) Rachis ipse demortui Frater Regno antea abdicato clarus, immiscere sese non est veritus. quamquam Pontificis posteà monitu, magna cum constantiæ, ac pietatis laude, & bello abstitit, & Desiderio Tusciæ Duci, cui Pontifex fauebat, suffrãgatus est. *Aistulfi obitus.* *Desiderius Rex.*

Sanè

Sanè Desiderius ad captandam Pontificis gratiam, multa illi est pollicitus, quibus, suo postea malo, non stetit.

Stephani PP. obitus.

His ex animi sententia peractis, Stephanus, rerum gestarum gloria clarus, mortem obit quinto Pontificatus anno vix dum exacto; ad gloriæ cumulum, Paulum Germanum Fratrem Successorem nactus: Hic, Pontificatu statim inito, de Fratris morte deque sua ipsius electionem certiorem Pipinum reddidit, qui hoc ipso tempore Saxones, Germaniæ Gentem, domuit, ac tributarios fecit. Chri. Ann. 757. *Anas.*

Paulus succedit.

Alfonsi obitus.

Alfonsus porrò, qui insignes de Sarracenis victorias in Hispania retulerat, hoc eodem anno moritur. Froilano Filio, quem Froilam alij appellant, Regni, ac gloriæ hærede relicto; qui tamen quæsitam bello, ac pietate laudem, fraterna, vt tradunt, nece maculauit.

Froila succedit.

Sarracenorũ interim Princeps Habdala, qui apud Orientem imperitabat, subditos sibi Christianos Populos tributorum exactione, Templorumque expoliatione cõsueto magis vexabat.

At Paulus Rom. Pontifex benè vsus Ecclesiæ pace, animum ad Templa ac Cęmeteria à Longobardis vastata, instauranda animum adiecit, cuius pietatem æmulatus tum quidem Desiderius, & ipse regio sumptu Monasteria complura extruxit, ditauitque. Chri. Ann. 758.

Apud

Apud Angliã porrò Eadbertus Rex Christianæ Philosophiæ Studio Regnum viuens Osuulfo Filio administrandum tradidit. *Eadbertus Angl. Rex.*

Theop. Magorum, hoc tempore, complures apud Persas, Dæmonis pellecti fraude, cælum se volatu assequuturos cum sperarent, præcipites vulgo sese dantes, per summam vesaniam interibant. in horum primores non nullos Abdalas Princeps cum animaduertisset, sectam aboleuit. *Osuulfus fil. Persarũ insania.*

Chri. Ann. 759. *Sur. 16 Octob.* Bonifacio, vt iam diximus, Martyrio sublato, ex his, qui ab illo aut sede moti, aut Ecclesiastica censura notati fuerant Episcopi Conciliabulum cogunt in quo S. Authomarum monasterij S. Galli Abbatem integerrimũ dannant, falsis antea testibus circumuentũ, rem gestam Vualfridus tradit, qui & diuinam in Pseudoepiscopos vltionem prosequitur. *S. Authomarus.*

Chri. Ann. 760. Subindè Rex Pipinus Vaifridum Aquitaniæ Ducem res Ecclesiæ inuadentem bello petit, ac vincit, victum ablata reddere, datis obsidibus, cogit.

Chri. Ann. 761. Altero, ac sexagesimo sæculi anno Paulus Romæ Synodum indicit, ea præcipuè de causa, vt extructum paternis in ædibus Monasterium, Templumque inibi SS. Sylueſtri, ac Stephani Põtificum, sacris reliquijs ditatum singulari prærogatiua, ac priuilegio muniret. Extat ea de re Pauli di- *Synod. Romæ.*

ploma *ab Authore huc allatum, apud eum legendum.*

Recruduisse hoc tempore Copronymi in Catholicos indictum bellum Theophanes, ac alij tradunt, quo sanctorũ Martyrum numerus magnopere est auctus, in quibus Andreæ Manachi cognomento Calibitæ, ac Stephani virtus enituit, *quorum certamen fusè hic ex Actis, quæ extant, ab Authore traditur.* Chri. Ann. 762. *SS. Andreas, ac Stephan. mart.* *Sur. 17 Octob.*

Excisa à Sarracenis Valentia Tarraconensis Hispaniæ Vrbe, sacræ indè Vincentij Mart. reliquiæ in extremam Lusitaniam transtatæ sunt. eoque in Promontorio locatæ, quod ab eodem postea S. Martyre nomen accepit in signi ibidem Monasterio excitato. *S. Vincentij mart. reliq.*

Constantinus interim Aug. infestos Rom. Imperio Bulgaros vincit, dequè his veteri more triumphum agit. Quo tempore Turcæ, impetu in Armeniam facto, eam miserè populantur. Chri. Ann. 763. *Theop.*

Rem mirã Theophanes tradit ipsum se testem oculatum aduocans hyemis rigore maximo concretũ Euxinũ Pelagus fuisse adeò, vt glacies excreuerit ad crassitiem cubitorum XXX. tum niue super glaciæ subindè decidente, atque obrigente, auctam ad cubitos L. ea porrò, cum Ver appeteret, fatiscente, concretos veluti montes in Propontidem, atque Ellespontum dilapsos spectaculo Byzantij Ci- *Glacies admirãda.*

uibus,

uibus, accoliſque cæteris fuiſſe.

Chri. Ann. 764. 765. Dum apud Orientem ſacrarũ imaginum, ac reliquiarum cultus impij Principis iuſſu obſoleſcit, mirum in modum apud Occidentem augetur. itaque non Hiſpani modo, vt diximus, S. Martyris Vincentij exuuias, Barbarorum ſubductas prædæ, honorificè condidere, ſed & Galli, cum audiſſent Romæ à Pontifice Sacra cœmeteria perluſtrari Metenſem ad eum Epiſcopum legant, ſacraque per illum pignora expoſcunt, ac impetrant.

Chri. Ann. 766. *Regin. & Sigeber. Chron.* Ad hæc Synodum Pipino annuente, celebrant in qua de ſacrarum imaginum cultu quæſtio agitata eſt, ea fortaſſe de cauſa, quod per idem tempus Conſtantini Aug. Legati ad Pipinum veniſſent, regiaque ſecum munera, inter quæ muſicum Organum (recens inuentum) attuliſſent, à quibus haud dubiè hæreſim vulgatam, ac defenſam par eſt credere. *Synod. in Gallia. Muſicũ Organũ.*

Chri. Ann. 767. Poſt hæc Romanus Pont. Paulus, vbi ſediſſet annos paulo amplius decem, diem obit extremum. non dum animam egerat cum Toto quidã Dux, qui Nepeſi agebat, Deſiderio, vt creditum, annuente, tumultuarijs cum copijs Romam init, ac Conſtantinum Fratrem Laicum Hominem ſacris initiari, ac Pontificẽ eligi per vim curat. *Pauli PP. obitus.*

Dum hæc Romæ aguntur, apud Byzantium Tyrannus diram in Catholi-

cos, Monachos in primis, lanienam exercet, nec suæ sectæ hominibus parcit. Constantinum quippè Patriarcham exauthoratum antea, ac relegatum, quod creditum sibi secretum, vulgata & ipse impietate, detexisset, ab exilio reuocatum, Populi ludibrio expositum supplicio afficit.

Chri. Ann. 768.

Constantino Pseudopontifici, quiq. post illum Rom. Pontificatum pariter inuaserat, Philippo, e Petri sede, post annum deiectis, Stephanus eius nominis IV. quem alij tertium recẽsent, eadẽ in Sede ritè collocatur, quod nõ sinè maximis turbis peractum est, quibus de Anastasius est consulendus.

Steph. IV.

Pipini obitus.

Pipinus interim rerum gestarũ gloria inclytus, mortale Regnum, ac vitam deserit, Carolo, ac Carolomano Filijs superstitibus, qui Regium adepti nomen iam fuerant.

Aim. l. 4. c. 67. Mar. Scot. Chr.

Quo tempore Copronymus Eudoxiam, cui tertijs iam nuptijs sociatus fuerat, Augustam, susceptos verò ex ea Filios Cæsares solemni ritu appellat. Subindè Leonem natu maximum, Ireni matrimonio iunctum, Imperij consortem adsciscit.

Chri. Ann. 769.

Porrò nè Constantini Pseudopontificis facinus, qui ex laico repente, Pontifex veluti in scænam prodierat, in exemplum abiret, coacta Romæ Synodo, cui præter cæteros exciti è Gallia Episcopi XII. selectissimi interfuere.

Synod. Roma.

fuere, perenni iterum Decreto firmatum est, ne, qui sacris, de more, Ordinibus iusta per interualla initiatus non esset, ad Pontificatum euehi vllo pacto posset. ad hæc ipsius Pseudopontificis Acta rescissa, peractæque ab eo ordinationes decretæ irritæ ea ratione sunt, vt in suscepto Ordine ministrare nemo posset. Iconomachia insuper Anathemate damnata est.

Chri. Ann. 770. Sæculi anno LXX. Desiderij Filia Berta Carolo Pipini Filio nubit, Stephano incassum obnitente, ea præcipuè de causa, quod alijs à Patre nuptijs fruisset obligatus. conciliauerat porrò has ipsas cum Desiderij Filia nuptias Bertruda Caroli Mater, quæ eam ob causam in Italiam venerat, quo factum, vt Carolus Pontificis monitis minus audiens tum fuerit.

Chri. Ann. 771. Sequenti verò anno (qua nam ex iusta causa non satis constat, sed non nisi iustam fuisse par est credere) huius se coniugij vinculis soluens, Bertam Desiderio Patri reddidit, Hildegardem nobilem apud Sueuiam Fœminam duxit. nec ita multo post Carolomani Fratris morte Regnum ampliſſimum solus obtinet, non tamen sine Episcoporum, ac Regni Procerum suffragio, qui hac de causa apud Villam Carboniacam conuenerant. Delata ad Carolum ampliſſima hereditas est, licet ex Fratre Filij su-

Carolomanni obitus.

Eius filij Rex ex clusi.

peresset, seu quod hi tãto onerifer ẽdo nõ essent, seu quod ex Desiderij Filia cũ ortũ ducernet, affinitatẽ huiusmodi Galli Proceres suspectam haberent.

Steph. PP. obitus.

Nouo ineunte anno Kal. Februarij moritur Stephanus Pontificatus anno IV. huic statim sublegitur Hadrianus. Chri. Ann. 771.

Hadrianus succedit.

Sub idem tẽpus Carolomani Vxor, quæ in Gallia adhuc erat, fugam indè cum filijs arripiens, Desiderium Patrem adijt. Is igitur non tam insita in Nepotes charitate, quam Francorum Regni diuidundi gratia, omni ope nititur, vti Hadrianus Pontifex Reges illos inungat, iunctisque secum viribus paternum ad Regnum restituat. id vbi incassum tentare sese animaduertit; iræ simul stimulis actus, simul Regni fines proferendi auidus, Pontificiam inuadit Ditionem, iurisiurandi haud memor, quod ad Sacrosanctum Principis Apostolorum corpus dudũ præstiterat. Hadrianus tum non nisi expertam Francorum fidem sibi implorandam ratus, Legatos ad Carolum mittit acriter aduersus Desiderij perfidiam expostulans. sed hæc non nisi sequenti anno gesta sunt. *Anast. in Hadr.*

Desiderij perfidia.

Hoc tempore Carolus bellum aduersus Saxones gerebat, quibus iterum deuictis, obsidibus eis imperatis, in Galliam redijt. Cæterum antèquam e Germania digrederetur; Synodum apud Vuormatiam celebrari curat, *Egin. in vit.*

de

de qua quid Author ex antiquis monumentis afferat, si libet, require.

Theop. Per idem tempus Rex Sarracenorum Habdala Christianos, ac Iudæos sibi subditos caussmate manus inscribi iussit, quò à cæteris dignosci possent. eam ignominiam Christiani complures æquo animo haud ferentes, Patria Extorres esse, relictis etiam bonis, maluerunt. *Habdala tyrannis.*

Chri. Ann. 773. *Anast. et Egi.* Viterbium Desiderius accesserat extrema Vrbi minitans, cum Pontificis denunciationibus, ac intentati Anathematis religione perculsus omnium cum admiratione Ticinum reuertitur.

Cum Hadriani, ac Desiderij subindè Legatos Carolus audisset, quod hi Regem suum ablata reddidisse testati essent, Legatos ipse suos in Italiam destinat exploraturos vera ne essent, quę dicebantur; ab his mentitos eos fuisse cum resciisset, tum demum inferendi Desiderio belli consilium init, conscriptoque exercitu Alpina claustra Longobardis militibus insessa, irrumpit, indèque iterum Desiderium per Legatos interpellat, obtestaturque, aliena vti dimittat, ne suorum iacturam facere cogatur inuitus: innoxium se exercitum reducturum, dum sibi de pactis seruandis obsides tradantur. id quoque incassum cum tentasset, tum demum Ticinũ, quò se Desiderius receperat, profectus, Vrbem obsidet. *Caroli in Desiderium expedi tio.*

Aldegisus Desiderij fil.

cum porrò indè Aldegisus Desiderij Filius vna cum Filijs, ac Coniuge Carolomani Veronam aufugisset, Carolus ad Ticini obsidionem copiarum parte relicta, illuc cum reliqua proficiscitur. eò vt primum peruenit, Fratris Coniugem, ac Filios illius Clementiæ fidentes in deditionem accipit, ac Ticinum indè repetit.

Carolus Roma.

Cum verò Sacrosanctum instaret Pascha sexto ferè obsidionis mense, ea haudquaquam soluta, magnis intineribus, Romam petit. exceptus est omnium Romanorum ordinibus obuiam effusis ipso autem Pontifice pro foribus Basilicæ Principis Apostolorũ prestolante. dum Templi gradus religiosus Rex conscenderet, omniũ cum admiratione, singulos pronus deosculatus est: tum Pontificem venerabundus amplexus, eo deducente, Apostolorum sacras reliquias est veneratus: dein Vrbẽ ingressus, Basilicas reliquas supplex adijt, ac celebriora quæque Vrbis loca perlustrauit. antequam discederet, Pipini Patris Donationem Romanæ Ecclesiæ factam non ratam modo habuit, sed Vrbibus compluribus, atque adeò Prouincijs adiectis munificentissimè cumulauit. Ticinum indè repetens, Vrbem, vulgari diuinitus immissa lue, Ciuibus, ac præsidiarijs hausta militibus, obsidione diutius ferendæ imparem, ipsumque adeò

Eius pietas.

Donationẽ à Patre factã confirmat.

Chri. Ann. 774. *Anast.*

Desi-

Desiderium Regem in deditionem recipit: Filius porrò Aldegisus, impar viribus Byzantium aufugit, vbi inter Patricios adscitus, reciperandi Regni spe abiecta, consenuit. *Desiderij deditio.*

Hoc loco Sigeberti Chronographi impostura est detegenda, qui trecentos amplius post annos in Hērici Cæsaris gratiam Carolum tum Romam reuersum Concilio ibidem celebrato, ab Hadriano ius eligendi Romanum Pontificem, atque Ecclesiam ordinandi, tum Sacerdotia, ac Episcopatus in primis, conferendi obtinuisse cōmentus est. quem sequutus Gratianus infoueam ipse lapsus, alios deindè ineam plures secum traxit. sanè is alibi quoque non insolenter ex rerum gestarum inscitia, adulterinos, ac suppositititios ingerit partus, atque educat. *Sigeberti impostura.* *Dist. 65 c. 22. Hadrianus.* *Gratiani error.*

Inter Captiuos Ticino abductos Paulus Diaconus Aquileiensis fuit, qui Desiderio erat ab Epistolis. Hic in Insulam relegatus, indèque elapsus, ab Arichisio Beneuentano Duce, qui Desiderij erat Gener, exceptus Cassinum inde petijt, quò in Cœnobio Monachus factus consenuit. Eius est opus Historia, quę extat rerum à Longobardis gestarum; aliam porrò, quæ eidem falsò adscribitur, Miscellæ nomine inscriptam; Ioannis potius Diaconi quidam existimant, cæterum Anastasij esse constat ex Theophane Græco Autho- *Paulus Diaconus.* *Leo Ost.* *Eius Opera.* *Vide ad an. chri. 813.*

re compactam; qua de re hìc monitum Lectorem voluimus.

Copronymi obitus. Quartum, ac trigesimum in Imperio annum exegerat Copronymus, cum in Bulgaros iterum profectus, exitiali correptus morbo, interijt. ferunt ab ardentiori febri eiulatus maximos edidisse, seque viuum in flammas coniectum à Deipara, quam contempturi habuisset, subindè exclamasse. Chri. Ann. 775. *Theop. Cedrē. & Zonar.*

Leo fil. succedit. Eo extincto Leo Filius cognomento Porphirogenitus, quasi in purpura genitus, Imperiū capessit, mali corui, vt dicitur, malum ouum. illud mirum, superstitem Tyranno Filiam Anthusam regijs virtutibus, ac morum probitate ita enituisse, vt in Græcorum Menologio, inter Sanctos Cæli Ciues adscripta reperiatur. Moritur hoc eodē tempore Habdala Sarracenorum Rex, exitiale & ipse Christiano nomini monstruum, cui Madi Filius succedit.

Synod. Duriæ. Quo tempore Carolus post celebratum apud Duriam Concilium, Saxones duobus prælijs vincit. *Annal. Frãc.*

Offa Rex. Offa Orientaliū apud Angliam Saxonum Rex, post alia pietatis opera Romam profectus subditos sibi populos Romanæ Ecclesiæ, & ipse, vectigales fecit. *Polid. Virg. l. 4. sup. ad ã. 740*

Apud Hispaniam Aurelio (qui ante quinquennium, Froila Rege interempto, eidem successerat) vita functo, Silo ex Sorore Nepos Regnum adipiscitur. *& inf. ad an.* 847. *et* 869.

scitur. Huius extat Diploma (*quod obiter notat hic Autor*) in quo hæc leguntur verba in eius Donationis violatores. *Anatema Marrano, & excommunicatus*. ex quibus docemur *Marrani* vocem, quæ apud Hispanianiam in Sarracenorum posteros contumeliæ causa iactari solet, non à Mauris, vt quidam putant, deductam, sed à Syriaca voce *Maranatha* ab Apostolo vsurpata ortum habuisse. *Marrani vox.*

Chri. Ann. 776. Altero Imperij anno Leo Constantinum Filium Augustum appellat.

At Carolus Rotgaulum Foroiuliensem Ducem, Longobardorum Regnũ affectantem, celeritate vsus maxima, vincit, cæditque; nec moratus victorem militem in rebellantes iterum Saxones ducit, ijsque perdomitis, in Galliam reducit. *Caroli victoria.*

Chri. Ann. 777. Antequam Germania excederet, Concilium Padarburnæ celebrari curat, quod Religioso Regi ad Politicum æquè, atque Ecclesiasticum rerum statum componendum solemne fuit. *Synod. Paderburnæ*

Theop. Cedrẽ. Per idem tempus Telericus Bulgarorum, Rex, qui aduersus Conpronymum sæpius pugnauerat, Christianæ Religionis studio, relicto Regno, Byzantium venit, exceptusque liberaliter à Leone, atque è sacro susceptus Fonte, honesto inibi coniugio sociatus est. *Telerius Rex Bulg.*

Sarracenis inter se, apud Hispaniam, Chri. dissidétibus, Primores eius Gentis qui- Ann.
dam ab aliorum factione pulsi, ad Ca- 778.
rolum Pedarburnæ adhuc agẽtem venerant, authoresque illi fuerant, vt, temporis opportunitate vsus, Hispanos seruitio eximeret Barbarorum. igi-
Carolus Hispaniã ĩuadit tur Rex pius rem se Deo gratã, Christianoq. nomini facturum ratus, exercitum iu Hispaniam ducit, multisque apud eam Vrbibus potitus, susceptum bellum fœliciter cõficit. cæterũ dum victorem exercitum per Pirenæos reducit, Vasconum insidijs exceptus, clade maxima affectus est, qua nulla
Rõcisuallis clades apud Poetas, non Gallos modo, sed etiam Italos, celebrior; de qua tamen (Historicis alijs ieiunè illam nimis tradentibus, Turpino autẽ Remensi Episcopo, siue; eius nomine, alio, eandem fabulosius recensente) tuto aliquid affirmari nequit. illud constat exercitũ ab eo quantumuis ea clade imminutum, in Saxones Francorum iugum, ex instituto, detrectantes, adductum, perduelles toties Populos egregiè vltum fuisse.

Quo tempore Hildegardes Gemellos Carolo Viro enixa est Filios, quo-
Ludouicus Car. fil. rum altero statim decedente, superstes, Ludouicus à Parentibus appellatur.

Sequenti anno Synodum apud Du- Chri.
Synod. Duriæ riam villam, ex more, Carolo item Ann.
ex- 779

expetente celebratam constat.

Chri. Ann. 780. *Theop.* At Leo Augustus cum gemmas vndique insano studio conquisitas impensius adamaret, compactam ex his coronam, ex æde sacra S. Sophiæ raptam gestare haud est veritus. vltus insaniam, ac sacrilegium est Deus; quippè enatis in eius capite carbunculis, qui carbunculos perditè expetierat, ac sacrilegè abstulerat, ne dubia esset mortis causa, interijt. *Leonis Imp. studiũ* *Eius obitus.*

Eo sublato, Imperium ad Constantinum filium delatũ est, qui cum Irene Matre illud, Deo auspice, administrandum suscepit. Horum etenim pietate factum est, vt, diu exul catholica Religio, veluti postliminio rediret in Orientem. *Constãtinus VI. succedit.*

Vertente anno Carolus, cũ Vxore Hildegarde, in Italiam Religionis causa cum veniisset, natalem Christi diem Ticini celebrauit, Romæ postmodum sacrum Pascha celebraturus, quod ad sequentem annum spectat; quo ab Hadriano, ea qua par erat, lætitiæ significatione, exceptus, Pipinum Filium eidem Buptizandum tradidit, Vrbisque Templa, in primis verò Apostolorum Principis, magni precij donarijs cumulauit; ac tum demum in Galliam reuersus est, vbi Irenes Legatos de conciliandis filiorum nuptijs audiuit, quæ & conciliatæ tum quidem sunt, cæterum, quod ob Coniugum ætatem per- *Carolus Roma.* *Chri. Ann. 781. Eginard. Theop.* *Irenes Legatos audit.*

perfici nequiuerint; dissolutas postmodum fuisse constat, ac Constantino Vxorem ex Armenia petitam.

Eodem ferè tempore Sarracenorũ Princeps Madi Aaron alterum ex filijs natu minorem (nam Moises alter vocabatur) cum classe aduersus Constantinum, atque Irenem mittit, & accidit importunè, vt simul Helpidius Siciliæ Prætor rebellaret, quo factum, vt inhonesti pactione tributi à Sarracenis redimenda Pax fuerit.

At verò Helpidius à Theodoro Duce victus, congestam pecuniæ vim maximam secum deferens, aufugit in Africam, vbi à Sarracenis, ob vitæ splendorem, quasi Romanus Cæsar est cultus.

Synod. Coloniẽsis. Subindè rogante Carolo habita est Synodus Coloniẽsis, qua in Vrbe dum ea moratur ex causa, Gentium diuersarum Legatos excipit; tum infestos iterum Saxones vincit; de quibus, ne lectori tædium afferatur, hoc semel dixisse satis sit, bellum Carolo cum his fuisse annis tribus, ac triginta, ac tum demum perdomitos, ac Christi fide imbutos. Chri. Ann. 782.

Belli saxonici diuturnitas.

Post hæc Matrem, ac subinde Coniugem haud magno temporis interuallo effert: tum per Filium Carolum natu maximum Vuestfalos Germaniæ populos debellat. Chri. Ann. 783.

Silo Hisp. Rex. Per idem fere tempus Silo, qui in Hispa-

Hiſpania Regnabat, decedit, Alfonſo
Chri. cognomẽto Caſto Froilæ Filio, quem *Alfon-*
Ann. viuens Collegam adſciuerat, hærede *ſus Cæ-*
784. inſtituto. *ſtus.*

Theop. & Cedren. Quod ad res ſpectat Orientales, Paulus Vrbis Regiæ Patriarcha, qui Iconomachis ſub Principibus hæreſim & ipſe colere eſt viſus, morti proximus rectam fidem, quam occultè retinuerat, in Coenobium ſe recipiens, profeſſus eſt hortatuſque eſt Auguſtũ, ac Matrem ad Oecumenicam cogendam Synodum, & Chriſtianæ ſtatum Reip. componendum. Hinc Catholicæ apud Orientem Fidei reſtituendæ initium factũ; ſucceſſor etenim Paulo eſt datus Taraſius, qui rectæ fidei Zelo, & quod Principibus eſſet à ſecretis, authoritate in primis polleret.

Obierat haud ita pridem Sarracenorum Princeps Madi, qui latè apud Perſas, ac reliquum fermè Orientem imperitabat: huic Moiſes, quem diximus natu maior filius ſucceſſerat, qui hoc ipſo anno vita functus Aaroni *Aarõ Sarracenor. Rex.* Fratri belli artibus claro, locum in Imperio fecit.

Eginard. in vit. Car. Huic, ob ſimilia belli ſtudia, Caroli Francorum Regis amicitia grata fuit adeo, vt Sacroſanctum Chriſti Domini Sepulchrum eius poteſtati ſubiecerit, pro quo poſteà à Barbaris vindicando eius poſteri ſumma cum gloria inſudarunt. Legatos quoque ad eum *Chri. Sepulchrũ Carolo M. cedis.* miſit

misit regijs cum muneribus, inter quæ Magnæ molis Elephas fuit. quamquam Elephas alijs cum muneribus, post quã Carolus Imperium adeptus est, missus, in Francorum Annalibus, dicitur.

At non idcirco odium Rex Barbarus in Christianos remisit. itaque hoc eodem anno Bacchum (qui Iunior dicendus est, vt à Seniori Sergij collega dignoscatur) apud Palestinam Monachum, Martyrio effecit.

Nouo subeunte anno Augustus, ac Tarasius ad Rom. Pontificem Hadrianum de Synodo celebranda, ac Pace Ecclesiarum, per Fidei concordiam, componendã, perscribunt. extant vltrò, citròque datę literæ apud Synodi Acta, quæ postea est celebrata, *ab Authore huc allatæ*. quamuis ex his aliquot excidisse videantur. Chri. Ann. 785.

Synod. Pedarborn. Inter hæc Synodus, adnitente Carolo Pedarburnæ, ad Saxonicæ Ecclesiæ statum componendum, cogitur, cum iam politicus satis compositus videretur, Albione, ac Vithichindo eius Gentis Regulis ad Christi fidem perductis.

Britones quoque, Galliæ Populi, iugum, hoc tempore, detrectantes ab eo domiti, ac, ne quid in posterum moliri auderent, obsides eisdẽ imperati. quo perfunctus bello Carolus, Romam iterum profisci decreuit, quò tamen non nisi sequenti anno peruenit, Chri. Ann. 786.

nit, post quam Florentiæ, Hetruriæ Caro- Vrbe, Natalē Christi diem celebrauit. *Ius Ro*

Theop. Conuenerant Byzantiũ Augustorum *ma.*
& Ce- accitu Episcopi cõplures, quò & Le-
dren. gati ab Hadriano missi peruenerant. *Synod.*
igitur auspicaturi fœliciter Synodũ in *Oecu-*
Apostolorũ Templum coëunt. id con- *meni-*
spicati Iconoclastæ, ex quorum præ- *ca co-*
cipuè numero Prętoriani erant milites *gitur.*
ex Copronymi, qui militiæ eos adscri-
pserat, disciplina; impetu in Basilicam *Sedi-*
facto, extrema Patribus, ni properè *tione,*
facessant, minitantur. tumultus eò ex- *soluitur.*
creuit, vt d mittẽdi Episcopi tum fue-
rint, Synodi porrò celebratio in tem-
pus opportunius reijcienda. Sanè Ire-
ne, ac Filius dissimulãdam tum quidem
seditionem rati, cum eam postmodum
concoquere haud possent, accitis ex
Thracia militibus, eorum opera Præ-
Chri. torianos exarmant, atque exilio exau-
Ann. ctoratos mulctant, ac tum demum
787. Episcopos, qui Byzantio recesserant,
Theop. Nicæam Bithyniæ Vrbem reuocant,
& Ce- quò vbi eos conuenisse Tarasius com-
dren. perit, & ipse cum Rom. Sedis, ac Pa-
triarcharum Orientalium Legatis ad-
esse haud cunctatus est.

Celebrata Niceæ Synodus est, quæ *Synod.*
Septima Oecumenica numeratur, Epi- *Nicena II.*
scoporum CCCLXVII. *res in ea*
gestas sancitosque Canones nosse si quis
cupiat, acta ipsa, quæ extãt, siue Autho-
rem de his fusè hic differentẽ consulat.

Re-

Caro-lus in Bene-uent.

Receptus iam Romæ fuerat Caro- *Regin.*
lus, vbi haud diu moratus, profectus *& Eg-*
est indè Beneuentum aduersus Arichi- *nard.*
sium Ducem. Is Salernum aufugiens,
Ducẽ. Romualdum filium natu maiorem, ac
subindè Grimoaldum ad Regem cum
muneribus mittit, ac imperata se factu-
rum, obsidibus etiam datis, pollicetur.
tum Rex animi magnitudine, ac Cle-
mentia clarus, venia eidem data, Ro-
Galliã repetit mam; dein (sacro ibidem Paschate
celebrato) Galliam repetit.

Eius cũ Græcis bel-lum.

Eò vix peruenerat, cum illatum à Chri.
Græcis Campaniæ bellum propulsan- Ann.
dum ei fuit; quod, ipso licet absente, 788.
fœliciter haud secius confectum est. *Ann.*
Sub eiusdem belli initia, sponsalia, *franc.*
quæ diximus, dirempta sunt; cæterum *Egin.*
Carolo, an Irene, id agente, haud satis *Theop.*
explotatum est; diuersa Græcis à La- *Cedr.*
tinis tradentibus. illud constat Aldegi-
sum Desiderij Filiũ, qui Byzantij age-
bat, quod diffidia huiusmodi è re sua
esse cerneret, his serendis, dolos stru-
xisse. vtcumque malè id Græcis cessis-
se, euentus docuit.

Iterũ cũ Hũnis.

Campaniæ bellum, aliud longè diffi-
cilius excepit, quod motum ab Auaris,
siue Hunnis, non nisi octennio à Ca-
rolo confectum est internecione Ho-
stium, quorum opimis spolijs, quæ
Barbari frequentibus victorijs conges-
serant, Gallorum exercitus ditatus est.
Hoc pariter anno Carolus Tassilo-

nem

nem Bauariæ Ducem maiestatis reum (quod Hunnicum conflasset bellum) ac legibus damnatum, ab insita Clementia, gladio exemptum, cum Theodone filio inter Monachos viuere permisit.

Chri. Ann. 789. Byzantium interim terræmotu concussum, Augustorum postmodum matris, ac filij diffidio grauius exagitatum est, Constantino XX. iam annum agente, Matris tutelam detrectãte, Matre cõtra virilis animi fœmina, Imperium, fauore militum, vindicante, quibus in sui verba adactis, principio Filium deiecit. cæterum Armeniæ Legionibus Filio suffragantibus, earumque exemplo militibus etiam reliquis adnitentibus, Constantinus, Imperio matri abrogato, restituitur, quod non sine maximis turbis peractum est, quibus Vrbs ipsa Regia incendio, ac cædibus est deformata.

Dissidium inter Irenẽ ac Filium.

Sese vicem deiiciunt.

Luc. Tud. Chrõ. Hoc eodem anno, qui sæculi est XC. Maurogato, qui Alfonsum deiecerat, vita functo, Galleciæ Regnum capessit Veremũdus Diaconus, à quo, magna cum moderationis laude, Alfonsus ipse est restitutus.

Veremũdus

Chri. Ann. 791. Altero subeunte anno, Matris, atque Optimatum precibus, Constantinus illam iterum Imperij sociam adsciscit, Armenis licet Militibus obnitentibus, quorum seditione factum videtur, vt malè aduersus Bulgaros pugnatum sit, à qui-

Irene reuocatur.

à quibus Romanus exercitus cæsus, Augustus ipse vix fuga elapsus est, Pancratio in primis Astronomo, qui certam ei victoriam spoponderat, interempto. Milites porrò cladi superstites exosos sese Augusto existimantes, Nicephorum eiusdem Patruum Augustum appellant; sed celeritate vsus Constantinus, interceptum illum, antequam reciperetur in castra, excæcat, qua pœna Alexium quoque Patricium, Armenis Legionibus percarum, afficit. Ad hæc Patruos reliquos Christophorum, Nicetam, Antimum, atque Eudoxium, excisis quoq. per summam sæuitiam linguis, punit innoxios.

Mendax Astronomus.

Augustus in Patruos sæuit.

Quod ad res spectat Occidentales, Carolus aduersus Hunnos fœliciter pugnat. Apud forum Iulij Synodus, Paulino Aquileiensi Parriarcha indicente, celebratur. Tiberis, præter morem exundans, Vrbis mœnia alicubi transgressus, ad Capitolij radices peruenit, D. Marci Basilicam prætergressus; qua in Vrbis calamitate Hadriani charitas, ac effusa in pauperes munificentia enituit.

Synod. Foroiuliẽsis Tiberis illuuies.

Rex interim Carolus ex veteri instituto Synodum Ratisbonæ celebrari curat, in qua Fœlix Vrgelitanus, apud Hispaniam, Episcopus, ob Hæresim damnatus, Romam ad Hadrianum est missus, à quo, hæresi abiurata, rectæque fidei confessione edita, ad catho-

Synod. Ratisbona.

Chri. Ann. 792.

tholicã communionem admissus est.

Chri. Ann. 793. *Luc. Tud. Crhrõ.* Quinquaginta quotannis Virgines tributi nomine Hispani Reges ex Aurelij pactione Sarracenis tradere cogebantur. igitur Alfonsus indigno ferens animo ingenuarum Virginum pudicitiam hac ratione prostitui, viribus licet impar, exercitũ in Barbaros conscribit, initoque cum eis prelio, victoria ingenti potitur, cæsis ex hostibus septuaginta fere millibus. *Tributũ Hispanorum. Ab Alfonso sublatum.*

Chri. Ann. 794. Subinde cum eadem in Prouincia Eliprandus Episcopus Toletanus, &, quem diximus, Fœlix, qui ad vomitum redierat, præfractè hæresim tuerentur, docerentque Christum Dominũ, quà homo est, non nisi adoptiuum Dei Filium dicendum esse, rogatu Caroli Francfordiæ Synodus cogitur frequentissima, ad quam ex vniuersis fere Occidentalibus Prouincijs cum Sedis Apostolicæ Legatis conuenere Episcopi circiter trecenti. datæ postmodum Synodales sunt literæ ad Hispaniæ Episcopos. nec grauatus est, Rex religiosissimus suis & ipse literis eosdem, atque Eliprandum in primis fidei, atque officij admonere. extant ipsius literæ doctrinam æquè, ac pietatem redolentes omnino legendæ. Sunt qui tradant ab hoc celeberrimo Conuentu damnatam Oecumenicam postremam Synodum Niceæ vt diximus, coactam, *rem Author in disquisitionem* *Synod. Frãcfordiæ.*

nem accurate vocat, ex more, nostrique œui Iconoclastas, triumphum ante victoriam canentes, egregiè refellit.

Quartum, ac vigesimum Pontifica- Chri.
Hadr. PP. obitus. tus annum agebat Hadrianus, cum, re- Ann.
rum gestarũ gloria inclitus, occubuit, 795.
Pontificum, si temporalem prosperi- *Anast.*
Caroli in eum pietas. tatẽ spectes, fœliciſſimus. huic Caro- *Egi-*
lus Rex non lachrimis tantum, ac pro- *nard.*
fusſisimis pro ipsius Salute in pauperes eleemosinis, alijsque pietatis officijs parẽtauit, sed carminibus etiam, quæ adhuc extant, ipsius sepulchrum
Hadr. impẽsa decorauit. de Hadriani impensis plus quam Regijs in Templorum, ac totius Vrbis ornatu, Aquæ ductuum, ac Murorum instauratione, viarumque, ac veterum ædificiorum reparatione, multa Anastasius tradit non sine admiratione apud eum legenda.

Leo III. Papa. Hadriano Successor datur Leo huius nominis III. de quo plura deinceps dicenda erunt. explodenda verò hìc
Fabula de eo refellitur. est fabella, quæ de illo circumfertur. tradũt etenim, qui fabulas concinnare consueuerunt, sub ipsum Pontificatus exordium passum libidinis incendium ob mulierem manũ deosculantem, eã sibi præcidisse, statuisſequè, nè manus in posterum, sed pedes Pontificis, osculo peterentur: hinc morẽ osculandi Pontificum Romanorum pedes manasse, cum tamen exploratum sit obsequium huiusmodi longè ante hæc tem-

tempora vsu receptum iam fuisse.

Theop. Constantinus porrò Aug. iuuenili temeritate Mariam Coniugem in Monasterium detrudit, Theodotem eius cubiculariam ducit, atque Augustam appellat. ea ex re turbæ maximæ excitatæ Byzantij sunt, alijs turpi adulatione nefariũ Principis facinus probantibus, alijs contra detestantibus. qua de re legẽdus est Theodorus Studita in rebus gestis S. Platonis, qui hæc præ cæteris accuratè prosequitur.

Agusti temeritas.

Ado. Vien. Eodem fere tempore Carolus Rex Christianæ religionis desertores Saxones coercuit. Hunnos, eorumque Regem Tuduin excepit, ac Christianam se fidem amplexuros pollicentes, in fidem ipse recepit, regijsque donatos muneribus dimisit.

Saxones fidẽ deserũt. Hũni recipiunt.

Chri. Ann. 796. 797. *Theop.* Admisso semel scelere Augustus, in Tyrannum erupturus videbatur, & iam Theodorum Studitam, aliosque sacratos Deo Viros exilio mulctauerat, cum Irene Mater eius flagitia nequaquam ferens, oculis illum, mox vita priuat, atque, vt Dei vltio non obscura esset, ille ipse dies sabbati fuit, quo Is Patruis, vt diximus, ante quinquennium oculos, ac linguã ademerat.

Augusti tyrãnis. Oculis mox vitæ priuatur.

Per idem tempus Habdalas hoc nomine II. Sarracenorum Princeps apud Africam, à Fratre pulsus ad Carolum confugit, quem ille humaniter exceptum, instructum copijs, in Hispaniam

Habdala Sarracenor. Rex.

cum

cum Filio Ludouico proficiſci iuſſit.

Dum interim qui ad Orientem imperabant Barbari, Duce Abdimeleco, Romanos ingreſſi fines Byzantium vſque populabundi delati ſunt, predam ex agro ipſo ſuburbano haud modicam agentes. Chri. Ann. 798.

Haud quaquam pari fortuua Alfonſi arma apud Hiſpaniam prouocarunt, à quo victi Vliſiponem vſque, extremæ Vrbem Luſitaniæ, compulſi ſunt; quam ille victoriam Carolo Regi per Legatos nunciatam voluit, ad quem regia quoque munera atque hoſtium manubias, honoris cauſa, miſit.

Immane facinus.

Chri. Ann. 799. *Anaſt. Regin.*

Immane interim facinus Romæ patratum eſt Paſchalis Primicerius, ac Campulus Sacellarius Hadriani Pontificis conſanguinei, inuidia in Leonem tabeſcentes, nefario ſtipati Satellitio, illum nec opinantem, ſacriſque operantem, corripiunt, exciſaque lingua, atque oculis effoſsis, ſeminecem ſub cuſtodia relinquunt. elapſus inde ſuorum ope ſanctus Pontifex, cum iam oculorum, linguæque vſum diuinitus recepiſſet, D. Petri Baſilicam petit, ex qua Spoletum Vuinegiſo Duce deducente, indeque in Galliam, ac Germaniam (nam Pedarbornæ tum Carolus morabatur) proficiſcitur. Exceptus ab eo eſt ea, qua par erat, reuerentia, ac religione, moratuſq. apud eum aliquandiu, Romam regijs cum

Leo in Galliã

Le-

Legatis, corporisque custodibus remittitur, quò & Rex ipse profectionem in sequentem annum adornabat. discussa est causa à Legatis, damnatique impij carnifices, qui calumniam quoque in Leonem struxerant, quamquam pœna in Caroli aduentum dilata, mitiorque, ipso Leone deprecante, est reddita.

Chri. Ann. 800. *Anast. Egin. ānal. Frāc.*

Octingentesimus à Christo nato annus appetit, idemque sæculi postremus, quo Carolus Romam delatus, septimo ab accessu die in Conciliū Episcoporum sedit de criminibus Leoni obiectis cogniturus. Episcopos tum succlamasse ferunt, Romanum Pontificem à nullo mortalium iudicari. quo factum, vt ab incepto omnes desisterent. tum Pontifex non innocentia minus, quam suprema potestate tutus, conscenso ibidem suggesto, sacrosancta Euangelia manu tenens, sacramento interposito, Deum, ac Superos testatus omnes, affinem se culpæ esse negauit *extat ipsa purgationis ab eo concepta formula apud Authorem hinc petenda.*

Carolus Roma.

At Leo illustria Caroli Regis in Romanam Ecclesiā, ac Christiānā Remp. vniuersam merita animaduertens, ipso Christi natali die, maximo cum Vrbis plausu, Augustum Eum appellat hoc pacto Romanū Imperium, ob Græcorum Cæsarū diffidia, atq. ignauiā, destitu-

Carolus Augustus appellatur.

stitutamq Italię turelã, ad Francos delatum est. creditum est Carolo, vna cũ Imperio, Ecclesiæ patrocinium, quod susceperurum se, ac perpetuò retenturum iureiurando solemni ritu est pollicitus. ad hæc donaria magni precij Sãctioribus Vrbis Basilicis obtulit, quę singillatim ab Anastasio recensentur.

Nouo sæculo ineunte, Carolus Imper Roma abscedens, Spoletum venit, vbi dum moratur, eam ipsam Vrbem, ac Italiam pænè vniuersam terræmotus vehementior concussit. Chri. Ann. 801. *Regin.*

Terræ motus.

Sub idem ferè tempus nouus Augustus leges cõdidit, quæ Mutinæ seruari adhuc dicuntur; veteres quoque restituit; Ecclesiasticas verò sanctiones colligi in vnum iussit, ac sub capitibus CLXVIII. comprehendi. *Sigon. de reg. Ital. l. 4.*

Hoc eodem anno Irene Aug. Ciuilis solutionem tributi Byzantijs remisit; quod, quã multiplex fuerit, iucundum est nosse ex Theodori Studitæ ad eamdem Augustam Epistola *ab Authore hic recitata*.

Tributũ Ciuile.

Caroli hoc tempore Legati Byzantium venerant de pace, deque connubio ineundo apud Irenem acturi; cæterum, ac si Tragœdiam spectatum veniissent, quam suo Principi Vxorem expetebant è summo deiectam fastigio conspexere. Chri. Ann. 802. *Theop. Cedr. & Zonar.*

Nicephorus Sub ipsum Legatorum aduentum Nicephorus Patricius indignum cla-

mitans

mitans, omnia ad Latinũ Augustũ, quę-
sitis nuptijs, vergere, tumultu, ea ex
causa, concitato, Irené comprehendit,
atq. in Lesbum Insulã arcta sub custo-
dia mittit, Augustus ipse eo in tumultu
appellatus. Is igitur adeptus statim Im-
perium, Legatos ad Carolum mittit
Fœdus cum eo initurus, quod sequen-
ti anno transactum est, quo Irene
ærumnis confecta in exilio moritur.

Irenẽ deijcit Augus dicitur.

Fœdus init cũ Carolo

Chri. Ann. 803. *Theop. Cedr.* Eodem ferè tempore Bardanes Patricius, Orientis Prætor, Augustus à militibus appellatur inuitus. certiorem igitur ea de re Nicephorum reddit, pactusque sibi, ac militibus ipsis impunitatem, clam illis aufugit, attonsumque sese Monasterio, quod extruxerat. abdit, at non idcircò placatiorem habuit Tyrannum, à quo per summam immanitatem, ac perfidiam, bonis omnibus exutus, oculis quoque orbatus est.

Irenes obitus.

Bardanis infœlix conditio.

Hoc eodẽ anno Nicephorus Stauratium Filium Augustum appellat, hominem à corporis, animique dotibus miserè destitutum. Subindè Arabes bello petens, ab his acie victus, ægrè à suis seruatus est.

Chri. Ann. 804. *Annales Frãc.* Inuentum Mantuæ Christi Sanguinem sacrosanctum fama vulgauerat; hac itaque de re Carolus Aug. qua erat pietate, ac religione, ad Leonem perscripsit, rogauitque, vti ea super re, qua par erat diligentia, perquireret;

Chri. sãguis inuentus.

Leo in Galliã

ret; Leo tum, operæ precium se facturum ratus, Mantuam ipse proficiscitur. Re comperta, ad Carolum inuisendum pergit in Galliam, indèque, eo deducente, in Germaniam, vbi dum moratur, Sacella, ac Templa complura dicasse, sacrisque Indulgentijs, vt vocamus, cumulasse fertur, tum Suibertum Episcopum miraculorum fama, celebrem Sanctorum numero, solemni ritu, adscripsisse.

Sur. Ma

S. Suiberti Canonizatio.

Saxonũ migratio. Romæ degũt. Hospitale S. Spiritus.

Exinde Augustus Saxones, qui trans Albin erant rebellandi finem nullum facientes, traduxit in Galliam, tum illorum complures Romam ire permisit, quibus ædes datæ sunt non longe à Principis Apostolorum Templo, qui locus *Vicus Saxonum* est dictus, corruptoque postmodũ vocabulo, *Saxia*, vbi nunc insigne visitur Nosocomiũ, quod idcirco S. Spiritus in Saxia nuncupatur.

Quarto Principatus anno Nicephorus motum ab Aarone Sarracenorum Rege bellum pecunia depulit; pactus Rom. Imperij nomine tributum annuum numismatum trecentorum millium (triginta millia habet Cedrenus) tum pro suo, ac Filij capite sexmillium.

Apud Occidentem viciſſim Carolus sclauos Pannoniam populantes vincit, Carolo Filio in eos misso, qui illorum Ducem Liconem interfecit. *Theop.*

Chri. Ann. 805.

Post *Cedr.*

Chri. Ann. 806. *Theod Stud. ep.* 16. 25. 26

Post hæc Tarasius sanctissimus Byzantij Episcopus moritur, in cuius Successore deligendo, regnandi arte pietatem simulans, Nicephorus percelebres sanctitate Monachos Theodorũ Studitam, ac Platonẽ, prudentiæ quoque fama inclytos, consultos voluit. & tum quidem Nicephorus homo laicus, non tamen improbandus, qui haud ita pridem Aulæ nuncium remiserat, ac solitudinem petierat, Tarasio suffectus est. *Tarasij obitus.*

Annal. Frãc.

Hoc eodem anno, qui sæculi est sextus Carolus Imp. amplissimam Filijs hæreditatem tripartito diuidit. extat illius hac de re Decretum, seu Testamentum illud voces, *ab Authore hìc relatum*. Peracta hæc à religioso Augusto sunt non sine Episcoporum calculo, quos apud Theodonis Villam coactos voluit. *Carolus Regnũ filijs diuidit.*

Chri. Ann. 807. *Theop.* & *Cedr.*

Hæc inter ab Aarone Rege Barbaro Rhodus, insularum olim Flos, pessundatur; hinc Myram Lyciæ Vrbem petit, dumque Archam ibidem reliquiarium S. Nicolai deijcere se putat, aliã, pia fraude, ab incolis suppositam, abripit; sacrilegi ausus pœnas haud secius daturus, quippè, fluctibus disiecta classe, facti pœnitens, Diuum nequicquam agnouit Vltorem. *Rhodus. S. Nicolai reliquia.*

Hoc tempore Nicephorus Aug. in nobilium Byzantij Ciuium capita plus quam tyrannicè grassabatur. *Nicephori tyrannis.*

Caroli pietas. At Carolus pacis Studijs intentior, sacras Patrum Lectiones, per anni festos Dies recitandas, in vnum cogi curauit. quo tempore eius quoque Filij, Regnum quisque suum, conditis passim Templis, ac Monasterijs, illustrabant.

Nicephorus, quem in Constantinopolitana Sede Tarasio sussectum diximus, licet inuitus, Iosephum, eiusdem Ecclesię Oeconomum, restituerat, cui pridem à Tarasio, ob incestas Constantini nuptias consecratas, ac Theodotem Pellicem coronatam, sacris fruerat interdictum, ea cum de causa malè apud omnes audiret, Sanctissimi Abbates Theodorus, ac Plato suis ipsorum cum Monachis seiunxere se, non à Iosephi tantum, sed ab ipsius quoque Nicephori communione. ea de causa turbæ maximæ ortæ cum essent, Augusti iussu, Conciliabulo Byzantij habito, turbarum, vt videbantur, Authores Theodorus, ac Plato, suis cum Assecłis, exilio mulctantur. *hæc fusè ex ipsius Theodori Epistolis, quæ extant, ab Authore hìc narrata, ad sequentem quoque annum spectant.* Chri. Ann. 808. *Theop. Cedr.* *Theod Stud. ep. 31.*

Eodem tempore Arduifus apud Angliam Regno pulsus Carolum Aug. adit, ipsius opem suppliciter implorans. Carolus non satis sibi in aliena Regna iuris esse ratus, Regem profugum ad Leonem Pontificem ablegat.

Caroli Aug. moderatio.

illum

illum iniuria deiectum cum comperiſſet, ſuis, vna cum Auguſti Legatis, in Angliam miſſis, Perduelles Popolos eiectum vt Regem reciperent adegit, haudquaquam difficiles, aut reniten-tes, quippè nefas ducentes Rom. Pontifici non parere, eiuſque ſeſe authoritate tutos ſatis, ſuperque exiſtimantes à iuſta Regis ira, atque vltione. *Rom. Pōtifi-cis auc-thori-tas.*

Per idem tempus, Aaron Sarracenorum Rege extincto, ciuile inter Filios Habdalam, ac Mahomat conflatum eſt bellum, ex quo non Sarracenorum tantum res, ſed Chriſtianorum quoque, qui illis parebant, peſſum iere. incenſa eo bello vbiquè Templa religioſiſſima: Paleſtinæ, ac totius Syriæ Monaſteria celeberrima euerſa.

Chri. Ann. 809. *Theop. Cedr.*

At Nicephorus Auguſtus hiantē ſemper auaritia infamis, nouas ſubindè coaceruandæ pecuniæ artes excogitabat. quicunque è tenui rè ad magnas opes peruenisſent, hos theſauros inueniſſe criminans, fortunis omnibus exuebat. Inſtitores, agros, quibus alios ſpoliaſſet, emere, pecuniam magnis ſub vſuris à ſe accipere cogebat: mendicos militiam ſubire, ſtipendia à Ditioribus accipere iubebat: accitum ad ſe hominem, qui ex melle, ac cera quæſtum fecerat, iurare per ipſius Auguſti caput, admota dextera, coégit, quantum auri congeſsiſſet, cum centum libras faſſus fuiſſet, *quid*, inquit, *Nicephori auaritia.*

curam huiuſmodi alis? tolle tibi decem, reliquas ad me affer. eò Tyrannum, maieſtatis oblitum, auaritia adigebat.

Synod Aquiſgrani. Hoc eodem anno Synodus apud Aquiſgranum, vbi tum Carolus agebat, celebratur; ac de his quæ peracta in ea eſſent, certior Rom. Pontifex per Legatos redditur. *hæc noſſe ſi quis cupit, Authorem conſulat; qui & multa de Manichæis, quibus addictus Nicephorus Aug fuit, ad ſequentem annum ſpectantia, ex Luca Siculo antiquo Scriptore addit* Dalmatia Carolus ante quadrienniũ ferè potitus fuerat; eam vt reciperet, claſſem Nicephorus inſtruxit, quæ tamen re fruſtra tentata, recipere ſeſe Venetias coacta eſt. eam ob cauſam bellum in Venetos tranſlatum, Pipino Caroli Filio illud adminiſtrante, quo cum pace poſteà compoſita, claſſis Byzantium reuocatur, indequè iterum poſt biennium Dalmatiam repetens incaſſum, iterum confugit Venetias, bellumque redintegratur, quo Pipinus Victor Venetijs potitus eſt; hoc demum anno pace iterum cum Nicephoro compoſita, Venetiæ eidem redditæ. quæ per annos ſingulos digeſta apud Francorum Annales, Ludouici Pij temporibus conſcriptos, leguntur; ex quibus recentiores rerum Venetarum ſcriptores corrigas.

Chri. Ann. 810. *Egi. nard. in vit. Anal. Frãc.*

Caro- lus bel lũ Ve- netis infert.

Pipi- nus Ve netijs potitur

Nice- phoro reddit

No-

Chri. Ann. 811. *Theop. Cedr.*

Nonum iam imperabat annum Nicephorus, cum bellum aduerſus Bulgaros mouet, quod eius Gentis Rex Grunnus nullis conditionibus redimere, aut auertere potuit: primo dein impetu victus, caſtriſque exutus Barbarus, ſupplex iterum pacem orat incaſſum; adeò Nicephorũ predæ ſpes improba dementauerat. igitur Rex Grunnus, deſperatione audaciam ſtimulante, noctu Græcorum caſtra aggreditur, ingentique eorum ſtrage edita Nicephorum ipſum obtruncat: illius caput conto ſuffixum oſtentui diu victis æquè, ac victoribus pependit. Eius Filius Stauratius vulneribus pœnè confectus, vix cladem euaſit, nec duos vltra mẽſes imperauit. quippè Michaele Curopalata, Viro inſigniter probo, Auguſto appellato, Monaſterium ipſe ingredi coactus eſt; cuius exemplo Theophania quoque Coniux idem vitæ genus amplect tur. Ex his qui cladi ſuperſtites Romani Milites capti ab Hoſtibus ſunt, complures Chriſti fidem deſerere abnuentes, martyrum ſunt paſſi.

Nicephori bellũ cũ Bulgaris.

Vincitur, ac caditur.

Mich. Imp.

Menolog. Grac.

At Michael Imperium adeptus, nihil prius habuit, quam vt ſpoliatos à Nicephoro, aut exilio mulctatos, fortunæ priſtinæ reſtitueret. Subinde Theophilactum Filium Auguſtum appellauit, cui & Vxorem ex Caroli Filiabus expetijt, miſſis hac de re, deque fœ-

dere ineundo ad eum Legatis, ad hæc firmandæ, post Politicum rerum statum compositum, Ecclesiarum quoque concordiæ, Nicephorus Patriarcha prolixas admodum ad Leonem Rom. Pont. literas dedit *ab Authore hìc relatas*.

Quod ad res spectat Occidentales ad hunc refertur annum conditum à Carolo Aug. Testamentum de thesauris in pauperes, atque Ecclesias erogandis, *cuius pariter exemplum ex Eginardo hìc habes.* Extremo hoc anno Carolus Augusti Filius natu Maior decedit, huius ac Rotrudis Filiarum maximæ, haud ita pridem extinctæ, Mortem, pius Pater minus fortiter, si animi, qua pollebat, magnitudinem spectes, tulisse dicitur. territus est insuper postremis hisce vitæ annis crebris portentis, quibus proximè instare vitæ exitum cognouit.

Carol. Aug. fil mo- ritur.

Excreuerant, Nicephoro imperante, omnis generis Hæreses, Manichæorum in primis, tum mores improbi, ac licentia vitæ maxima inoleuerat, igitur Michael pius Imperator ad malas segetes succidendas omnẽ operã adhibuit. initurus cum Bulgaris pacẽ pactum illud ex insita clementia, reiecit, vt fugitiuos eius Gentis, qui ad se confugerant, redderet, quos Rex Barbarus darurus pacem, exigebat. Sanè pius Augustus Episcoporum

Chri. Ann. 812. *Theop. Ced. et Luc. Sic.*

Michael. probitus.

ea

ea super re, Aulæque Procerum, aliorumque prudentia, ac sanctimonia insignium Virorum sententiis, Conuentu habito, experijt, quibus diuersa sententibus, æquiorem, at non perindè meliorem sequutus est, suo, ac suorum malo; quod Theophanes Abbas Monasterij Agri, qui hæc ipsa tradit, historiæ Author, atque aduersæ adhærens sententiæ, deplorat. *Theophan. historicus.*

Adhuc annum quidam referunt decantatam illam Caroli Magni cladem ad Rocidã Vallem, quam, exploratam sequuti veritatem, antè annos amplius triginta contigisse indicauimus. *Sup. ad an. 778.* *Clades Rõcisualis.*

Pacis spe omni cum Bulgaris conciliandæ abiecta, bellum recruduit, quo victus Michael proditione, vt quidam tradunt, Leonis Imperio inhiantis, fuga saluti consulere coactus est, tum Leo, Augusti segnitiem incusans, Augustus ipse à legionibus acclamatur. At Michael à ciuili abhorrens bello, Imperij haudquaquam tenax, Principatus insignia vltrò Leoni mittit, Monachus ipse effectus. Chri. Ann. 813. *Theop. Cedrẽ.* *Leo Armenus Imp.* *Michael Monachus fit.*

Crunnus victoria elatus Byzantium vsque delatus est; cæterum spe potiundæ Vrbis frustratus, Hadrianopolim recedit, eaque potitus, Manuelem Episcopum Martyrio afficit quem & alij complures ad triumphum sequuti sunt. *Menol 20. Iã.*

Hactenus Theophanes historiam est *Theophanis*

historiæ finis. prosequutus, quam ab Anastasio latinè redditam constat, multis tamen præteritis, ac vicissim additis, vt Interpretis nomen vix mereatur. hanc perperam Paulo Diacono, qui hoc tempore iam decesserat, adscribi, alibi lectorem monuimus. *Sup. ad an. 774.*

Leonis tyrān. Iam Leo minus se tutũ à Michaele, licet iam Monacho, ratus, dum Byzantij degeret, ipsum cum Procopia Vxore, ac Filijs in Protam Insulam relegat: insuper Theophilactum, atque Ignatium Filios (ex quibus Ignatius Byzantij postea Episcopus fuit) castrari iubet.

Caroli interim ad Michaelem Legati, Byzantium cum venissent, Leonem Imperio potitum inueniunt, à quo excepti, auditique ipsius cum Legatis, ad Carolum vicissim missis, dimittuntur. *Eginard. Annal. Frãc.*

Lud. Pius Imp. Quo tempore Aquisgrani Conuentu habito, Ludouicus cognomento Pius, Carolo Patre permittente, Augustus appellatur: Bernardus, ex Pipino Nepos Italiæ Regno donatur. Exindè eiusdem Caroli studio, qui nõ tantum Regno, sed Ecclesiæ quoque consultum voluit, complura, per vniuersam Galliam, atque Germaniam, Concilia celebrantur, quorum decreta saluberrima adhuc exant. Lege insuper ab eodem Carolo, ac Ludouico filio edita, Episcoporum electio, quam

Concilia plura.

Capitular. lib. 1. c. 84.

Episcoporum lectio.

Dist. 63 c. 34. quam Antecessores Reges inuaserãt, aut, ex merito, obtinuerant, libertati pristinæ restituitur; monendus est, tamen Lector post huiusmodi quoque Legem, in Episcopis per libera Cleri suffragia deligendis, ad tollendas rixas, atque dissidia, Regios Legatos, qui *Visitatores* dicebantur, adesse, vt plurimum consueuisse.

Chri. Ann. 814. At Leo Augustus, Iconomachus repente factus, dirum in Catholicos bellum instituit; qua de re legendus est Michael, qui res gestas Theodori Studiæ Præceptoris posteris tradidit; ex quo etiam, quorum fraude hæresim Augustus hauserit, cognosces. hæc ipsa Theosterictus quoque, huius & ipse temporis Author, fusè tradit in Niceta, quos consulere fas erit. *Leo Iconomachus fit*

Sur. 3. April.

Eo ex Leonis indicto in Catholicos bello acti in exilium sunt Episcopi eidem aduersantes complures, in quibus Nicephorus ipse Patriarcha, cui Theodorus Melissenus ipsius Augusti seductor suffectus est cum Niceta Patricius, Irenes consanguineus, Theodorus Studita, Theophanes Abbas, quem sæpius laudauimus, Historiæ Author, ac celebriores, quique vitæ splendore, aut sanctitate Viri.

Egin. in vit. Tegã. & alij Hoc ipso anno ineunte qui sæculi huius XIV. numeratur, Carolus, iure Magnus appellatus, Aquisgrani moritur ætatis anno LXXII. ab inito imperio *Caroli Mag. obitus.*

rio XIV. Vir bello, ac pace summus, Iustitiæ, Religionis, literarum cultor eximius, quem, virtutum merito, Ecclesia Gallicana Sanctorum numero adscripsit. Sanctorum quoque catalogo post annos CLXVI. adscriptum à Paschali Papa ferunt, reique gestæ Diploma Aquisgrani adhuc seruari. cæterum, quod Is haud legitimus Pontifex fuerit, adscriptio huiusmodi à Romana Ecclesia haud quaquã recepta est, cum tamen nec damnata illa sit, nec pius Gallorum cultus improbatus.

pro Sãcto à Gallis colitur

Ludouici pietas.

Nuncio de Patris obitu accepto, Ludouicus, qui in Aquitania erat; Aquisgranum venit; inuentosque inibi thesauros in pauperes profudit, argentea dumtaxat tabula, paterni amoris monumento, sibi relicta; eius nihilominus, precio, quasi alienæ rei, persoluto. tum, Augustus anteà, à Patre, vt diximus, appellatus, Imperij regimen, nemine non probante, suscepit.

Romani Leoni Papa infesti.

At factiosi Romæ, Ciues Caroli morte præsidio destitutum Leonem rati, insidijs illum vndique appetunt, Vrbem ipsam tumultu, ac cædibus miscent; quo comperto, Pius Augustus, Bernardum Pipini Fratris Filium Romam destinat, cuius opera, ac Vinigisi Spoletani Ducis res compositę, Leo Pontifex periculo exemptus est. Leo interim Iconomachus relegatos superiori anno Episcopos, ac Monachos

Chri. Ann. 815.

nachos Byzantium reuocat, reuocatos quà blanditijs, quà terrore ad perfidiã adigit: res acta est magno cum Fidelium scandalo, ac ruina.

Annal. Frãc. Per idem tempus ex Hispanis, qui durissimo Sarracenorum iugo premerentur, complures, patria, ac bonis omnibus relictis, Galliam incolendam *mi*petunt. His Pius Augustus non agros tantum, domosque tribuit, sed tributorum quoque immunitatem concessit. tum, exercitu in Nortmannos missо, obsidibus ab eis receptis, incruenta victoria potitus est. *Hispani in Galliã grant.*

Chri. Ann. 816. Ad sequentem annũ spectat Theophanis, non eius, qui historiam conscripsit, sed alterius æquè insignis Viri, ac Monachorũ Præfecti, post biennij carcerem in Insulam deportatio.

Theodori quoque Studitæ repetita verbera, ac diutini carceris incommoda non ferenda, quo dum detineretur, totus fuit in Fidelibus per Epistolas ad constantiam hortandis; vt mirum planè sit ducentas amplius, persequutionis tempore, ab eo con-

Theod l. 2. ep. 59. & 182. scriptas reperiri. Illud quoque memoratu dignum, dum Episcopi, alijque sacerdotalis ordinis Viri, ac Coenobiorum Præpositi, Ecclesiæ veluti columnæ, corruunt, Fœminæ sexu fragiles inconcussæ manent. triginta sanè Moniales hoc tempore, eaque ex causa, & verba, & carcerem pertulere.

tulere. in his Maria Augusta, quam, ob Theodotem Pellicem, à Cnstantino Irenes Filio pulsam, inter sacratas Deo Virgines receptam diximus, exilium quoque perpessa est.

Leonis PP. obitus.

Moritur hoc eodem anno Leo Pontifex, cum annos sedisset amplius XX. huius decreto factum tradunt, vt Episcopalis Hirienſis Sedes, in Hispania, Compostellam, Alfonso Rege adnitẽte, trãsferretur, quod, per idem tem-

S. Iaco bi Ap. reli-

pus, Iacobi Apostoli, qui Maior est dictus, sacræ ibidem reliquiæ sint repertæ.

quiæ innũtæ

Collata porrò à Leone Templis domaria penè innumera nosse si quis cupit, Anastasium ea ad tædium vsque

Steph. V. Pa

recensentem consulat.

Galliã petit. Ludo. in eũ obse quium

Leoni Stephanus subrogatur, qui huius nominis V. numeratur. quamuis alij quatum, ex his, quæ alibi tradidimus, dicendum censeant. Hic sub ipsum Pontificatus exordium in Galliam ad Ludouicũ profectus, exceptus ab eo est honore, ex Aui, ac Patris instituto, maximo, quippè illum religiosus Princeps non tam maiestatis memor, quam pietatis, à Bernardo Rege deductum, vt primum adspexit, equo desiliens, ter humi prostratus, veneratus est. Antequam Italiam repeteret Stephanus Ludouicum ritè inunctum cum Irmingarda Coniuge solemni pompa inaugurauit.

Anast. Tegã. in vit. Auth. vit. Ludou.

Sub-

Subindè cum iam Pontifex receſſiſſet, ex pio Caroli inſtituto, Concilium Aquiſgrani eſt celebratum. *Synod. Aquiſgrani*

Chri. Ann. 817. *Anaſt.* Vix Romam peruenerat Stephanus, cum, morbo correptus, obijt ſeptimum vix Pontificatus menſem egreſſus; cui ſtatim (nam biduum tantum interceſſit) miro omnium conſenſu, Paſchalis ſublegitur; à quo Legati, ex more, ad Auguſtum miſſi, implorati ſponſionem patrocinij ex eo referunt, qui hoc ipſo tempore, dum ſacris, in Templo peractis Regiam ſublicio repetit Ponte, eo collapſo, luxatis, attritiſque membris, vitæ periculum adijt; mortalitatis proindè admonitus, imminente veluti morte, teſtamento condito, Lotharium Filium natu maximum Imperij, ac Francici Regni hæredem inſtituit: Pipino Aquitaniam, Ludouico Germaniam legat. Subindè, paternum zelum æmulatus, Concilium Aquiſgrani iterum cogi poſtulat, in quo tum alia memoria, ac commendatione digna preſtitit, tum Paternam, Auitamque in Rom. Eccleſiam Donationem ſanxit, ac Synodi Patrum Aulæque Procerum manu ſubſcriptum Diploma Paſchali Papæ tranſmiſit, *cuius exemplum ex Vaticanis monumentis Author huc affert à Gratiano non integrum recitatum.* *Stephs. PP. obiit.* *Paſch. ſuccedit.* *Lud. Imp. vitæ periculũ adijt.* *Regnæ Filijs partitur.* *Synod. Aquiſgrani.* *Lud. in Rõ. Eccl. donatio.* *c. Ego Lud. diſt. 63*

Bernardus interim Italiæ Rex, prauorum hominũ adulatione corruptus, à Pa- *Bernard. ī Lud. bellũ.*

à Patruo desciscens, Franciæ illum Regno exuere armis parat. Sed impium bellum non meliore Fortuna, quam consilio gestum ab eo est. antè pugnam infœlix Rex, non tam hostili copijs, quam sceleris conscientia territus, deditionem fecit: illum igitur Augustus capite à Iudicibus damnatum, gladio exemptum, luminibus orbari sat habuit: huiusmodi post infortunium, triduo, non amplius, superfuit, seu doloris acerbitate extinctus, seu mœrore animi mortem accersiuit. mortis nuncio ad Augustum perlato, pœnituisse illum facti tradunt, ac crimen, qualecumque, Episcoporum Iudicio expiasse. Bernardi Rrgis defectione, præter alios multos, etiam sacerdotalis ordinis Viros, ipsius quoque Augusti Fratres illegitimi Drogo, Theodoricus, atque Vgo, veluti contagione afflati, carceri addicti vitæ descrimen, seueritate Iudicum adiuere.

Deditionẽ facit.

Cæcatur.

Moritur.

Missa hoc tempore Legatio est à Leone Aug. ad Ludouicum de vtriusque Imperij finibus apud Dalmatiam regundis. *Tegã. in reb. gest. Lud.*

Sub idem ferè tempus clarissimus Fidei propugnator Theodorus Studita suo, ac aliorum Confessorum nomine literas ad Paschalem, atque ad Orientis Patriarchas dedit, *quarum exemplum apud Authorem hìc require, qui*

Chri. Ann. 818. *qui sequenti quoque anno alteras ad Paschalem datas, tum ad omnes vbique Fideles recitat.*

Gliscente apud Orientem in Catholicos bello, extores pro Fide Monachi complures Romam confugerant; his Paschalis Pontifex, ne incertis vagari sedibus cogerentur, extructum, ad D. Praxedis sacram ædem, Monasterium contulit, cum interim ad Casinense qnoque Coenobium, veluti ad Christianę libertatis Asylum, accessus vndique esset frequētissimus.

Chri. Ann. 819. Sæculi anno vndeuigesimo Ludouicus vnum, atque alterum Conuentum habuit. Extincta autem superiori anno Augusta Coniuge, Iuditā Huelfi, apud Bauariam, Comitis Filiam ducit. *Duplex Synod.*

Quo item anno eximius Athleta, Theodorus Studita immaniter iterum cæsus, carcerem mutat Smirnam translatus.

Chri. Ann. 820. Nouissimus Leonis annus subit, Catholicis idem, apud orientem, acerbissimus, qui veluti decumanus fluctus, rectam inibi Fidem propèmodū mersit. At dum maximè procella desæuiret, serenitas inopinatò illuxit, mira quadam Dei prouidentia Tyranno sublato.

Ignat. in vit. Tarasi Cedrē. Aderat Christi Domini natalis dies, quo Is Michaelem maiestatis reum supplicio erat affecturus, cum, Augusta deprecante, ac festi diei religionem *Leonis Imp. interitus mirus.*

nem obijciente, pœnam distulit, quæ in ipsum vertit; quippè Michael, eo in discrimine constitutus, consilium è re capit salutare. coniurationis participes monet ipsorum se nomina delaturum, ni sibi præsto actutum sint. Hi, nocte intempesta Templum ingressi, sicas sub vestibus ferentes Symphoniacis sese immiscent, Leonem sacræ noctis peruigilium peracturum Templum ingressum confodiunt. tum, ita, vt erant, cruentati, Michaelem adhuc compeditum (clauis quippè compedum apud Leonem erat) Augustum appellant.

Michael Balbus Imp.

Dum hæc apud Orientem peraguntur, Sarraceni Classe in Siciliam delati, Panormum expugnant. Annonæ caritas, ac pestilentia Galliam vexant, ac funeribus exhauriunt.

S. Marci Corpus Venetias trãsfertur.

Per idem tempus Alexandria, atque adeò Ægypto vniuersa Sarracenis parente, D. Marci corpus iacebat ea in Vrbe inglorium; quo factũ, vt Veneti Mercatores Venetias illud trãsferrent. *rem gestam, ex Vaticanis erutam monumentis, fusè hìc Author recenset.*

S. Cæciliæ Corpus inuentũ.

Nec ita multo post Cæciliæ quoq. Virginis Sac. Reliquiæ. à Paschali efFossæ, decentiori loco, Virginis Templo instaurato, collocantur. *id quoque ex Anastasio Author accurate refert, tum de nouissimè eodem Sac. corpore, dum hæc ipsa proderet, reperto*

Chri. Ann. 821.

Pauli

Pauli Cardinalis Sfondrati opera oculatus ipse testis sermonem instituit.
ad an. 232. *qua de re & nos, qui Epithomen hanc scribimus, dum de Virginis Martyrio ageremus, opportunè alibi meminimus.*

Invit. Th. Stud. Hæc inter nouus Augustus extor res Fidei causa Episcopos, ac Monachos edicto reuocat: Fidei libertatem his, alijsque omnibus, Hæreticus ipse Iconomachus, indulget. *Fidei libertas.*

Chri. Ann. 822. *Cedrē.* Sequenti anno à Thoma Tyranno, qui Leone Imperante Armeniam inuaserat, Byzantium obsidetur. Hic obscurissimis ortus parentibus pœnæ metu, quam scelere fuerat promeritus, ad Sarracenos profugerat, abiurataq. Christiana Religione, viginti amplius apud eos annis fuerat; exindè Constantinum Irenes Filium se esse mentitus, Leoni vt diximus, negotium fassere instituit; tum hoc anno Michaelem terra, marique obsidere non est veritus, à quo tamen, Bulgarorum viribus, adiuto, victus, captusque, manibus pedibusq. mutilatus, lento supplicio affectus est.

Quo tempore Sarraceni, qui in Hispania regnabant, Classe in Cretam Insulam delati, ea nullo negocio, potiuntur, vtque tutari eam possint, Vrbem munito extruunt loco Candace appellato; quo Insula deinceps Candax, corruptoque indè vocabulo, Candia est dicta. *Cãdia vnde dicta.*

At

At Ludouicus, ex inflicto conscientiæ vulnere, ob affectum supplicio Nepotem supplicem, vexatosque insontes, vt postea comperit, Fratres, acerbius in dies dolens, lenire illud alia ratione haud valens, frequentiori Conuentu habito, publicè expiationẽ agere sustinuit; tum demum Lotharium Filium Romam ad Paschalem missum, solemni ab eo ritu coronari expetijt. Lue et grassante interim apud Galliam vulgari lue, ac prodigijs è cælo maximis mortales exterrentibus. *Annal. Fräc.* *Lotharius Imp.* Chri. Ann. 823. *Lues et prodigia.*

Disidium inter Catholicos, atque Hæreticos cõpositurus Michael, committere vtrosq. publica disputatione optauit; negantibus Catholicis id se absque Patriarcharum placito Iudicij genus subituros, nè causæ diffidere viderẽtur, negotium Theodoro Studitarum Præsidi dedere ea de re Apologiã conscribendi, quod egregiè præstitum ab eo est.

Accidit inter hæc, vt Basilius Leonis Filius qui, ex virilium exsectione à Michaele imperata, vocem amiserat, ad Gregorij Nazianzeni statuam, supplex, eam receperit; ex quo, hæresi abiurata, Catholicam Fidem amplexus est, cuius exemplum sequuta Theodora eiusdem Mater, quod ex Viro hauserat impietatis venenum, vomuit.

Exindè Paschalis Pont. cum octauũ Pontificatus annum attigisset vita fun- *Pasch. obitus.* Chri. Ann. 824.

fungitur. huius in pauperes, ac Tem-
Anast. plorum ornatum largitiones, Anasta-
in Pa- sius cumulat. Quatriduo post Pascha-
sch. & lis obitum elapso, Eugenius legitur, *Euge-*
Eug. hoc nomine II. cæterum, obnitenti- *nius II*
bus ex Rom. Ciuibus factiosis qui-
busdam, turbæ indè exortæ, non
Chri. ante Lotharij in Vrbem aduentum, *Lotha-*
Ann. compositæ, sedatique tumultus sunt. *rius Ro*
825. Ciuili perfunctus bello Michael, *ma.*
An- vna cum Theophilo Filio Collega,
nal. haud ita pridem assumpto, Legatos de
Frãc. pace mittit in Galliam, atque inde,
Romam regijs com donis in Apostolorum Principis Basilicam inferendis. profecti Romam cum Græcis, Galli quoque Legati sunt à Ludouico; quibus in Galliam posteà reuersis, Eugenij permissu Collatio est habita Viro- *Collatio de*
rum, qui præstare cæteris doctrina vi- *cultu*
derentur. actum ea in Collatione est *imag.*
de sacrarum imaginum cultu, quod Michaelis Legati expetierant de rebus porrò in ea gestis nulla apud veteres mentio reperitur, erubescentibus fortasse Gallis ea prodere, quæ veterem ipsorum pietatem, ac Religionis cultum macularent. inuentus est tamen nuper nescio quis ex Nouatoribus, qui Conuentus illius Acta (vndè eruta nequaquã tradens) Francfordiæ cusa in lucem edidit. vtcumq. se res habeat, quam nihil ea editione, qui libellum illum edidit, profecerit,

ex

ex illius lectione vnusquisque facile animaduertet. *porrò quæ hac de re Author huc congerat, non erit ociosum exquirere.*

Tertio Pontificatus anno Eugenius Synodum Romæ cogit Episcoporum Italicorum LXIII. *quorum nomina, tum decretorum indicem apud Authorem habes.* Eugenij porrò Decreta aliquot à Gratiano diuersis sub titulis referuntur, quorum non nulla ad Eugenium III. spectant. Chri. Ann. 826.

Synod. Roma.

S. Sebastiani & aliæ reliq

Per idem tempus sanctorum Martyrum Sebastiani, Marcellini, ac Petri reliquiæ Roma in Galliam translatæ sunt: tum Synodus à Ludouico Aug. apud Ingelheim celebrata est, auditique tum aliorum, tum Eugenij Legati.

Annal. Fuld. Auth. vit. Ludouic.

Synod. Ingel.

Herialdus Dan. Rex.

Hoc item anno Rex Danorum Herialdus vna cum Coniuge, ac populatibus compluribus Moguntiæ sacro Baptismate initiatur.

Ado Vien.

Studitæ obitus.

Apud Orientem porrò hoc ipso tempore moritur magnus ille Theodorus Studita, quo Regum Censore acerrimo sublato impunè licuit Michaeli Augusto sacrilegis Nuptijs sacratam Deo Virginem Euphrosynam Constantini Filiam sibi sociare. cuius exemplo Eugenius quidam, qui apud Siciliam ordines ducebat, & ipse sanctimonialis Virginis amore captus, illam ex Cœnobio extraxit obnitentem. rem Virginis Fratres ad Michaelem Chri. Ann. 827.

lem deferunt. Is, eadem quamuis pice inquinatus, Siculorum turbas veritus, pœnam in Raptorem statuit, ad quam dum ab Insulæ Prefecto postulatur, cum copijs, quibus præerat, Africam petit, Romaniq. Cęsaris nomine assumpto, Sarracenos in Siciliam intulit, qui haud ita multò post Calabria quoque potiti sunt, magno Italiæ malo. Sacrilegus porrò Eugenius cum Imperio vitam statim amisit, apud Siracusas trucidatus. *Sarraceni.*

Subindè Eugenius Pontifex quarto Pontificatus anno moritur, cui altero statim die, miro omnium consensu, plausuq. Valentinus sublegitur menstruus Pontifex, cui rursus post triduũ ab eius obitu, Gregorius IV. hoc nomine subrogatur, à quo, sub ipsa Pontificatus initia, Gregorij Magni corpus exhumatum, decentiori conditum est loco; anno quam mortem obierat amplius ducentesimo. *Eugenij Papa obitus. Valentinus succedit; huic Gregorius IV.*

Chri. Ann. 828. Sæculi anno duodetrigesimo Pius Imperator, Regni cladibus auertendis, ac criminibus expiandis, tridui ieiunium, Conuentusque Episcoporum, quatuor Parisijs, Tolosæ, Lugduni, ac Moguntiæ indici curat. *Greg. M. corpus ex. humatum.*

Chri. Ann. 829. *Anast. in Gregor.* Gregorius post hæc D. Marci instauratum à se Templum Romæ, illatis Hermetis Martyris sacris reliquijs, ac magni precij donarijs attributis, mirum in modum locupletauit. Ostia quo- *Gregorij opera.*

quoque Tiberina, aduersus Sarracenos Pyraticam exercentes, munijt, ac *Gregoriopolim* vocari deinceps iussit: suburbium quoque ad D. Petri Basilicam muro claudere instituit; quod posteà, magnæ molis opus, Leo IV. absoluit, à quo locus *Vrbs Leonina* est appellatus. 848.

Gregoriopolis. *Sigeb.* *Chr.* *inf. ad* *ann.*

Vrbs Leonina.

Michaelis Imper. obitus. Theoph. succedit.

Michael interim, cum annos imperasset prope IX. dissenteriæ correptus morbo interijt. Regnum Theophilus Filius capessit; qui liberas Imperii habenas nactus, bellum omnium asperrimum in sacrarum imaginum cultores indixit, ex quo rectæ, apud Orientem, Fidei clades maxima illata est. 830.

Io: Cu *ropal.* *Zon.* *Cedr.* Chri. Ann.

Coniuratio in Ludou.

Quo tempore coniuratio in Ludouicum multiplex à Filijs, Regniq. Proceribus, detecta, in maximas Pium Augustum curas coniecit. Cæterum his quantumuis implicitus, totus erat in rebus Sacris meditandis, exquirendisq. itaque hoc ipso tempore sacras Antiphonas, per Amalarium Virum æquè pium, ac doctum, in vnum congeri, summa cũ pietatis laude curauit. 831.

Chri. Ann. *Amal.* *c.* 58.

Theodora Aug. astus.

At Theodora Augusta, quod sacras Imagines occultè coleret, ad Theophilum Virum delata, illũ, ea de causa, furore percitum, callida tergiuersatione elusit, placauitq. speculo se cum Ancillis intentam dictitans, redditasq. è speculo imagines suspicionem haud dubiè Delatori ingressisse.

Io: Cu *rop. Ce* *dr.*

Gal-

Chri. Ann. 832. annal. Frãc.

Gallia interim mirum in modum fluctuabat. Pipinus Augusti Patris iussu in carcerem coniectus, suorum opera, inde eripitur; ea de causa ipsius Regnum Lothario, ac Carolo Fratribus adiudicatur. *Turba apud Galliã*

Chri. Ann. 833.

At Pius Augustus, Regni adiectione, ità Lotharium non est demeritus, vt ipsum quoque expertus sit hostem, qui Nouercæ Iuditæ, eiusque Filio Carolo infensus, à Pipini, ac Ludouici Fratrum partibus in Patrẽ stare maluit.

Domesticũ vt sedaret bellum Gregorius Pontifex, in Galliam proficiscitur. cæterum ad Filiorum, ac Patris castra vltrò, citròq. comeans, ita nõ profecit, vt, ab vtrisque in suspicionem adductus, re infecta Vrbem repetere coactus fuerit.

Tum vero infœlix Pater suorũ proditione, Episcopis quoque nonnullis, Rhemensi in primis, adnitentibus, ac publicam criminum expiationem eidem iterum indicentibus, in Filiorum potestatem venit, ab hisque, per summam iniuriam, in ordinem redigitur. *Lud. Imp. exauctoratur.*

Hoc ipso tempore Legati à Theophilo ad Ludouicum missi, à Lothario excepti, lugubris Tragœdię spectatores fuere, non diu apud illum morati.

Chri. Ann. 834.

Haud tamen ità multò post miro Procerum, ac Populi in deiectum studio, Ludouicus restituitur, Filijs contrà obniti non audẽtibus, qui ab opti- *Restituitur.*

mo Parente, præteritorum memoria abolita, in gratiam recepti, in Regnũ quisque suum dimissi sunt.

Martyres CC. in Hisp. Hoc eodem anno Hispani Monachi CC. apud Canadignam, à Sarracenorum Rege Zafnam, martyrio affecti sunt.

Methodius. Dum interim Theophilus Græcus Imp. dira in Catholicos supplicia decerneret. in his Methodius eximius doctrina, ac sanctimonia Vir, ac multiplici corona illustris, qui sub Leone, ac Michaele certamen subierat, quiq. postea Regiæ Vrbis Antistes fuit, Tyranni iussu diris quæstionibus admotus, sepulchro viuus conditus, ibidem ad illius vsque obitum perstitit.

Synodus. Altero, à Ludouici restitutione, anno frequentissimus Episcoporũ Conuentus, apud Theodonis Villam, celebratur, vbi Ebbo Rhemensis Episcopus, qui depositionis illius Author fuerat, Collegis suadentibus, ipse se Episcopatu abdicat. de his, qui in Italiam secesserant, quod ad Sedis Apostolicæ Iudicium confugisse dicerentur, nihil decernitur, reliquis vim, metumque, ab Augusti Filijs, causantibus, venia conceditur. Chri. Ann. 835. *annal. Frãc. Auth. Vit. Lud.*

Conuentu indè soluto, ex itinere Augustus Andegauum accessit. erat ea in Vrbe carceri dudum mancipatus Theodulfus Abbas Floriacensis, quod Bernardi Regis defectionis particeps *Sigeb. Chr. Cran. hist. Sax. l. c. 87.*

Theo. Abb. Floria censis.

ticeps fuisset; Is poeticæ facultatis, pro temporum conditione, satis gnarus, eo in ocio, præter alia, Hymnum concinnauerat ad Palmarum diem in Ecclesia occinendum accomodatum; illum itaque, è carceris fenestra, in Augusti prætereuntis aures recitat, quo mirificè ille delectatus, Theodulfum carcere eximit, mox non tam artis merito, quam probitatis, Aurelianensi Ecclesiæ præfici curat. *Extat Hymnus ab Aautore hìc relatus vnà cum prolixiori eiusdem Theodulfi Epistola ad Aurelianensem Clerum saluberrimis referta præceptionibus omnino legẽda.*

Curopal. Zon. Cedrẽ. Mortuo interim Theodoto Cassiteno Byzãtij Patriarcha Iconomacho, Ioannes huius nominis VI. eandem Pestilentiæ Catedram conscendit, illam à Theophilo, cuius Pedagogus fuerat, impietatis præmium, consequutus.

Per idem tempus Theodorus, ac Theophanes Fratres, Christi Athletæ, ex Insula, apud quam biennium exulabant, Tyranni iussu iterum ad certamen euocãtur cum blanditijs tentati, ire in Augusti sententiam abnissent, flagellis penè ad mortem cæsi, inscriptique vultus, exilio iterum mulctãtur. scripserat Christodulus nescio quis impiorum Fratrũ dedecus Iambos XII. (Augustum ipsum eos scripsisse quidã tradunt) hos in Martytum vultu, in-

Insuetũ suppliciũ.

fueto ſupplicij genere, candenti ferro inſcribi Tyrannus iubet. extant Iambi ab ijſdem, qui hæc tradunt, Scriptoribus relati, *ab Authore quoque hìc deſcripti*.

Feſtũ omniũ Sãctorum. Hoc eodem anno Gregorij Papæ monitu, Franchi Sanctorum omnium Feſtum Diem, ex Bonifacij præſcripto celebrari Romæ ceptum, deinceps recolendum inſtituunt.

Lotharius interim, Gregorio Pont. Chri. infenſus, Romanæ Eccleſiæ ditiones, Ann. quas Italiæ Regnum à Patre adeptus, 836. ex auito inſtituto, in tutelam ſuſcepe- *Auth.* rat, diripi impunè à ſuis patiebatur. ea *Vit.* de cauſa Ludouicus Pater mirum in *Lud.* modum commotus, Legatos ad Filiũ, ac Gregorium mittit, quorum opera Lotharius ab incepto deſtitit, ac, patre ſuperſtite, vtcumque quieuit. Ludouici pietatem reſpexiſſe Deus viſus eſt, qui duplicem ei victoriam, eamq. incruentam, hoc ipſo tempore, de Britonibus, deq. Nortmannis, tribuit.

Ludouici Victoria.

Synod. Aquiſgrani. Sub eiuſdem anni initium Concilium Aquiſgrani celebratum eſt, expoſitaque in eo eſt quærela aduerſus Pinum Regem, quod is Eccleſiarum bona inuaſiſſet. eam ob rem ab Auguſto Patre, ac Synodi Epiſcopis monitus, oblata reddere haud eſt cunctatus. Inſuper Auguſtus ipſe, tribus cum *Synod.* Filijs, celebratæ hoc eodem anno *Lugd.* Lugduni Synodo, intereſſe non eſt

gra-

grauatus; adeò totus erat in sacris ministerijs obeundis.

Chri. Ann. 837. Sed & sequenti anno apud Carisiacum Conuentum alium celebrari placuit, vbi Augustus idem Carolum Filium pubertatem egressum solemni ritu, ense accinctum, Regio Diademate insigniuit. cæterum dirus eum Cometa haud mediocriter terruit, ad pietatis autem opera propensum, acrius incitauit. *Et Carisiaci*

Chri. Ann. 838. Pipino postmodũ vita functo Aquitaniæ Regnum Carolo Filiorum natu minimo ex Augusti Patris indulgentia cessit, Pipino illius Filio cognomine inofficiosè præterito; quo factum, vt Aquitani seditionem mouerint, quæ tamen actutum compressa est. Ludouicus quoque Germaniæ Rex in apertam perduellionem aduersus Patrem erupit; paternis tamen armis territus, culpa agnita, veniam haud ægrè impetrauit. *Lud. filij in Lud. Aug. ribellio.*

Chri. Ann. 839. Nec Reges tantum, sed etiam Episcopos hoc tempore transuersos egit æmulatio. itaque Aldricus Coenomanensis, calumniam à comprouincialibus passus, Gregorij opem implorare opus habuit, qui eam ob causam prolixiorem Epistolam ad omnes vbique Episcopos dedit, ex qua multa in suum Decretum Gratianus intulit.

Per idem tempus Synodus apud Cabillonem celebratur. *Synod. Cabillonẽsis.*

Quadrageſimo ſæculi anno, iterata Chri. Ludouici Regis rebellio, Auguſtum Patrem ad mortem adegit, quam inſueta Solis defectio prænunciaſſe viſa eſt. Auguſti obitum, Filiorum de Paternis Regnis certamen excepit, Lothario in primis Monarchiã affectante. Ann. 840.

Lud. Auguſti obitus.

Hoc eodem anno Bartolomei Apoſtol. ſacras reliquias, ex Lipari Inſula, Beneuentum tranſlatas ferunt.

S. Bartolomei Reliquiæ.

Sequenti verò, qui Theophili impij Iconoclaſtæ poſtremus fuit; Vir admirabilis Ioannicius de reddenda propediem, Tyranni morte, Eccleſiæ Pace reſponſum diuinitus accepit. qua de rè ſpe iam omni deſtitutos Orthodoxos ſolatus eſt. illud quoque tradunt, cum ex fatidica quadam Muliercula Tyrannus accepiſſet ſacras Imagines honorem priſtinum recepturas; tum, poſt Michaelem Filium, Martinatiorum Genus regnaturum, Theodoram Coniugem diro Sacramento adegiſſe, vt ſponderet nunquã ſe Idolorum, vt vocabat, cultum permiſſuram. exinde Martinatium percarum ſibi hominem detondendum, ac Monachum inſtituendum curaſſe. Chri. Ann. 841. *Curopal.*

Theophilus à Saracenis victus.

Ad hæc Theophilus, bello à Sarracenis petitus, prælio inito, victus, vix fuga elapſus eſt, Ducum præcipuis captiuis relictis, qui & Fidei tenaciſſimi, martyrij palmam adepti ſunt. Victores exindè Barbari Armeniam populati,

Ar-

Armorium excindunt. igitur Theophilus, deletæ mærore Patriæ lethalem in morbum incidit, à quo instantis anni initio ablumptus est. *Theophili Imp. obitus.*

Flagrante interim, ciuili bello, Galliæ, Ludouicus, ac Carolus cum Lothario Fratre dolis agente crebris Legationibus frustra ad pacē inuitato, manus conferere coguntur inuiti. collatis signis, Lotharius vincitur, ac turpem in fugam conijcitur. Rerū tum gestarum historiam scripsit Nithardus Francorum nobilissimus Caroli Magni, ex Berta Filia, Nepos haud degener, quē consulere ocioſus lector poterit. Hic Victores Fratres à pietate, in venia captiuis, mortuis hostibus sepultura, impertienda, mirum in modum commendat: Concilium insuper Episcoporum coegisse eos tradit, vt, disquisitione habita, peruiderent, an eo in bello aliquid peccatum fuisset, quò expiari crimen posset; edictumque, vt qui ex odio, aut inani gloria, aliaue ex non recta Iustitiæ causa, arma administrasse conscij sibi essent, secreto peccati expiationem peragerent, qua de causa tridui ieiuniū vniuerso exercitui indictum est. tantum Paterna apud pios Fratres institutio, Regum, apud bene moratam gentem, exemplum, valuit. *Ciuile Francorum bellum Lotharius vincitur. Victorū moderatio.*

Lib. 3.

Chri. Ann. 842. At Lotharius resumptis vtcumque viribus, dum belli aleam subire iterum

parat, suorũ consternatione militum, Hostium contrà alacritate cognita, non castra modò, sed Regnum ipsum turpiter deserit, quod iure belli ad Fratres deuolutum, non ante Episcoporũ sententiam, causæque cognitionem, ac ritè ab his factam adiudicationem, receptum est. Nitardus idem qui tunc adfuit, Author est coactos ea de causa Aquisgrani Antistites antequam Victoribus Fratribus Deuicti Regnum traderent, illos interrogasse, vtrum per vestigia eiecti Fratris, an ex Dei præscripto illud essent administraturi; respondentibus illis omnia se ex Dei voluntate, eo adiuuante, gesturos, tum demum Episcopos ad Victores Reges diuinum veluti Oraculũ edentes, conuersos, in hæc ipsa verba sententiam protulisse. *Authoritate diuina, vt illud suscipiatis, & secundum Dei voluntatem illud regatis, monemus, hortamur, atque præcipimus.* His aures arrigant Politici Nouatores, qui Rom. Pontif. licuisse negant Franciæ Regnum ab Hilderico stupido Rege in Pipinum transferre, cũ videant Episcopos Regum Iudices sedentes, ac hæreditario iure possessa Regna, pro imperio, transferentes. Eiusmodi porrò sententiam exequutioni fuisse traditam idem Author testatur; qui se cum alijs ad diuisionem inter Fratres peragendam interfuisse scribit.

Synodus Aquisgrani. Episcoporum Authoritas.

Quem

Curopal. Quem sub anni huius initium Theophilum decessisse diximus, ante obitū, malo doctū, resipuisse, sacrarumq. Imaginū cultum recepisse tradunt. vtcunque, & si perfidiam, sæuitiam certè nō abiecit; quippè iam iam animam exhalaturus, Herodes alter, Theophobum affectati Imperij leui ex suspicione Reum, supplicio affici actutum iussit, eiusque caput ad se deferri, quo manu prænenso extremum hoc loquutus dicitur; *nec ego Theophilus, nec tu Thecphobus deinceps eris.* Eius morte Imperium ad Michaelē Filium defertur, quod tamen, dum his pubescere tà Theodora Matre, virili Fœmina, administratur; Manuele quoque, ac Theoctisto in Augusti Pueri tutelam vocatis, quorum ope, atque opera, Synodo Byzantij coacta, Sacrarum cultus imaginum est restitutus: Ioannes Hæreticus Patriarcha, Methodio, antea extumulato, eidem subrogato, deturbatus est. Igitur vt primum Methodius Constantinopolitanæ Ecclesiæ clauum ex Hæreticorū auulsum manibus suscepit moderandum, ad reuocandos, suscipiendosq. lapsos animum adiecit. cæterū ne Ecclesiastica vilescceret disciplina, eosdem pro ætatis, ac culpæ varietate, diuersæ subijci censuræ voluit, sanctione hac de re edita, *cuius exemplum hic habes ab Authore descriptum, qui & sacros Hymnos Epinicios* *Theophili sæuitia.* *Synodus Byzātij.* *Methodius.* *Hymni Epinicij.*

nicios in sacra huius Victoria memoriam Byzantij cani solitos, & quæ soluta etiam oratione recitari postmodum ad Populum consueuere, ex veteribus eius Ecclesiæ monumentis eruta, subnectit, scitu non iniucunda. constat enim ex eo tempore

Annua laudatitia. Fideles apud Orientem pro gratiarum actione solemnes Conuentus agitasse, deque triumphata Iconoclastiæ impietate memoriam quotannis, magno cum totius Populi plausu, reuocasse. Que deinceps Annales prodant sequenti libro, Deo Auspice, referemus.

Libri IX. finis.

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

AD LVDOVICO AVRELIO Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER X.

Respondens Decimo Authoris Tomo.

Chri. Ann. 843. PArto de Hęresi memorando triumpho, Byzantij in primis Ecclesia efflorebat, cũ, structa in Methodium calumnia, redditam haud ita pridem serenitatem obnubit. improba Mulier, Ioannis impij Patriarchæ, quem deiectum sede diximus, ac Fratris Arsaber auro corrupta, sanctissimum Antistitem illati sibi, per vim, stupri, re ad Augustam delata, reum.

Calũnia in methodium.

Io. Curopal.

Cedr.

reum constituit. rei infamia non ad Metodium tantum, sed ad omnes rectæ fidei cultores spectares videbatur in maximam ea de causa sollici-

Metho dij facinus.

tudinem coniectos. Is igitur moerore eos soluturus, impios verò spe omni, breui compendio, deiecturus, dum maximè ab exhausti ruboris Fœmina frequentissimũ apud confessum vrgetur; nudato corpore, pudenda, profert morbo, vt videbatur, absumpta. erecti animis sunt Methodij studiosi, Aduersarijs vicissim timore simul, ac pudore obmutescentibus. intentato dein Mulieri à Iudicibus cruciaru, non dolus tantum, sed calumniæ quoque precium, acceptum, domique conditum ab ea aurum, detectum est. Ferunt Methodium rem nemini anteà indicatam, amici rogatu ita, vt erat, tum demum narrasse. se dudum, Romæ cum esset, ætate adhuc florentem, libidinis incendium passum, cum manus daturus videretur, Apostolorum Principis opem imploraſſe, tum noctu per quietẽ presto eum fuisse, monuisseque nullum deinceps ab intestino hoste metum subesse. subindè expergefactum, genitalia eo, quo vidissent, modo absũpta, ac veluti ambusta persensisse. At non idcirco, quod Ioannis *facies ignominia tum impleta fuerit, nomen Domini*, ex Prophetæ vaticinio, *inuocauit*; quin deterior in dies *Psal.* 82.

factus

factus, restitutas Christi, ac Deiparæ Imagines, aliquandò cum vidisset, illarum oculos effodisse dicitur; qua re cognita, Augusta ipsius oculos effodi iussit, quam tamen pœnam sacrilegus auasit, flagris haud secius seruiliter cæsus.

Nitard. Hicmar. Lotharius interim, malo doctus, pacem à Fratribus supplex petit, vtque, si non Fraterni, Augusti saltem tituli rationem habeant, etiam, atque etiam rogat. eius precibus placati Fratres, nouam Regnorũ cum Lothario partitionẽ Episcopis, ex more, permittunt. *Lotharius supplex.*

Anast. Leo Ost. l. 1 c. 27. Ãnal. Frãc. Quo tempore Gregorius cum annos sedisset ferme XVI. diem clausit extremum. Tum Sarraceni Campaniã, ac Samnium clade maxima afficiunt, à Sicolfo Principe ex Hispania euocati, quorum stipendijs persoluendis Cassinense Coenobium pecunia, ac donarijs magni precij sacrilegè expoliauit. *Greg. obitus.*

Chri. Ann. 844. *Anast. in Ser.* Gregorio sublato, Ioannes Diaconus factiosorum quorumdam coitione Ciuium Patriarchaliũ ædium foribus per vim effractis, Sedem inuaserat; quo statim deiecto, in ea Sergius, vir probatissimus, collocatur. sunt qui putent hunc primum Pontificum nomen mutasse, sed hoc non tum accidisse suo loco demonstrabimus. *Sergius II.*

inf. ad ann. 955.

Ado. Certior de noui Pontificis creatione factus Lotharius, Drogonem Patruum,

truum, Metensem Antistitem, ac Ludouicum Filium Romam mittit. hunc Italiæ Regem à se antea constitutum, Augustũ à Sergio inuagurari expetit.

Lud. II Imper. Igitur Ludouicus Rom Imperij Diademate solemni ritu Romæ coronatur. vt Sigebertum, Schismaticum hominem, redarguas, qui ad Sergij electionem ratam habendam missum à Patre Ludouicum impudenter in *Sigeberti mẽdacium.* Henrici, cui studebat, gratiam commiscitur. sane iuueniliter exultans Rex, militari manu Romam profectus, Italiæ loca, quà pertansijt, hostili more populatus, terrore maximo Vrbẽ impleuit. At Sergij hac in re animi magnitudo enituit, qui exceptũ in D. Petri Atrio Regem, pro foribus, antea clausis, consistere iussit, nec eas prius aperiri, quam Is nequaquã hostili animo aduẽtasse se persanctè affirmasset. *Sergij facinus.*

Car. Aquitã Rex At Carolus Aquitaniæ Rex Bernardum, apud Ludouicum Patrem, olim Aulæ potentem, ex veteri in eum odio interficit. huius necem Vuillelmus Filius Sarracenorum auxilio fultus, egregiè vltus est, Caroli ditionibus ferro, ac flamma vastatis.

Raminus Hisp. Rex Exin' Ramirus Hispaniæ Rex religiosissimus, qui Alfonso Casto in Galleciæ Regnũ successerat; Iacobi Apostoli specie insomnis oblata, insignem de Sarracenis victoriã retulit. eo prælio Apostolus, ex equo candido vexillum

lum rubenti cruce coruscũ præferens, ciere pugnam visus, animos, viresque Hispanis militibus addidit. eam post victoriam, ex voto antea nuncupato, Prouinciam Rex Pius Apostolo vecti. galem fecit. Porrò ex conspicuo eius vexillo sub ipsius patrocinio institutum militarem Ordinem ortum habuisse quidam autumant. *S. Iacobus in pugna visus.* *Ordo S. Iacobi.*

Chri. Ann. 845. Quadriennio fere à sacrarum Imaginum cultu apud Orientẽ restituto, SS. Nicephori Patriarchæ, ac Theodori Studitæ reliquiæ, ex loco exilij, vbi decesserant, Byzantium solemni pompa transferuntur, vt corpore quoque triumphum in terris agerent, qui iam animis in cælo triumpharent.

Curop. Cedr. Bulgarorũ Regi Bogari Bellum indicenti virilis animi Augusta denunciauit, se met obuiam prodituram, prohindè quid facto opus esset peruideret ipse, cui nec Fœminam vincere glorioſum & à Fœmina vinci turpissimũ futurum esset. Eius scitè dictum, à Barbaro Rege probatum, à belli eum consilijs auertit. quin posteà Rex idẽ domesticis malis afflictatus, opportunè à Sorore monitus, quæ captiua Byzantij cum fuisset, christianis fuerat sacris initiata, christi Fidem cum vniuersa Bulgarorum Gente amplexus est. *Theodoræ scitè dictũ.* *Bulgari Christi fidẽ recipiunt.*

Subindè eadẽ Augusta Manichæos, qui mirum in modum apud Orientem excreuerant, ad rectam fidem traducen-

cendos, aut certe delendos cum susceperet, perficere id non sine turbis, atque adeò non sine bello, potuit.

Eodem fere tempore Nortmanni Caroli Regnum populati, Templorum in primis, ac Cœnobiorum onusti spolijs recedunt. *North mãni.*

Bellouacense interim Concilium, ac subindè Meldense celebratur. huius Canonum editio non nisi sequenti anno, ex Parisiensis Synodi decreto, facta est. *Synod. duplex*

Diuina factum prouidentia videtur, vt, hoc ipso tempore, quo Barbarorũ incursionibus Monasterijs direptis, dilapsisque Monachis, Monastica ipsa disciplina pessum ierat, venerandi S. Mauri inuentione corporis, ac percelebri translatione, restitueretur.

Sarracenorũ excursiones.

Subit annus sæculi huius sextus, ac quadragesimus, quo Sarraceni ex Africa in Latium, atq. Etruriam classe delati, vtraque cum Prouincia, ipsa Principum Apostolorum suburbana Templa diripiunt. id ne in Cassinense quoque Cœnobium patrarent, torrentis insperata illuuie inhibiti sunt. onusti dein preda, Africam repetentes, coorta maris tempestate, cum preda pariter obruuntur. Chri. Ann. 846.

Sergij PP obitus.

His haud diu superstes Sergius Pontifex, tertio vix Põtificatus anno exacto, moritur. cui eadem omnino die Leo hoc nomine IV. subrogatur, qui Apo- Chri. Ann. 847. *Anast. in Serg & Leo.*

Leo IV succedit.

Apostolorum statim rempla Barbarorum, vt diximus, incursione direpta, magni precij donarijs attributis, splendori pristino restituit,

Eius miracula.

Hoc eodem iuiti Pontificatus anno primo pestiferum in Vrbe enatum Regulum, ex quo genere à Græcis Basiliſci appellantur, fusis ad Deum precibus, aut confeciſſe, aut fugaſſe dicitur; tum excitatum in Vico Saxonum incendium, ex quo periculum Apostolorum Principis Templo imminebat, crucis signo diuinitus repreſsiſſe.

Rabanus.

tom. 3. Cõcil. Rabanus interim Moguntiæ Antistes consecratus, Synodum eadem in Vrbe cogit, non aliã, vt ex Actis constat, ob causam, quam, vt rerum Ecclesiasticarum inuasores coercerentur. quo pariter argumẽto Synodalis, ad Ludouicum Regem, extat Epistola.

Synod. Mogũtia.

Adilulfus Angl. Rex. B Petri vectigalis.

Leonis Pontificis sanctitatis fama Adilulfum apud Angliam Regem Romam exciuit; quò post quam peruenit, Inæ atque Offæ Regum exemplo, suam, & ipse, Ditionem B. Petri vectigalem fecit.

Chri. Ann. 848. *sup. ad ã.* 829.

Altero Pontificatus anno Leo, quò Apostolorum Principis Templum tutum deinceps esset à Barbaris, mœnibus, quorũ Gregorius IV. antea iecerat fundamenta, circumdare instituit, opusque maximum sumptu à Lothario quoque, ac Fratribus suppeditato, quadriennio perficit: exindè, additamen-

Vrbs Leonina. mentum illud, Vrbs Leonina est appellatum.

Synod. Magũtia. Maguntiæ iterum Synodus à Rabano cogitur, Ludouico Rege adnitẽte, qui non interfuit modò, sed Legatos quoque Fratrum, Northmannorum, Sclauorumque ibidem audiuit. damnatus insuper in ea est Gotheſcalchus quidam Rhemensis Præsbiter, qui, edito libello de Prædestinatione Dei, absurda multa euulgauerat. cęterũ quod ad suum Antistitem Hincmarum redire sit iussus, huic diu, multumque insudandum fuit in vesano homine, non verbis modo sed luculentis quoque scriptis redarguendo.

Gotescalchus.

ãnal. Frãc.

Frod. l. 3. c. 14.

Dũ operis superiori anno cepti molitioni Leo Pontifex insistit, de valida Sarracenorum classe ex Africa soluente accepto nuncio, noua illi impensa opus fuit ad vetera instauranda moenia, ac militum præsidia comparanda. geminam ad hæc Turrim, quà Tiberis ex Vrbe effluit, vtraque in ripa excitauit, ac valida iunxit catena. tum verò Vrbis præsidio tutiori Sanctorum corpora, è Suburbanis Cœmeterijs eruta, in eam solemni pompa intulit.

Chri. Ann. 849. *Anast.*

Sarraceni victi.

Murorũ opera.

Subindè Sarraceni in Romanum littus delati, excẽsum dum parant, à Romanis, ac alijs, qui subsidio his venerant, victi, cæsique, aut fluctibus mersi, non periculo modò Vrbem exemere, sed captiuis in eam multis, post victo-

riam,

riam, illatis, lætitia maxima affecere, spectaculo id fuit Romanis ciuibus iucundissimo, dum Barbaros in catenis nouis moenibus cõstruendis insudantes cernerent, quos nuper præda indè onustos recedentes viderant. quod ipsum nobis spectantibus hisce temporibus vsu venit, cum, parta à fœderatis Christianis Principibus memorabili ad Echinadas victoria, Sarracenorum Soboles Turcæ cladi superstites Romam adducti, ijsdem Leoninæ Vrbis mœnibus remoliendis, catenati pariter operam nauarunt.

ri inseruiunt.

Idem Turcæ præstãt

Chri. Ann. 850. *Eulog. lib.* 1. *Moral l.* 13. *c.* 52.

Christi Redemptoris anno octingentesimo, ac quinquagesimo Martyribus Cordubensibus Hispania illustratur, quorum certamina Eulogius Presbyter, qui eos postea sequutus est, luculento, quod extat, Commentario est prosequutus.

Martyres Cordubẽses.

Quo tempore eàdem in Hispania inclitus Galleciæ Rex Ramirus, diem obijt extremum Ordonio Filio Regni hærede relicto.

ãnal. Frãc.

At Nortmanni Galliam, ex instituto, inuadentes, Carolum Regem eò adegerunt, vt Regni patrem illam eis incolendã tradere coactus sit, quæ Northmannia postea, seu Normandia est appellata. sic degener à Maiorum pietate Carolus, à virtute quoque bellica degenerauit, & dum Ecclesiarum inuadit bona, amittit sua.

North manĩ Galliã incolẽdã accipiũt.

Ludo-

Ludouicus etiam Frater, qui apud Germaniam regnabat, bello hoc tempore à Boemis appetitus, vincitur.

Dum Ludouicus alter Lotarij Filius, Beneuentum à Sarracenorũ armis eximit, atque Italia eos pellit; eisdem interim Barbaris institutam superiori anno in Christianos Cordubenses carnificinam prosequentibus. Chri. Ann. 851. *Ado. Ven. Leo Ost.*

Corsi. Romã aufugiunt. Per idem tempus, qui Corsicam in. colebant Insulam Sarracenorum incursionibus obnoxij, Romam magno numero confugerant. his Leo Pontifex ad Romanum Portum agros, atq. ædes attribuit, qua accessione Portuensis Ciuitas frequentior tũ reddita est, Nec ita multò post eadẽ ex causa, profugis ex Sardinia Incolis, trigesimo ab Vrbe lapide Ager est traditus, qui Sardorum Vicus appellatus est. Chri. Ann. 852. *Anast.*

Item Sardi.

At Carolus Pipini Fratris Filios Pipinum, ac Carolum paterni Regni fines proferre molientes, insidijs captatos, Monasterio claudit; tum Synodum Suessione cogit, cuius cũ extent Acta, ad ea remittendũ Lectorem duximus. *Annal. Frãc.*

Synod. suessione.

A Leone quoque Synodus Romæ cogitur Episcoporum amplius LX. ad quã Lotharij, ac Ludouici Aug. Legati conuenere. *ex ea multa Author huc profert; qui, & fabulam huc loco posti alios explodit de Ioanna Pseudopontifice, Monstrumque, Scriptorum leuita-te, efformatum, Nouatorum porrò industria* Chri. Ann. 853.

Synod. Roma.

Fabula de Ioãna Papiſſa.

dustria faleratum, egregiè conficit; vt nullus deinceps dubitandi, his vero exultandi, locus reliquus videatur.

Chri. Ann. 854. Vrbis moenibus, vt diximus, instauratis, nouisq. extructis, operosus Pontifex magnæ molis opus aliud aggreditur. quadraginta ferè ante annos Vrbs maritima Centũcellensis diruta à Sarracenis fuerat; hanc ipsam ita remoliri statuit, vt opportuniori loco procul indè passuũ millibus fere duodecim extueretur. quod, præbente sumptus Pontifice, confluentibus, qui in montes, ac Syluas recesserant, accolis, celerrimè peractum est. *Cẽtũcellæ.*

Eccl. l. 3. c. 12 Gliscente apud Hispaniam Sarracenorum in Christiannos persequutione, martyrium hoc anno subit Cordubæ Abundius Præsbyter. *Abũd. Mart.*

Ciuili tum bello inter Northmannos conflato, Gens misere ipsam se confecit, Regia quoque stirpe, puerulo tantum superstite, excisa.

Hoc eodem anno Ignatius Patriarcha, qui Metodio successerat Synodũ Byzantij cogit, in qua Gregorium Siracusanum Antistitem damnat, eiusq. damnationem ratam à Leone haberi, per legatos petit. qua ex re, Gregorio vtrumque tribunal contemnente, dirum in Ecclesia schisma cõflatum est, vt suo loco dicturi sumus. *Synod. Byzãtij.*

Curop. Cedr. & Zonar. Excesserat ex ephebis Michael Imperator Matreque, ac Tutoribus, per *Mich. Imp. nequi-*

Bar- *tia,*

Bardam Auunculum, regimine amotis, nequitiæ totum se dederat. ergo ob illius mores perditissimos politicus æquè, ac Sacer rerum status perturbari est ceptus.

Synod. duplex Synodus hoc tempore Valentiæ apud Galliam cogitur. nec ita multo post apud Ticinum Cisalpini Episcopi conueniunt. Ad hęc Ludouicus Lotharij Fil. qui in Italia imperitabat, Romam pergit, discussaque inibi Gratiani causa, qui, Vrbis Præfecturam cum gereret, defectionis ad Græcos falsò accusatus fuerat, statim indè recedit. nec diù superstes Leo fuit; defunctus est autem XVI. Kal. Augusti, qua die annua eius memoria celebratur. præclara illius opera præter ea, quæ relata à nobis sunt, decretaque edita, ac collata Templis donaria, Anastasius recenset.

Chri. Ann. 855. *to. 2 Conc. edit. Ven.*

Lud. Imp. Romæ.

Leonis PP. obitus.

Mar. tyrol. 17. Iul.

Bened III. succedit. Leoni non sinè Schismate, ac turbis indè maximis exortis, Benedictus, tertius, hoc nomine, Successor datur.

Lotharius Imp. Monachus. At Lotharius anno à Patris obitu XV. rerum humanarum pertæsus, Imperio sese abdicat, comaque deposita in Prumiacensi Monasterio Deo se dicat, deposito clarior Imperio, quàm gesto hæreditas porrò ita in Filios diuisa est. Imperium cum Italiæ Regno Ludouico stirpis maximo mansit: Carolo prouincia, ac Burgundiæ pars, Lotharingia Lothario Burgundia reliqua, atque

Regin. & alij

Lotharingia unde.

Au-

Austrasia cessit, quam ab eo quidam Lotaringiam deinceps dictam tradũt. nec diu superstes Lotarius Aug. fuit, hoc eodem anno, eo ipso in Monasterio vita functus. *Lotharij Imper. obitus.*

Chri. Ann. 856. Benedicti Pontificatus exordia Tiberis exundatio maxima, ac vulgaris, post eam, lues funestarunt. *Tiberis inundatio.*

Anast. Per idẽ tẽpus Michael Imp. veteri ex more, Legatos ad nouum Pontificem mittit vna cum magni præcij donarjs in D. Petri Basilicam inferendis.

Lazorum insuper Rex, Regno abdicato, Romam veniens, præciosa & ipse munera eidem obtulit Templo. *Lazorũ Rex*

Nic. PP. ep. 6. et 10 At verò Ignatius, qui Gregorij Siracusani Episcopi depositionem à Leone probari expetierat, certior de Benedicti successione factus, Synodi hac de re Acta ad eum mittit, quibus ille excussis, latam aduersus Gregorium, qui tum Romæ erat, sententiam ratam habuit.

Lupus quoq. Ferrarienſis apud Galliam Abbas magnæ Vir existimationis, tum suo, tum Senonensis Episcopi nomine, sub cuius erat Diœcesi, literas ad Benedictũ dedit, *quæ, dignæ Annalibus, ab Authore hic recitantur.* Cordubẽsis porrò Ciuitas nouos Ecclesię subindè Martires dedit. Rabanus quoque Archiep. Moguntinus decessit, Vir omni doctrinæ genere exculti ssimus. Rabano successor datus est Carolus, *Eulog l. 3. c. 15. ãnal. Frãc.* *Martyres Cordubẽses.*

rolus, à quo Synodus Moguntiæ statim cogitur, cuius tamen acta exciderunt.

Caroli quoque Regis iussu conuentus cogitur apud S. Quintinum ad stabiliendam inter ipsum, ac Lotharij Fratris Filios, si fas, perpetuò mansuram concordiam.

Etelul fi legatũ Rõ. Eccl. Contigit hoc anno Eteluulfi Regis, apud Angliam, obitus, qui condito testamento CCC. annuas denariorum *Mancusas* Rom. Ecclesiæ legauit. harum centum ad consuetas Pontificis Eleemosinas augendas: reliquas ad oleum, pro Lycnis in Principis Apostolorum Templo accendi solitis, comparandum, impendi voluit. *Matt. VVest.*

Bened PP. obitus. Tertio Pontificatus anno non dum exacto, moritur Benedictus, Romæ cum esset Ludouicus Aug. qui & Successoris consecrationi interfuit. Is fuit Nicolaus, qui, onus detrectans, eaque de causa delitescens, Populi concursu, e latebris, Pontificalem in sedem inuitus rapitur. Chri. Ann. 858. *Anast.*

Nicol. succedit.

Regũ Gall. dissidium. Carolo Regni curæ indormiscente, subditi eidẽ Populi Ludouici Fratris Germaniæ Regis implorare opẽ coacti sunt. porrò Is non tam supplicum charitate, quam propagandi Regni studio arma in Fratrem, nequaquam lacessitus, mouet. at Carolus imparem se viribus cernens, à suis se copijs, quas in Northmannos hoc ipso tempore conscripserat, fuga subducit. *ãnal. Frãc.*

eius

eius tum Milites ita deſtituti, ad Ludouicum deficiunt. actum erat de Caroli Regno, ni Frater, ſuorum audita apud Germaniam defectione, eò ſe recipere coactus fuiſſet. at non idcirco ſolutus metu Carolus apud Auguſtum Nepotem, ac Nicolaum Pontificem de Ludouici Fratris iniuria expoſtulãs, vtrumque permouit, vt, datis ad eum literis, officij illum, ac fraternæ pietatis admonerent. his acceptis, alijſque à Galliæ quoque Epiſcopis liberrimè ſcriptis, Ludouicus Ottonem Fuldenſem Abbatem in Italiam legat, & apologeticas ad ambos literas, tum ad Galliæ Epiſcopos reddit.

Nicol. PP ep. 5. Dum hæc apud Occidentem peraguntur Ignatius ſanctiſſimus Byzantij, Antiſtes Bardæ, quem diximus, Auguſti Auunculi potentia ſede deijcitur, Photius Eunucus, homo laicus euehitur, ex quo funeſtæ admodum Tragædiæ initium eſt factum. *Ignat. deijcitur.* *Phot. aſſumitur.*

Chri. Ann. 859. Anno ab inſtituta à Sarracenis in Hiſpania aduerſus Chriſtianos perſecutione, nono, Magnus Chriſti Pręco, ac Mahometanæ impietatis debellator Martirum Promotor Eulogius, Martyrium ipſe conſequitur. *s. Eulogius M*

ãnal. Frãc. Eodem anno Ludouicus German. Rex, qui VVormatiam receſſerat, pacem cum Carolo Fratre, ac Lothario Nepote initurus, in Rheni Inſulam, ex condicto, venit, eoſque inibi in collo-

Synod. Tullē-sis. quium admittit. Regibus porrò inde recedentibus, Synodus apud Tullum cogitur, ex duodecim Galliæ Prouincijs, quæ generalis idcirco est appellata. *eius Acta non antea impressa ab Authore hìc relata, ex eo pete.* Illud memoratu dignum eodem hoc tempore, ex huius Concilij decreto, apud Galliam, Byzantij verò Bardæ qui iam Cæsar erat, opera sancitū fuisse constat, vt, qui sacras, profanasque literas docerent Magistri vndique conquirerentur. inter eos, qui Philosophiā Byzantij tum docuerint, fama celebrem fuisse peribēt Leonem Ioannis Patriarchæ, ex Fratre Nepotem, huius Præceptor fuisse traditur Michael Psellus, cuius oratio extat in Metaphrastis laudem haud ita pridem vita functi, ex quibus, qua hi ætatæ vixerint, quod incompertum videbatur, licet agnoscere. porro aliorum opera factum existimandum est, vt inter Sanctorum Vitas à Metaphraste collectas, illorum quædam legantur, quos post hæc tempora vixisse constat.

Curop.

Schola aperta

Psell. Metaphrastes.

Apud Sur 27 Nou.

Schisma Byzātij. Cum ex Ignatij, quam diximus, depositione dirū schisma conflatū esset, Photius studentium sibi Episcoporum Conciliabulo indicto, ab eo ententiā in Ignatium ferri curat nec tantum iure pulsum, sed Anathemate quoq. dignum pronunciari. ad hæc Legatos ad Nicolaum Romam mittit ipse, & mit-

Nicet. in Ign. Nic. PP ep. 1. & seqq.

ti quoque ab Augusto curat, per quos Nicolai vicissim Legatos exciret Byzantium, eorumque opera schisma vtcumq. componeret, ac se quod vnum in votis erat, Pontificali in sede stabiliret.

Chri. Ann. 860. Legati haud ægrè à Nicolao, rerum adhuc ignaro, impetrati sunt. cæterũ nec Photius interim, causa non dum cognita, in communionem receptus, nec Ignatius, quantumuis à Conciliabulo damnatus, exclusus ab ea est, Legatique de causa cognoscere, nihil tamẽ definire iussi. vetiti insuper Photium quasi legitimũ Patriarchã agnoscere, quo factum, vt minus pro dignitate recepti sint, atque habiti; tũ verò nec libere loqui permissum eis est, tribus amplius mensibus sub custodia habitis.

Pax inter Reg. Frãc.

Sancita hoc demum anno pax est inter Ludouicum, ac Carolũ Fratres, eorumque ex Lothario Nepotes Ludouicum, Lotharium, ac Carolum. *eius concordiæ Acta ex scriptis manu eodicibus Author hìc recitat.* Cæterũ Carolum Seniorem cognomẽto Caluum conuentis tum pactis haud stetisse, Ludouici Fratris, ac Lotharij querelæ ad Nicolaum Pontificem docẽt; *quas non antea impressas, hìc pariter* Anast. *apud Authorem habes.* Hoc eodem anno sub exitum Octobris, mox Decembris, bis Tiberis illuuie Vrbs mer- *Tiber. illuuies duplex.*

sa est magno Ciuium incommodo.

Photius interim, rebus suis haud satis consultum reputans, maiori, quã antea, nisu, Synodum Byzantij cogit, sacrarum Imaginum causam agendam in specie edicens. conuenere vndiq. Augusti iussu Episcopi frequentissimi, vt, quod postea gloriati sunt, Nicenorum sub Constantino Patrum numerum æquarent. hìc, quod primum, aut vnum petebatur, Ignatius euocatus crudeliter diu, ac contumeliosè habitus, solemni ritu, per sacrorum indumentorum detractationem, gradu mouetur: Photius legitimus Patriarcha acclamatur. consensere in hæc, contra præscriptam à Nicolao regulam, quà blanditijs, quà minis adacti, ipsius Legati; qua de re post modum, Romam reuersi, Episcoporum, qui aderant, ac totius Romani Cleri Conuentu habito, publicè increpiti, & vti præuaricatores damnati sunt, in quo Photius quoq. ac Gregorius Siracusanus damnantur.

Chri. Ann. 861. *Anast. d. præf. Nicol. PP. ep.* 5.

Legati Ap. præuaricantur.

Antequam hæc, quæ ad sequentem annum spectant, statuerentur. Synodus à Nicolao apud Lateranum cogitur, aduersus Ioannem Antistitem Rauennatẽ, qui ab vniuersa Prouincia sæuæ tyrannidis accusabatur. tantusq. fuit Populorum clamor, vt Nicolaus ipse Rauennã proficisci coactus sit. Ioannes tum Ludouici Aug. opem implo-

Anast. in Nic.

Nicol. Rauẽnam.

ratu-

raturus Ticinũ se cõtulit. mira res: Ticinensis Episcopus Luithardus, ac ciues, ita hominem, quem à Rom. Pontifice excommunicatũ audierant, auersati sunt, vt nemo illũ recipere hospitio, aut necessaria ei venũdare auderet atq. adeo Augustus ipse, audire illũ dedignatus, per internunciũ monuit ne ei se subijcere detrectaret, cui, & ipse Augustus & Christianus sese Orbis vniuersus prosterneret. coactus itaq. Ioannes est Nicolaum adire, præscriptasque ab eo leges recipere. *Ticinẽsio religio.*

Roder. Tol. l. 4. c. 16 Ordonio Gallecię Rege vita functo, Alfonsus Filius regnum capessit, qui Magni nomen non pietatis minus, quã bellicæ virtutis iure adeptus est. *Ordõ. obitus. Alfon. magn.*

Chri. Ann. 862. Incendio interea maximo Sophiæ Templum Byzantij augustissimum crematum est, quo & viciniores Templo ædes correptæ, maximo Ciuium luctu absumptæ sunt. terræmotu dein' clades aucta est, quam in vltionem scelerum diuinitus immissam nemo inficiabatur. ea sanè erat Augusti impietas, vt ludicris effusè deditus, rebus in primis sacris, per contemptum imitandis, nefariè oblectaretur. itaq. & Theophilũ Scurram Patriarcham agere, & sacris indutam vestibus histrionum familiam ducere iubebat, Vrbe vniuersa inspectante, simulque impietatẽ Principis, Photij ignauiam, atque assentationem detestante. Leo interim V. C. *Incendiũ Byzantij*

Michaelis impietas.

Legatus ab Augusto ad Nicolaũ missus, Romæ cum hyemasset, Byzantium reuertitur, Pontificis literas, *quæ hic recitantur*, ad Augustum ipsum, ac Photium Sacrorum Principe dignas, secum deferens. *Anast. Nicol. PP. ep. 4. & seq.*

Synod. Roma. Theopaschit. Ad hæc Romæ Synodus cogitur aduersus *Theopaschitarum* hæresim repullulantem, eorum qui diuinitatem quoq Christi in Cruce passam impiè docerent.

Lotharij facinus. Nouæ interim apud Galliam Tragœdiæ paratur argumentum. Lotharius post legitimas Theutbergæ nuptias, Vualdradæ amore percitus, hanc quoquo modo nouo sibi Matrimonio iungere omni ope studens, egregios assentatores Regni Episcopos aliquot nactus, Conciliabulum ex His cogit Aquisgrani, *cuius Acta, non antea impressa, apud Authorem hic habes, de quibus, deque perplexa admodum totius veluti fabulæ actione, ipsum consulere operæ pretium est.*

Nicolai cura. At Nicolaus Pontifex, hinc Franciæ Regum diffidijs, ac vesano amore, atque ausu, illinc Græci Augusti improbitate permotus, ac veluti in maris æstu inter symplegades deprehensus, Petri Nauiculæ ita clauum est moderatus, ac si in summa ageret rerum omniũ tranquillitate, quod innumeræ eius vltrò, citroque datæ Epistolæ, celebres hoc tempore institutę Legationes, Chri. Ann. 863. 864. 865.

nes, Conuentus frequenter habiti, abundè docent.

Chri. Ann. 866. *Anast. Nic. ep. 8.* Dum Michael Aug in Rom. Pontificem, ab eo iam auersus, acrius inuehitur, (nam acerbiores quoque ad eum literas dedit) Michael alter Bulgarorum Rex honorifica illum legatione supplex adit, & quam Græci despiciunt Rom. Sedem, longè dissiti Barbari venerantur. exceptis Legatis Pontifex, suos vicissim ipse destinat, qui fidei simul Præcones essent. insuper prolixioribus ad Regem literis, cētum amplius consultationis eius capitibus respondet. tum conciliandi sibi rebellis Filij Michaelis Aug. spe nequaquam abiecta, noua eum legatione ad meliorē frugem reuocate conatur, literis, non ad illum tantum, sed ad Eudoxiam quoque Coniugem, ac Theodoram Matrem, datis: (hæc Monasterio, vt diximus, clausa, haud diu superuixit) &, ne quid intentatum relinqueret, alijs quoque ad Ignatium legitimum Patriarcham, denique ad præcipuos Senatores additis. *Mich. Bulg. Rex.*

Regin. Leo Ost. l. 5. c. 37. Hoc eodem anno Ludouicus Imp. magno comparato exercitu, Lotharioque quoque suppetias ferente, Sarracenos, qui Apuliam iam insederant, quique ex Africa subindè, veluti subsidio, veniebant, aggressus, clade maxima affecit: Capuam eorum partibus studentem, Vrbem magna *Lud. Imp. in Saracenos.*

ex parte, vi captam, delet.

dupl. Synod. Per idem tempus Suessionense Concilium est habitum Nicolao Pontifice indicente. nec ità multo post, illius veluti Appendix, Trecense.

Quo tempore qui ad Bulgaros perueuerant Sedis Apóst. Legati, à Rege, ac Gente benignè excepti, atque habiti, vberrimi cum spe prouentus, Dei uerbum disseminabant. at qui Byzantium pergere iussi fuerant, a limitaneis militibus inhibiti, Romam indè regredi coacti sunt. Chri. Ann. 867. *Anast.*

Bardæ cædes. Michael interim Augustus Bardæ Cæsaris potentiam suspectam habens, quod iam tyrannidem meditari videretur, per Basilium Præfectum cubiculi eùm obtruncat: Basilium ipsum Cæsarem appellat Virum æquè probum, ac fortem. Is Augustum indigna Principe in dies magis, ac magis agere cum animaduerterer (qua erat morum seueritate) obiurgare illum haud veritus, eius offensionem incurrit; itaque dementissimus Princeps collatum Basilio Imperium abrogaturus, Basiliscũ quemdam Regij Dromonis remigem, purpura indutum, Collegam assumit. *Nicet. in Ign. Curop. Cedr. Glic.*

Basil. Cæsar

Michael. demẽtia.

Caditur à Basilio

Basilius tum facinus anticipandum ratus, Michaelem à cæna temulentum iugulat, ac liberum Imperij regimen vindicat. nec moratus, Ignatio sanctissimo Patriarcha restituto, Photium Monasterio claudit, de quo & Nicolaum

Basil. Imp.

lati Pontif certiorē reddit, ipsumq. de Ecclesiæ rebus cōponendis per Legatos consulit, à quibus Ignatij quoq. literę Romā perlatę sūt. porrò Zonaras, qui longè ab hoc tēpore vixit, contra aliorū sententiam (Schismaticus ipse, Photio Schismatico fauens) illū à Basilio ideo deiectum tradit, quod ipsum Augustū, cæde cruentū, ante expiationem, incruentæ victimæ participem facere noluerit, atq. adeò parricidam appellatū, templi aditu arcendū censuerit. at non erat eo zelo præditus turpis Assentator, vt nouo statim Augusto ita obsisteret. Ambrosij ista, sunt, non Photij, qui se à Mimo quoque traduci, vt dementi Principi morem gereret, turpissimè est passus.

Zonaræ mēdacium.

Non dum ad Catastrophen venerat Theutbergæ Lotharij Coniugis Tragædia. itaque anno cæptæ calamitatis quinto, Viri minis adacta, scribere ad Nicolaum Pontificem cogitur, sponte se Regiæ dignitati cedere, & liberum Pellici thorum relinquere. cæterum Nicolaus, id, quod erat, suspicatus, literis actutū redditis, bono eā animo esse iubet, ac mortem potius subire, quam suæ ipsius, ac Viri animæ dispendium facere. tum ad Lotharium ipsum, ac Patruos scribit, omnemque mouet lapidem, quo scandalum huiusmodi, ac scelus auertat. itaq. Lotharius Pontificis denunciatione,

Theutbergæ infœlicitas.

ep. 48. et seqq

ac Patruorm minis territus, vt non omnino resipiscit, ita Romam se actutum profecturum pollicetur; quod tamen ante expulsam à se Pellicem ne perficeret Nicolaus Pontifex seuerius denunciauit.

S. Clē. PP. reliquiæ. Hoc eodem anno Clementis Papæ, ac Martyris sacræ reliquiæ Chersona Romam trāslatæ sunt, quibus receptis, ac honorificè conditis, Nicolaus ipse moritur, Pontificatus anno decimo. huic sublegitur Hadrianus hoc nomine II. cæterum dum eius consecratio omnium ordinum studio plausuque peragitur; Lambertus Dux Spoletanus infesto agmine Romam delatus, dittorum domos, ac Monasteria hostiliter diripit, nemine, vt in re trepida, obsistere audente. eam ob causam impius Tyrannus non excommunicatus modo ab Hadriano est, sed Principatu quoque Lud. Augusti opera, deiectus.

Nicol. PP. obitus.

Hadrian. II.

Läber.

At Lotharius certior de Hadriani electione factus, datis ad eum literis, quod ab Anteceſſore nequiuerat, veniendi Romam facultatem ab eo impetrauit.

Cōstān. Basil. fil. Subindè Basilius firmando magis Imperio Constantinum Filium Collegam assumit. Chri. Ann. 868.

At verò Hadrianus alteram ad Bulgaros Legationem ab anteceſſore institutam mittit, tum alia complura, ex illius destinatione, exequitur. verùm enim

enim verò cum Episcopos nō nullos, ab eo depositos, restituisset, Valdradā quoq. Lotarij Pellicem pœnitentiam simulantem Ludouico Aug. deprecante recipiendam censuisset, multorum odium incurrit; adeò, ad iustitiæ famam comparandam, seueritas lenitati præstat.

Legati interim à Basilio missi Romam perueniunt, nec ita multò post Lotharius adfuit, quem Pontifex benigne exceptum, ita demum se in gratiam, atque Ecclesiæ communionem recepturum pollicetur, si ipse vicissim sponderet præstiturum se, quæ pollicitus Nicolao fuisset. annuentem in Principis Apostolorum Templum adducit, peractoque inibi sacro, ad diuinam illum mensam inuitat. tum christi corpore, ac sanguine accepto; (libet Reginonis verba afferre) *si innoxium*, inquit, *te agnoscis à prohibito tibi, atque interdicto à Nicolao adulterij scelere, & hoc fixa mente statutum habes, vt numquam diebus vitæ tuæ Vualdradæ Pellicis, dudum à te repudiatæ, miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & sacramentum salutis æternæ tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe; sin autem tua conscientia te accusat, teq. lethali vulnere sauciatum proclamat, aut iterum redire mente disponis ad mœchiæ volutabrum, nequaquam sumere*

Lotharius Roma.

Hadriani ad iuratio.

mere presumas, ne fortè ad iudicium, & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia; qui mente captus, obduratus, & obcœcatus absque retractatione communionem corporis, & sanguinis Domini de manu Pontificis sumpsit. Pergit Author. *Deinde conuersus idem Præsul ad sequaces, & fautores Regis, vnicuique communionem obtulit in hac verba. Si Domino, ac Regi tuo, in obiecto adulterij crimine, fauorem non præstitisti, neque consensum tribuisti, & Vualdradæ, & alijs ab hac Sede Apostolica excommunicatis, non communicasti, Corpus & Sanguis D. N. Iesu Christi, prosit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis se læsum sciens, ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino Iudicio percussus ab hac luce subtractus est antequam subsequentis anni rediret principium, perpauci, qui se à communione subtraxerunt, mortis periculum euaserunt. porrò Lotharius, Roma egressus, morbo corripitur, & Placentiã perueniens diem clausit extremum.*

Lotharij obitus.

Hadrianus, audita Lotharij morte, vt Regnum Ludouico Aug. Fratri legitimo hæredi à Patruorum armis seruaret, omni ope, licet incassum, laborauit, Regni Proceribus ad Carolum deficientibus.

Ad

Chri. Ann. 869. *Anaſt. Synod. VIII. Act. 1.*

Ad hæc ſanctus Pontifex animum ad res Orientales adijciens celebrandæ ibidem Synodo Oecumenicæ, Legatos Byzantium mittit, datis hac de re ad Baſilium, atque Ignatium literis, quæ ante ipſus Synodi Acta adhuc leguntur. profecti vna cum ipſius Baſilij, quos diximus, Legatis, exceptique ſunt præcipuis Aulæ Proceribus, Auguſti iuſſu obuiam prodeuntibus, Populo autem, ac Clero accenſis cæreis deducentibus. accedentes porrò ad ſe Auguſtus ipſe amplexus eſt, ipſoſq. atque Hadriani literas exoſculatus, tũ ad Patriarcham Ignatium ire, collataq. cum eo opera, ac ſtudio, quæ ad futuram Synodum cogendam ſpectare viderentur, curare, pro iniuncto ſibi munere iuſſi ſunt. coacti deinceps ex vniuerſis Orientalis Imperij Eccleſijs Patres non ante Octobris menſem Byzantij fuere; quo tempore Synodus celebrari cepta eſt ſæculi anno vndeſeptuageſimo. Extãt eius Acta, *ab Authore quoq. huc ſummatim allata, ad quæ lectorem reijcimus.* illud nequaquã eſt prætereundũ, quod in ipſius Ignatij Vita Nicetas tradit Epiſcopos ſubſcribentes damnationi Photij in maiorem hominis deteſtationem (quod factum diximus in damnatione Pyrrhi Pſeudopatriarchæ Monotelitæ) ipſo Chriſti ſanguine calamum tinxiſſe. verum nihil hac de re in Actis, quæ integra

Legatis Apoſtolici Byzãtiũ.

VIII. Synod. Oecumenica.

Photij dãnatio Chriſanguine ſubſcriptæ

ſup. ad ã. 648

tegra extare diximus.

Antequam Synodus absolueretur, quæ in sequentem quoq. annũ protracta est, Ludouici Occidentalis Imperij Augusti Legatio Byzantium venit. functus ea est, cum alijs magni nominis Viris, Anastasius Apostolicæ Sedis Bibliotecarius, qui hæc ipsa scriptis prodidit. instituta ea est conciliandis nuptijs. inter Ludouici Filiam, ac Constantinum Basil. Fil. Porrò licet inter vtrumq. Augustũ Fœdus intercederet, multaque essent alterius in alterũ promerita; instructa quoque classe à Basilio in Hadriaticum auxilio Ludouico in Sarracenos missa, Græcis tamen Augusti nomen Latino inuidentibus, eaque de causa, ex Hadriani Epistola Synodo inferenda, verba aliquot, ad Ludouici laudes spectantia, eradentibus; sub ipsam Synodi subscriptionem turbæ maximæ excitatæ sunt, atque egrè tandem compositæ, re ad Sedis Apostolicæ Iudiciũ reiecta, per ipsius Legatos, qui ea demum condicione Synodo subscribere se dixerunt. eodẽ ex inuidiæ fonte alia complura exindè manasse constat, quæ Basilio quoque iusto alioquin Principi, non modo ingrati in Rom. Sedem animi, sed tyrannidis etiam notam inusserunt. nam & Bulgari Rom. Ecclesiæ, quam Matrem, atque Altricem agnoscebant, addictissimi, malis artibus, ab eius, veluti complexu,

Anast. in præf ad VIII. Synod.

Anastasius Legatus.

Græcorũ inuidia.

Turbæ post Synodũ.

Græcorũ artes.

plexu, auulsi. nec defuere qui existimauerint eorumdem Græcorum proditione Legatos Apostolicos Romã redeuntes à Pyratis rebus omnibus, in primis verò originali Actorum Synodi Codice expoliatos, vitæ discrimen adijsse. & actum planæ de legitimis Synodi actis fuisset, ni antea descripta Anastasij diligentia fuissent.

Ad. l. 5 c. 24. Legati interim Sedis Apostolicæ à Bulgaris remeantes Romam perueniunt, Petrum à Michaele Rege ad Hadrianum missum secum ducentes. *Bulgarorum Legatus.*

Hoc eodem anno, Ludouico Augusto expetente, Legatio ab Hadriano ad Carolum decernitur, qua illum, intentato Anathemate, Regnique abrogatione denunciata, Lotharij Ditiones legitimo hæredi iniuria ablatas, vt dimitteret, etiam atque etiam hortatus est. Episcopis quoque Regni hac de re monitis, qui ante ipsum Legatorum in Galliam aduentum, nefaria Metis coacta Synodo, occupati Regni Diademate Carolum, ritè inunctum, coronauerant; quo factum, vt Legatio, minus prò dignitate, recepta sit. quamquam Carolus, Hadrianum vt placatum redderet, neue illum in se conciret, Legatos viciſſim ad eũ misit additis magni præcij donarijs D. Petri Basilicæ inferendis, quæ à Pontifice recepta haud fuisse par est credere.

Gratiora haud dubiè, nec sanè viliora

liora fuere munera hoc ipso tẽpore à
Angl. Rex. Salomone Britanniæ Rege Romam
Rõ. Eccl. Vectigalis. perlata, in quibus annuum quoq. Vectigal fuit. extant pij Regis ad Hadrianum, Hadriani verò ad illum literæ *ab Authore huc allatæ*, eximiam Religiosi Principis pietatem redolentes.

Subit annus sæculi LXX. quo Carolus Ludouici Fratris minis territus, ipsum in malè parti Regni societatem
Hadr. Legatio. adsciscit, quibus per Hadrianum cognitis, noua vtrumq. Legatione admonendum censuit. ea non tam proficua Ludouico Aug. fuit qui Fraternum repetebat Regnum, quam Carolomano, qui à Carolo Patre vinctus sub custodia habebatur, Legatorum opera, Hadriano deprecante, custodia exẽpto. Chri. Ann. 870. *Aï. l. 5 c. 27.*

Sacr. Virginũ facinus. Facinus interim Mulieres apud Angliam edunt haud muliebre. infestam Insulam Pyratæ Dani ex vsu habebãt; ergo in Collingamense delati Monasterium, Sanctimoniales ipsas, cũ preda reliqua, abacturi videbantur. id nè fieret, rem auditu miram Ebba, Virginum moderatrix, excogitauit: Alũnas in concionẽ, vt in re trepida, vocatas, suum ipsius exemplum vt sequantur omnes hortatur; sponsione à singulis certatim accepta, nasum ipsa sibi, superiori cum labro, magno animo, præcidit; tum reliquæ, nihil cunctatæ, hoc ipsum prestant. eo cruore non libidinem tantum Barbarorum extinguunt, *Matth Vuest.*

sed

sed diro spectaculo perterrefactos in fugam vertunt. cæterũ, ne victi à Fœminis viderentur, sub ipsum recessum ignem Monasterio injciunt, quo non illud tantum, sed ipsæ quoque sacræ Virgines deflagrarunt, gratissimum Numini holocaustum.

Eorumdem sæuitia Barbarorũ Eadmũdus Rex eximiæ fortitudinis exemplo edito, martyrij palmam adeptus est. quippè vt Christi fidem abnegaret flagellis primò seruiliter cæsus, dein sagittis confossus, deniq. capite truncatus est: quo cum Humbertus quoq. Helmamensis Episcopus, pari constantia certamen subijt, victorque, eodem veluti curru triumphum egit. *S. Edmũdus Angl. Rex, ss mart.*

Hoc eodem anno, iniri Imperij quarto, Basilius Leonem alterum Filiũ Augustum, tertium verò Alexandrum Cæsarem appellat: Stephanum, qui reliquus illi erat, sacris addicit ministerijs: quatuor insuper Filias Deo consecrat.

sup. ad Ann. 722. 810. Hoc item anno Petrus Siculus (*idem videtur esse, ac qui alibi vocatur Lucas*) vt ipse de se scribit, ad permutandos captiuos Legatione est functus in Tibricam Regionẽ ad Manichæos, qui apud Armeniam, ac Minoris Asiæ partem Christianam Religionem labefactarant. qua Is occasione de eorumdem Manicheorum progressionibus accuratam texit historiam, *P. Siculus.* *Manichæi.*

quam

quam & Bulgarorum Archiepiscopo inscribit, quod audisset ab his illuc profectionem adornari, vt Gentem, ex nefario instituto, subuerterent.

Arnoldus Abb. Lubecensis.

Rursum quod ad res spectat Orientales scribit Arnoldus Abbas Lubecẽsis vidisse se hoc anno, dum in Palestinam peregrinaretur, non longè à Damasco in Sanctimonialium Monasterio D. Virginis imaginem in tabula depictam, vndè oleum, ceu balsamũ, flueret continenter, ex quo, non Christiani tantum, sed Iudæi quoque, ac Sarraceni sumerent, ac præsentis vice medicaminis ad omnis generis morbos vterentur.

Oleũ mirificum.

Nouo subeunte anno Basilius, ac Chri. Filij Auggg. cumq. his Ignatius Patri- Ann.
archa, literis, *quæ hìc recitantur* apud 871.
Hadrianum agunt, vt quæ in Synodo *in fin.*
definita haud fuerant definiat, ac veluti *oct. Sy-*
coronidem illi addat. insuper permit- *nod.*
tat, vt qui promoti à Photio fuissent,
quiq. coactæ ab eo aduersus Nicolaũ
Synodo subscripsissent (quorum maior
esset numerus, quam vt illorum ratio
nulla habenda videretur) recipi in Ec-
clesiam possent. mirum sanè videri po-
test, Græcos his literis tã apertè Rom.
Ecclesiæ Primatum agnouisse. extant
Hadriani quoq. litteræ ad Auggg. atq.
Ignatium redditæ, ad quas Lectorem
reijcimus. *his alias nonnullas à Photio scriptas, quibus eius querela continentur*

Rõ. Eccl. Primatus

nentur Author hìc ſubijcit, quas require.

Quod ad res ſpectat Occidentales Ludouicum Aug. Romam hoc anno iterum acceſſiſſe conſtat, atq. ab Hadriano coronatum, haud dubiè Regni Frãcici, aut Lotharingici corona hęreditario ei iure debita, Italicam namque, ac Auguſtalem iam receperat. Campaniam exinde repetens, Barium quadriennio ferè à ſuis obſeſſum capit. Sub idem tempus Baſilij Legatione, ac literis, quaſi pro imperio admonitus, vt ab Auguſti vſurpatione nominis abſtineret prolixiores ad eum litteras reddidit, *ab Authore hìc relatas*, omnino legendas, in his etenim græca vanitas egregiè refellitur.

Bariũ quadriennio obſeſſum

Chri. Ann. 872. *Aĩ. l. 5 c. 29. Regin. Leo Oſt Herẽb*

Iam vero Hadrianus annum in Pontificatu agens quintum, diem claudit extremum, ſucceſſorem nactus Ioannem hoc nomine VIII. At Baſilius Ludouici literis receptis, dolo ſibi agendum ratus, Aldegiſum Beneuentanum Ducem, in eum ſollicitat. Is igitur, ad Græcos deficiens, diſſimulata nihilominus defectione, Auguſto perſuadet, vt, feſſum diuturno bello militem, dimittat, tum illum, militari præſidio deſtitutum, tumultu exitato, iniectoque ædibus ignè, inſidiarum inſcium capit, captum indigna ſtatim paciſci, ac polliceri iureiurando adigit. porro Deo vindice huiuſmodi

Hadrĩ ani PP obitus. Ioãnes VIII. Baſilĩ artes. Lud. Imp. captus

di famæ, vitæque periculum Ludouicum adijsse Herembertus huius temporis Scriptor testatur, quod captum à se Seodanum Sarracenorum Ducem perditissimum, in fusi ab eo Christiani sanguinis vltionem, non occidisset; quodque Romam, Nicolao Pontifice, delatus, illum, pro merito, non coluisset, à militibus verò Vrbem diripi, Clerum fustibus cædi permisisset.

Athanasius Neap. Episc. Moritur hoc eodem anno Athanasius Sanctissimus Neapolitanus Episcopus. Basilij porrò Legati ad Ludouicum Germaniæ Regem missi, Ratisbonæ illum conueniunt, ac regijs muneribus donant, in quibus salutiferæ Crucis fragmen insigni cristallo contum, fuisse tradunt.

Basilij munera.

Ludouicus interim Augu. Sacramento, vt diximus, ab Aldegiso adactus, liber ab eo dimissus est. cæterum cum illatam iniuriam concoquere haud *Lud. Imp. Roma.* posset, Romam profectus, Conuentu à Ioanne cogi curat, in quo multa de Aldegisi, fraude, ac tyrannide conquestus, Ioannis sententia iureiurando per vim præstito absoluitur. bello dein' Aldegiso denunciato, fugere in Corsicam eum compulit. Chri. Ann. 873. *Leo ost. l. 1. c. 38. Regin.*

Post hæc Ioannes Pontifex Legatos ad Ludouicum Germaniæ Regẽ mittit, per quos ea dissolueret, quæ iureiurãdo firmata ab eo fuerant dum Lotharij Regnum cum Carolo Fratre *An. l. 5* par- *c. 30.*

partitus fuerat. Eodemque tempore Francfordiæ coacta Synodo, Carolus ipsius Ludouici Filius natu minimus, quod Patri insidias moliretur, à malo correptus dæmone, maximum in furorem est actus. Tum verò Ludouicus, in Italiam descendens, Veronam petijt, qua illum in Vrbe Augustus Nepos, ac Ioannes Pontifex præstolabantur. quæ porrò ab his transacta Veronæ fuerint, vbique silentium. illud traditur Ludouico Regi per somnium, visum Ludouicum Pium Genitorem, auditumque hæc verba anxiè proferentem. *Adiuro te per Dominum nostrum Iesum Christum, vt me eripias ab his cruciatibus, in quibus delineor, vt tandem aliquando vitam æternam habere possim.* his porrò auditis, literas ad omnia Regni Monasteria dedisse, orasseque illorum Monachos, vt Patrem precibus apud Deum iuuarent.

Synod. Francfordiæ.

Chri. Ann. 874. *ānal. Frāc.*

Lud. Regis vitio.

Herē- per. de Princ. Beneu

Sarracenorum hoc tempore Classis ex Africa in Campaniam delata, Salernum obsidebat. suburbanum Martyrum Templū Guaiferius illorum Princeps incolendum delegerat, stratum vero ipso in Sacro Altari, contemptus causa, parauerat. ergo dum reluctanti ibidem Virgini stuprum sacrilegus infert, trabe è tecto delapsa, Virgine illæsa, extinguitur. ad miraculi euidentiam probè est cognitum, trabem non ita fuisse collocatam, vt Aræ perpendiculo,

Sarra. Salernū obsident.

Diuina vltio.

diculo, vt vocant, immineret, sed diuina planè virtute in impurum hominem fuisse immissam. Eo casu perculsi Barbari, quamquam nouũ Ducem Abimelecum Eunucum elegerant, obsidionem soluunt, mox à Ludouici Augusti copijs profligantur.

Per idem tempus Danis (qui & Northmanni, hoc est Boreales homines, dicti sunt) Angliam inuadentibus Boerredus Eteluulfi Filius Merciorum Rex fuga elapsus, Romam venit, ibique moritur.

Lud. Aug. obitus. Nec diu superstes Augustus ipse, Mediolani sepultus est vbi illius Epitaphium ad huc legitur. eius obitus, quod absque virili prole decessisset, Patruos Ludouicum, ac Carolum ad Imperij, Regnique Italici certamen accendit. cæterum Carolus Romam delatus Augusti nomen, atq. insignia, Ioanne Pontifice deferente, recipit; Ludouico interim Fratre Galliam inuadente. Chri. Ann. 875.

Carol. Calnus Imper.

Synod. Ticini Ticini dein Synodus cogitur, ipso Ioanne indicente, vbi delatum Carolo Imperium Patrum sententijs confirmatur. res gesta ex Actis, quæ extant petenda est, ex quibus priscus inaugurandi Augustos ritus ediscitur. Chri. Ann. 876.

Synod Põtig. Post hæc, vt ab Episcopis etiam Gallicanis eadẽ omnia firmarentur, Conuentus cogitur Pontigonensis, in quo Ludouici quoque Legati auditi sunnt. *Ann. l. c. 3.*

porrò

porrò cum suos viciſſim Carolus ad Fratrem mitteret, de illius Francfordiæ ſequuta morte certior eſt factus. ergò illius etiam Regnum ſpe improba cũ deuoraſſet, ingenti comparato exercitu, Germaniam inuadit; vindicem tamen Deum expertus eſt, à Ludouico Fratris Filio, poſt pacem impiè illi denegatam, turpiter fuſus, fugatuſque. *Lud. Germ. Reg. obitus.*

Hoc eodem anno Anaſtaſius Bibliothecarius S. Areopagitæ Dioniſij ſcriptam à Methodio Vitam, in latinum ſermonem à ſe tranſlatam, ad eundem Carolum miſit, cuius tamen non niſi nuncupatoria Epiſtola ad nos peruenit. fuiſſe autem Carolum doctorum Virorum hoc tempore alterum Mecenatem, inſcripti eidem ab Erico, Milone, atque Hubaldo Monachis vincta oratione Commentarij docent; quorum Ericus S. Germani res geſtas ſex libris deſcripſit: Milonis Opus, Sobrietatem, Hubaldi, Caluitiem commendat. *Sigeb. de Illuſtr. Script.* *Ericus Milo Hubaldus. Caluitieslaudatur.*

Chri. Ann. 877. Hoc tempore Sarraceni magnis in Italia viribus pollebant. ergò Beneuentani, Neapolitani, atque Amalphitani, redimendæ Barbarorum vexationi, fœdus cum illis ineunt, cui diſſoluendo, literis ad eos datis, Ioãnes Pontifex omni ope, Anathemate quoq. intentato, laborauit: inſuper Traiectum ipſe, Capuæ vicinum Oppidum, vt rem acrius vrgeret, profectus eſt; tum *Io. ep. 30. & ſeq. Aim. l. 5. c. 25.*

quod Barbari in dies magis insolescerent, & iam Sabinum Agrum inuasissent, Carolum Augustum ad ferendam rebus afflictis opem, etiam, atq. etiam hortatus est; quod idem cũ Rachilde Augusta, ac Galliæ Episcopis præstitit

Carol. Imp. in Italiam.

porrò cum audisset Carolum in Italiã descendere, Roma ipse profectus, obuiam est illi factus Vercellis, vbi dum morantur, Carolomanum Ludouici Germaniæ Regis Filium, infesto agmine, Alpes iam transgredi certiores fiũt. cæterum & si Carolomanus, ex Pontificis cum Patruo fœdere, iunctisque, vt putauit, viribus, timore vano concitus, Germaniam inglorius repetijt, Sartacenici haudsecius belli consilium

Caroli Imp. mors.

discussum est, Caroli Augusti morte, veneno, vt creditum, accersita. propinatum autem per occasionem morbi fuisse tradunt à Iudæo Medico Sedecia; documento Christianis quam non turò Iudæis Medicis vitæ salus credatur.

Lud. Balbus Imp.

Paternum non modo Regnum, sed Imperium quoque Ludouicus Filius capessit, cognomento Balbus, quod lingua esset impeditior; huic statim Vgo Lotharij Regis Filius Nothus paternum repetens Regnum, negocium facessit. hunc Ludouicus ad Episcoporum iudicium, qui apud Neustriam conuenerant, delatum, horum sententijs Regno indignum pronunciari,

Frod. l. 3. c. 18.

Ana-

Anathemate percelli curat.

At Ioannes Pontifex, Caroli se auxilio destitutum cernés, reliquos vero Principes, quod tantopere illi studuisset, infensos sibi esse sentiens, Sarracenos ab Vrbis excidio auertere haud aliter se posse censuit quam annui tributi pollicitatione. hoc pacto per summum Christianorum Principum dedecus Italiæ quies fuit redimenda.

Io. ep. 89.

Tributū Sarracenis pēditur.

Chri. Ann. 878. Hoc tempore Basilius Imp. Byzantij Ecclesiam diro schismate laborantem (nam Photio adhuc multi studentes, Ignatij communionem vitabant) componere omni ope studens, iteratis ad Ioannem literis Legatos ab eo mitti impetrauit. functi ea Legatione sunt Paulus Episcopus Anconitanus, atque Eugenius Ostiensis, quibus & illud in mandatis datum, vt Bulgarorum Regem, atq. Ecclesiam inuiserent, quam, Romanæ licet Alumnam eique immediatè, vt loquimur, subiectam, Constantinopolitana, vt diximus, subripuerat. hac sanè de causa Ioannes hoc ipso tempore acres ad Ignatium literas dedit, eique pro imperio iussit, vt intra mẽsem, post eas receptas, Sacrorum inde Ministros, quotquot ipse misisset, reuocaret. eodem quoque argumento ad Michaelem Regem, Græcosque, qui apud eum erant, Episcopos scripsit.

Io. ep. 80. 81.

Frod. l. 3. c. 18.

Epist. 58.

Io. ep. Ignat. dissidium,

Ioannis in Ignatium indignatio,

Photij animum; ad amissam sedem recuperandam erexit: cæterum, quæ, occasione huiusmodi, molitus fuerit, mox referemus Turbæ interim maximæ Romæ sunt ortæ. Lambertus, qui Spoleti imperitabat, Alberto Bonifacij Filio facinoris consorte adscito, instructo agmine in Vrbem delatus, Ioanne in primis custodiæ tradito, Senatum Populumque Rom. in Carolomani Germ. Regis verba iurare compulit. eo autem recedente, Pontifex, custodia emissus, conscensa nauí, Arelatem pergit: ex itinere ad Ludouicum Balbum Aug. ac Ludouicum alterum Carolomani Fratrem Bauariæ Regem, tum ad Episcopos Galliæ, atque Italiæ complures scribit, ac Synodum Trecis habendam indicit, vbi ex condicto Episcopi adfuere. in ea, præter cætera, Ludouicus Balbus solemni ritu inauguratur.

Turbæ Romæ.

Io. PP. capitur.

Carceri eximitur Galliã petit.

Synod. Trecẽsis.

Lud. Balbus coronatur.

Ad hanc vsque Synodum Ado Archiepiscopus Viennensis, quod scripsit, Chronicon perduxisse legitur: Vir sanè insignis, nec doctrina tantũ, sed Sanctitate etiam clarus, Sanctorum numero virtutum merito, adscriptus. cuius, & Martyrologium extat præclarum tanti Viri monumentum.

S. Ado Viennensis.

Photius interim æstu miro in Basilij gratiam receptus, ab exilio Byzantium reuocatur. nouerat Veterator Augusti vanitatem, qua priscæ nobilitatis decus

Photij æstus.

Annal. Fræc. Aim. l. 5. c. 37. Io. ep. 82. & seqq. Nicet. in vit. Ignat. Const. Man.

decus affectabat confictum itaq. compactumq. ex fumosis membranis, atq. antiquis characteribus librum, in Bibliothecam Regiam clanculum inferri curat, tum, quasi casu in ea repertũ, multis inspiciendum tradi. porrò cum ignoti vulgò essent characteres, vnum Photium idoneum futurum Interpretem, doli gnarus, testatur. igitur ad illum liber difertur. Is tum, veluti admirabundus, multa in libro contineri ait, quæ Augusti gloriam, priscamque nobilitatem respiciant, quæ tamen nõ statim vulganda sint, sed ipsi primum, veluti in aurem, ediserenda tanta Augustum cupido incessit ea cognoscendi, vt adduci ad se hominem statim iusserit; miraque ab eo edoctus, per summam ei leuitatem fidem habuerit. *Photius reuocatur.*

Photio, hoc pacto, non in Vrbem modo, sed in Principis quoq. gratiam recepto, ex optato accidit, vt Ignatius haud diu superstes fuerit, siuè id naturæ sponte, siuè accersita Photij artibus morte, contigerit; affirmare hoc sanè posteà non dubitarunt coacti Neocæsareæ Episcopi suis ad Stephanum Romanum Pontificem literis, ex eo Conuentu. datis. *Ignat. obitus.*

Io. Curop. Cedren. Nicet. in Ign.

Eo vita functo Photius haud ægrè in Thronum vndè ante decennium deiectus fuerat, restituitur. *Photius sedẽ recipit.*

Vltus est Basilij leuitatem Deus,

neque enim ita multò post, Constantinus eius Filius natu maximus extinguitur.

Siracusæ interim, vi à Sarracenis captæ excinduntur: Insula reliqua ferro, ac flammæ subijcitur.

Alfõsi pietas. Hoc pariter anno Galleciæ Rex Alfonsus aduersus Sarracenos, ac Northmannos Munitione Oueti excitata, eam non tam militum, quam sacrarum Reliquiarum, quas vndique conquisiuerat, præsidio firmauit.

Gitro Danorũ Rex Eodemque tempore Gitro Danorum Rex, post Angliam fere vniuersam subactam, ab Aelfredo Rege, qui profugus apud adiacentem Angliæ Insulã diutius delituerat, vincitur, obsessusq. ea demum conditione deditus seruatur, si Christianus fieret, quod magno suo, ac suorum bono præstitit. *Ingulf hist. Angl.*

Lud. Balbi Imp. mors. Subindè Ludouicus Aug. altero Imperij anno vix exacto, moritur, Ludouico, ac Carolomano ex priore Coniuge Ansgrada Filijs superstitibus, Carolo vero Postumo, cognomẽto Simplici, ex Adeleide deinde nato. quo cognito Ioannes Põtifex ad noui Augusti, atque Italiæ Regis creationem Synodum Romæ habendam indicit. cæterum siuè ob ancipitem Pontificis animum, siuè ob Competitorum regiæ stirpis numerum, ac merita haud inæqualia, Interregnum ad biennium perductum est. Chri. Ann. 879.

Biẽnij interregnũ.

Hoc

Hoc eodem anno ineunte decreta est à Basilio Aug. Legatio ad Ioannem Pontificem, qua Photij restitutionem ratam ab eo haberi expetijt, & verò etiam maxima cum omnium indignatione, ac scandalo impetrauit. quæ hinc sequuta sint mala, quasque, Ioannis indulgentia fretus, imposturas Photius concinnauerit, *ex his, quæ Author huc congerit* noscere vnusquisque poterit.

Chri. Ann. 880. *Curop.*

Sequenti anno, qui sæculi octuagesimus numeratur, Basilius Sarracenos terra, marique antea fusos, clade maxima, deleta eorum Classe, afficit.

Metho dius Morauiæ Apostol.

Sub idem tempus Methodius Vir sanctissimus Morauiæ Apostolus Romam, Ioannis accitu, venit, fidei, quã ea in Regione promulgauerat rationẽ *ep. 24.* redditurus. extant Ioannis litteræ post illius accessum, ad Morauiæ Principẽ datæ, ex quibus coalescẽtis inibi Christianæ Religionis initia, eiusque Ecclesiæ veluti cunabula agnoscere fas est.

Sub eiusdem anni exitum idem Pontifex Adelbertum Tusciæ Marchionẽ, qui vna, cũ Lamberto Spoletano Duce, tyrannicè grassatus, Romanam inditionem fuerat, patrati sceleris pœnitentia ad meliorem frugem conuersum, absoluit, cuius rei testes Ioannis *epist.* Chri. literæ adhuc leguntur. 258.

Ann. 881. Athanasius Neapolitanus Episcopus

Senioris Athanasij, quo de supra meminimus, ex Gregorio Fratre Nepos; post Gregorium Patrem, ac Sergium Fratrem, politicum quoque Vrbis statum cum imperio administrabat. cæterum qui Fratris tyrannidem detestatus fuerat, eaque de causa plurimum commendatus, regimẽ postea ipse nactus, Tyrannus euaserat, quodque auditu mirum est, fœdere cum Sarracenis inito, vicinarum Vrbium, atque adeo Romę ipsius suburbana plus quam hostiliter diripuerat. ergo à Ioanne sæpius monitus, impium vt fœdus dissolueret, cum fuisset, eaque de causa ipse Pontifex Neapolim incassum accessisset; coacta Romæ Synodo, hoc dedemum Anno Anathemati subiectus est.

sup. ad ã. 872

Lro Ost l. 1. c. 42.

Io. ep. 66. 161. 162.

Athanasij Neap. Episc. Tyrãnis.

Synod. Romæ.

Io. ep. 270. 294.

Sub anni exitum, ipso Christi natali die Carolus cognomento Crassus, qui Ludouici Germaniæ olim Regis Filius fuit, Italiæ Regno per vim potitus, Augusti nomen, atque insignia, Ioanne deferente, Romæ cõsequitur. Non alius Pontifex secundiore vsus Fortuna videri potest, qui vnus tres Augustos initiauit. Sequenti demum anno diem obit extremum, cum annos sedisset omnino decem.

Aim. l. 5. c. 6 Regin.

Carol. Crass. Imp.

Io. PP. obitus.

Chri. Ann. 882.

Post tres, non amplius, dies, Marinus, qui crebris functus Legationibus, rerum vsu præstare cæteris videretur, Pontificatũ adipiscitur. nec ità multò

Mari. succedit.

post

post Augusti Frater Rex Germaniæ
Frod. Ludouicus moritur; ac post illum apud
l. 3. c. Galliam Hincmarus Rhemensium An- *Hinc-*
17. tistes Vir omni doctrinæ genere ex- *marus*
cultissimus.

ãnal. Hoc tempore Northmanni Galliam,
Erãc. ac subinde Belgium populati, Germa-
niam peruadunt, Treuirensem Agrum,
atque inde Vrbem incendunt hos de-
mum Carolus Imp. ingentis pecuniæ,
ac Regiæ Virginis sponsione auertit.
Gisla ea fuit Lotharij olim Regis Filia,
quæ Godefrido eorum Duci nuptui
est tradita; quo matrimonio non ipse
tantum Godefridus, verum etiam Ro-
ricus eiusdem Gentis Regulus, Chri-
stianis initiati sunt sacris.

Per idem tempus insigne admodum *Monaſ-*
S. Vincentij ad Vulturni fontes Cœ- *terij non-*
nobium, Sarracenorum incursione de- *genti*
letum est, qua nongentos ab eis Mo- *marty*
nachos securi percussos Ioannes eius- *res.*
dem monasterij Alumnus tradit.

Chri. At Marinus Rom. Pont. Photio sta-
Ann. tim damnato, alia quoque non nulla
883. Decessoris rescindit Acta, in primis
autem Formosum Portuensem Epi- *Formo-*
scopum, Virum laudatissimum, ac re- *sus Por-*
bus gerendis maximè idoneum, resti- *tuensis*
tuit. hunc Ioannes non Episcopatu *Epiſc.*
tantum mouerat, sed sacramento quo-
que per vim adegerat, quo pollicitus
est nunquam illum se repetiturum, sed
sacrorum ministerio expertem, laica

communione contentum quieturum. cæterum quemadmodū qua de causa Formosus deiectus, ità qua ratione, quoue ritu restitutus sit, in compertum est. iure illum damnatum quidam existimant, ac proinde non sine Ioannis nota restitutum. contrà alij, quorum sententia magis arridet, cum constet Formosum à Nicolao Apostolatū, adeptū Bulgaros ad Christi Fidem magno numero, magna sua cum laude adduxisse, alijsque postea legationibus functum maiori gloria auctum fuisse, Ioannem contra Decessorum gesta, haud quaquam laudabiliter improbasse.

De formoso varia iudicia.

Hoc eodem anno Aquileiensis Patriarcha qui à Latinis omnibus dissentiens, græcum dogma de S. Spiritus processione sectabatur, literas ad Photium hac de re dedit veluti amicitiæ cōciliatrices id ex redditis à Photio, *quæ hic recitantur*, literis constat. quod verò in his quæstio fusius agitur; *multa quoque ad rem Author huc affert, quod & antea, ex re nata, præstiterat.*

Io. Scotus.

Moritur hoc eodem tempore Ioannes Scotus qui ab Aelfredo Rege in Angliam allectus, à Pueris, quos docebat, graphijs vt ferunt, confossus, inter martyres ab aliquibus recensetur.

Marini PP. obitus.

Marinus porrò exacto vix Pontificatus

Chri. Ann. 884.

catus anno, moritur, cui Hadrianus huius nominis III. annuus & ipse Pontifex succedit. hic Pontificatu statim inito, Decessoris vestigijs insistens, Photium ritè, ac rectè damnatum pronunciauit, eaque in sententia ità perstitit, vt nec Basilij ab ea precibus, nec vero etiam minis potuerit dimoueri. *Hadriani III.*

Hoc item anno dira à Sarracenis Campanis infertur. in primis autem Casinense Coenobium incenditur: Bertarius Abbas laudatissimus trucidatur, dilapsis fuga reliquis, ac Theani postea receptis. *Cãpaclades.*

At verò Alfonsus Rex Galleciæ, vt subditos sibi populos diuturno fessos bello recrearet, cum Mahomede Sarracenorum Rege, qui Cordubæ Regni sedem fixerat, inducias ad sexennium pactus est.

Chri. Ann. 885. Hadriani postmodũ sequuta morte, Stephanus hoc nomine VI. Pontificali potitur Sede. Is cum datas à Basilio Aug. ad Decessorem literas eo iam extincto recepisset, suas vicissim reddidit, *quæ, ab Authore hic relatæ*, eximiam eius doctrinam, ac sacerdotalem constantiam exprimunt. *Hadriani PP obitus. Steph. VI.*

Aim. l. 5. c. 45. Moritur hoc eodem tempore Carolomanus Ludouico Filio, cognomento Ignauo, Regni hærede instituto reliquus erat, ex Ludouici Balbi Filijs, Carolus, qui Simplex dictus est, sexennis tum puer. Hunc Fulco Rhe-

mensis Archiepiscopus, Hincmari Successor, in tutelam accipit, dum Northmanni, qui in vniuersam fere Galliam effunderāt, rapinis, ac cædibus omnia miscerent.

Basilij Imp. mors. Basilius post hæc vigesimo Imperij anno diem obit extremum. Imperium post eum Leo Filius capessit, Augustus à Patre dudum appellatus, ab eodem tamen diu sub custodia habitus, nec ita pridem ea eductus. extant Basilij ad Leonem Fil. egregia monita LXVI. capitibus comprehensa, quorum principes, seu capitales literæ hanc reddunt sententiam. *Basilius in Christo Romanorum Imperator Leoni charo Filio, & Imperij Collega.* Græcorum insuper Menologium scribendum, augendumque curauit, quod etiam imaginibus quibus Martyrum certamina exprimerētur, ornauit. supereſt adhuc ipsum Authographum à Paulo Cardinali Sfondrato asseruatum nobisque summa cum animi voluptate visum.

Chri. Ann. 886. *Curop.*

Leo VI Imp.

Basilij ad fil. monita.

Menologiū.

At Leo Princeps Imperij liberas habenas nactus, Photij facinorum haud ignarus, sede illum iterum deijcit, Stephanum ipsius Augusti Fratrem substituit curat, quod suis, quas diximus ad Basilium literis Stephanus Rom. Pontifex faciendum monuerat.

Photius ire rū deij citur.

Obsessa à Northmannis Parisiensis Ciuitas hominum, ac Diuorum auxilio implorato, obsidione tandē exemptа

Chri. Ann. 887.

pta est, de qua Abbo, qui Aimonis Historici Auditor fuit, duobus comprehensum libris carmen conscripsit. Aimon porrò ipse adhæc vsque tempora historiam perduxit. seorsim verò de §. Germani Parisiensis Episc. miraculis librum vnum, atque alterum edidit.

Aimō historicus.

apud Sur. 5. Iun. tom. 4. Conc.

Ad hunc pariter annum spectat Colonienſis Synodus, quæ aduersus incestas nuptias, sacrilegas rapinas, ac pauperum oppressiones coacta est.

Synod. Coloniensis.

Quo tempore Astingus Danorum Princeps, Baptismo simulatè susceptо, eo ad inferendam Angliæ cladem sacrilegè est vsus; cuius Gallia quoque tyrannidem experta est.

Astingus Dan. Princ.

Chri. Ann. 888. *Regin.*

Carolus interim Augustus, cum animo æquè, ac corpore langueſceret, Imperij administratione motus, nouoque exemplo Patruus Nepoti Arnulfo veluti in tutelam datus, victum emendicare ex eo cogitur; qua ex re tantum mœroris infœlix hausit, vt diutius superstes haud fuerit, Vir alioquin Germaniæ, Galliæ, atque Italiæ Regnis, tum Imperij titulis in paucis clarus. Eius morte Italiæ Regnum, cum Rom. Imperio ad Italicos Principes delatum est; quorum deinceps æmulatio magnis eam Prouinciam motibus concussit.

Caroli Imp. infelix cōdicio.

Imperiū ad Italos delatū.

Berengarius Foroiulienſis Dux Italiæ Regnum occupat. mox à Vuidone Lamberti Spoletani Ducis Filio victus,

Berengarius Ital. Rex.

ctus, viam hosti ad Imperium munijt,
Vuido quod postea Romani quoque Ponti-
Imp. ficis authoritas firmauit.

Curop.

Stephano Byzantij Patriarcha Augusti Fratre vita functo, Antonius, cognomento Cauleos, sublegitur. Stephanus sanè ad natalium splendorem, morum Sanctitatem addidisse constat. itaque in Græcorum Menologio inter Sãctos recensetur. extant Leonis Fratris Nouellæ ad eum Constitutiones complures ad Ecclesiasticum fermè rerum statum pertinentes.

S. Rẽbertus. Hoc ipso tempore Rembertus Danorum Apostolus, qui Ansgario successerat, æternum laborum præmium, morte obita, consequitur.

Adã. l. 1. c. 38.

Prodigia. Aurelianis Galliæ Vrbe nobili, Christi è Cruce pendentis Imago lachrimas vbertim fundere palam visa: tum lupus Templum ibidem ingressus, arreptoq. dentibus fune tintinabulo consuetum Populo sonitum edens, sequutum postea Vrbis incendium portendisse visa sunt.

Glab. l. 2. c. 5

Ad Italiæ motus, ex Imperij ambitu, Galliæ, ac Germaniæ clades accedunt ex Hunnorũ incursionibus, quas Luitprandus huius temporis Scriptor deplorat.

Chri. Ann. 889.

Morauiæ quoque Principis ab Arnulfo Rege defectione, Prouinciæ clades maxima illata est.

Chri. Ann. 890.

At vero Alanus Britonum Princeps,

Regin.

dele-

deletis Northmannorũ copijs, ex voto à se, ac subditis sibi Populis, nuncupato decimã bonorũ omniũ partẽ D. Petro, Romanæq. Ecclesiæ adiudicauit. *Decimæ Rõ. Eccl. pẽduntur.*

Chri. Ann. 891. *Luitprãd.* Altero ac monagesimo sæculi anno Stephano Papa vita functo, Formosus Portuensis Episcopus subrogatur. cũ verò nec illius obitus, nec huius electionis dies certa habeatur illud constat, Formosum, non sinè turbis Pontificatum adeptum Sergio Diacono illum ambiente. *Steph. PP. obiit. Formosus succedit.*

Chri. Ann. 892. Sequenti anno Vuido Imperator ab eo Romæ coronatur. ex hoc sanè tempore Imperij ipsius anni iurè numerantur; quamquam ille dudum sese pro Augusto gesserat. id vbi præstitit Formosus, non Arnulfi modo, ac Berengarij Competitorum, sed Romanorum quoque Ciuium in se odium conciuit. *Vuido coronatur.*

Carolus interim cognomento Simplex, vixdum pubescens, à Fulcone, Rhemensi Antistite Rex Francorum vngitur; Odone Comite, qui Regium nomen inuaserat Synodi etiam sententia reiecto. *Carol. Sĩplex.*

Chri. Ann. 893. Post hæc Lambertus Iunior à Vuidone Patre Collega adscitus, ab eodem Formoso inauguratur. *Lambertus Imper.*

Curop. Excitatum hoc tempore inter Simeonem Bulgarorum Regẽ, ac Leonem bellum ad plures deinceps annos perductum est. tum verò accidit, vt

Bul-

Bulgari, qui Græcorum blanditijs à Romana Ecclesia defciuerant, ſponte ſeſe iterum eidem ſubiecerint.

Porrò cum Odo Comes ſuper Regno negocium Carolo Adoleſcenti adhuc faceſſeret; Formoſus illum ab incepto vti deſiſteret, pro imperio monuit. pari vſus ſeueritate aduerſus Eduuardum Regem, atq. Epiſcopos, qui apud Angliam erant reliqui, quorum negligentia Eccleſiæ complures, ob illatas à Northmannis clades dudum Paſtoribus deſtitutæ, pace reddita, viduatæ adhuc perſiſterent. Concilio itaque coacto, ſalubria multa decernuntur, Pleimundus ipſe Cantuarienſis Archiepiſcopus, placando, vt Vuillelmus ait, *Apoſtolico*, deſtinatur. Chri. Ann. 894. *Regin. Vuil. malm.*

Synod. in Anglia.

Apud Germaniam quoq. Eccleſiaſtico rerum ſtatu ob Ciuilia pariter, atq. externa bella, mirum in modum collapſo, Synodus Triburienſis cogitur, Atone Moguntino indicente, cui Arnulfus Rex interfuit, ſancitique in ea Canones ſunt duodeſexaginta, qui adhuc extant. Chri. Ann. 895. *Regin.*

Synod. Triburiēſis.

Arnulfus Romæ.

Peracta Synodo Arnulfus Formoſi accitu Romam venit: Romanorum Ciuium complures, quod Pontificem ſedicioſe antea vexaſſent, ſupplicio afficit; quæ res Formoſo odium, atq. inuidiam conflauit maximam, tum Auguſtale collatũ Regi Diadema inconſtantiæ illi notam inuſſit. hanc ſanè Chri. Ann. 896. *Luitp. l. 1. c 8 Adã. l. 1. Re gin.*

Coronatur.

Ar-

Arnulfi inaugurationem Romana Synodus sub Ioanne IX. postea celebrata, per subreptionem, vt docet, peractam, reiecit: Germanorum tamen Scriptorum in suos studio factum est, vt Arnulfus inter Romanos Cæsares, Vuidone, ac Lamberto præteritis, post Carolum numeretur.

Chri. Ann. 897. *Regin. Luitp. l. 1. c. 8*

Formosi obitus.

Defuncto postmodum, sub anni exitum, Formoso; nouo inuente, pontificatum per vim capit Bonifacius homo nefarius, qui statim à Stephano per vim pariter deijcitur. Stephanus porrò (Sergio hæc tribuit Luitprandus) pessimo ad posteros exẽplo, Formosi veluti, vitio creati Pontificis, quod Portuensis Episcopus iam tum esset, Acta omnia rescindit; quodque immane dictu est, effossum illius cadauer, Pontificalibus exutum vestibus, tribusque abscissis digitis, quibus Populo benedicere mos esset, proijci in Tiberim iubet; tum, quod detestandum est magis per coactam posteà Synodum, hæc ipsa probari voluit. quis hunc Stephanum inter Pontifices numerare, auderet, nisi id factum à maioribus sciret? portentum huiusmodi execrari visi sunt lapides ipsi, quippè, hoc ipso tempore, Lateranensis Basilica sponte corruit; quo pacto etenim starent parietes, ipsa, fundamenti, angulari concussa petra, cæterum quod ad Formosi cadauer spectat repertum postea à piscato-

Bonif. Steph. VII. eius fa cinus.

scatoribus, Vrbiq. redditum, cum Vaticanæ Basilicæ inferretur, sacræ Imagines venerabundæ excipere sunt visæ, eiusq. Pontificatum comprobare.

Pace cum Oddone, quem alij Ottonem vocant, cõposita, Carolus Rex æquo veluti iure cum eo regnabat. id cum ægrè non tam ipse, quam qui illi à consilijs erant, concoquerent, aduersus Oddonem, inire cum Northmannis fœdus statuunt. quod cum persensisset Fulco Remensiũ Antistites, cuius sub tutela Carolus fuerat, acres ad eũ literas dedit, diuinum ei iudicium denuncians, si Ethnicos Barbaros auxilio vocaret. neq. enim distare admodum adiebat, vtrum quis Idola coleret, an colentibus fœdere iungeretur. his permotus Carolus impij fœderis consilium abiecit. gratam porrò fuisse Deo Regis pietatem, euentus docuit; Oddone quippè haud diu superstite, quæ illi parebant Ditiones ad Carolũ sponte rediere, quas Northmannorum copiæ longo vix tempore debellassent. documento Christianis Principibus qui nam hominum consuli ab ipsis tutius possint, aut debeant. Chri. Ann. 898. *Regin. Frod. l. 1. c. 5*

Vuidonis atque Arnulfij mors. Eodem fere tempore Vuido Augustus, dum Arnulfum bello petit ad Tarum amnem, repentina sanguinis vomitione, Arnulfus ipse phtiriasi, extinguntur. Chri. Ann. 899.

Steph. Sranmitus, Sequitur Christi annus nongentesimus, Chri. Ann. 900.

simus, quo Stephanus Sede, quam per vim inuaserat, per vim deiectus, custodiæ traditus, strangulatur. id à Scriptoribus nequaquã proditum ex eius Epitaphio cum cæteris Vaticanæ Basilicæ monumentis à Petro Mallio, qui Alexandri III. tempore vixit, descripto constat. *gulatur.*

Frod. l. 7. c. 9 Hoc ipso anno Fulco Rhemorum Antistes laudatissimus à Balduini Flãdriæ Comitis Satellitibus interficitur. hic est ille Balduinus, qui Caroli Calui Filiam Viduam Iuditam per vim duxerat, quique Ecclesiarum spolijs ditatus, priuatis primo, dein Synodalibus à Fulcone literis fuerat increpitus. *Fulco Episc. necatur.* *Balduinus*

Luitpr Hæc dum apud Galliam peraguntur, bellum atrox inter Berengarium, ac Ludouicum Bosonis Comitis Fil. Regia Francorum stirpe editum de Imperio conflatur. Victorque Ludouicus Augusti insigna Romæ consequitur.

Steph. succes- sores. Stephano, vt diximus, interempto, Chri. Romanus; Huic quatuor non amplius Ann. mensibus superstiti, Theodorus hoc 901. nomine II. succedit; eo verò viginti non amplius diebus Pontificatu functo, Ioannes huius nominis IX. in Petri sede collocatur. Quo tempore Nicolaus Vrbis Regiæ Patriarcha Leonis *Io. Cu-* Aug. iussu depositus, in exilium agitur, *rop.* non alia vt ferunt, de causa, quã quod *Const.* *Nup-* quartas ipsius nuptias consecrare ab- *Leon.* *tiæ post*

nue- 90.

secundas ve uita.

nuerit. sanè ab ipso pridem Leone sancita lex fuerat, qua nō modo quartum, sed tertium quoque connubium vetabatur; quod ipsum & sacris Canonibus decretum fuerat. Eo deiecto, Euthimius Vir integerrimus subrogatur.

Cōcil. Neocæs. Basil. ad Amph. Curop. & Cedr.

Leonis uita dirimē

Post hæc Augustus ipse vitæ discrimen adit. ineunti Templum ab insano quodam fustis ceruici incussus, vitam vtique ademisset, nisi pensilis lycnus forte intercedens ruentis impetum ictus fregisset.

Synod. Ouetēsis.

Hoc eodem tempore, post Encænia in Ouetensis consecratione Templi ab Alfonso Rege celebrata, Synodus eadem in Vrbe cogitur, cuius Acta adhuc extant.

Ambr. morale

Vuil. stm. Chrō.

Eduuardi quoq. Angliæ Regis pietatis studium hoc tempore enituit, qui, aduersus Etelualdum propinquum suum sacratæ Deo Virginis raptorem, sacrilegium vlturus, exercitu comparato, raptam ab eo Virginem victor in Cœnobium retraxit.

Theoctiste Lesbia

Per idem tempus Himerius à Leone Augusto Legatus ad Sarracenos, qui Cretam incolebant, missus, in Paron Insulam cum diuertisset rem scitu dignam ab Anachoreta ibidem edoctus est, quam scriptis prodidit. Theoctiste, Sacrata Deo Virgo, Lesbo, cum preda reliqua à Pyratis Sarracenis abacta, cum his Paron attigit: Excensione facta,

Chri. Ann. 902. Io. Curop.

facta, fuga in siluas pia sese Virgo proripuit. Prædonibus indè recedentibus, eisdem in siluis vitam agere cum decreuisset, sponte enascentibus ibidem herbis, ac lupinis victitans, annos post hæc quinque, ac triginta, consumptis vestibus, nuda vt plurimum transegit. quibus denique exactis, Deo Duce, Venator quidam delatus ad eam est. hunc illa de suo ipsius nomine, ac statu edoctum, vt Sacrosanctum Christi corpus ad se deferret, orauit; quo impetrato, Simeonis Canticũ occinens, ad Superos migrauit. hanc Græci, Menologio adscriptam, inter Sanctos colunt, eius memoriam Nouembris die decima recolentes.

Interim Hunni, qui iam Vngari dicebantur, Germaniam populati, Italiã inuadunt. principio à Berengario victi, vt relicta preda, abire incolumes possint, suppliciter petunt; superbo à victoribus Italis responso reddito, audaciam ex desperatione sumunt, fusisque Berengarij copijs, ægrè tandem, pecuniæ vi maxima accepta, recedũt; documento omnibus relicto, effugium Hostibus vltrò aperiendum.

Chri. Ann. 903. 904. Regin. Chrõ. Subindè Ludouicus Imperij titulos iam adeptus, ad auiti Italiæ Regni spem ilico erectus, bellũ intulit Berengario, à quo tamen victus, captusque, oculis orbatus est. eo tum metu solutus Berengarius Romam cum exercitu petit,

Lud. Aug. oculis orbatur.

Berẽg. Imp.

petit, atque Imperij titulos à Ioanne Pontifice per vim eripit. cæterum post
Synod. triplex receſſum coacta, per Ioannem Synodo, Imperium per vim partum eidem abrogatur. tum Pontifex cum multos Romæ eſſe, qui Berengario ſtuderent, animaduertiſſet, Rauennam cum Epiſcopis conceſſit; vbi Conuentu iterũ habito Epiſcoporum LXXIV. Stephani Synodum, aduerſus Formoſum celebratam, abrogat, ac flammis tradit: tumuli illius violatores Anathemate damnat. *Synodi huius Rauennatis, ac Romanæ paulo ante celebratæ Acta non antea impreſſa, ab Authore huc allata, apud eum require.* porrò tertiam adhuc à Ioanne Synodum fuiſſe celebratam, ex eius Epitaphio, cum reliquis Vaticanis monumẽtis, Mallij opera collectis, edocemur.

Ioãnis IX. obitus. Igitur tertio Pontificatus anno vix dum exacto extinctus, Succeſſorem habet Benedictum, qui à charitate in pauperes commendatur, quod ex eius tantum ſepulchrali inſcriptione conſtat, cætera obſcurus. Chri. Ann. 105.

Benedictus IV.

Leo V. Huic Biennio vix ſuperſtiti, Leo V. ſublegitur ob XL non amplius dierum Pontificatum adhuc obſcurior. pulſum verò illum atque in carcerem detruſum à Chriſtophoro tradunt. ſed nec Chriſtophori ſedes diu ſtetit immota, Sergio illam ſeptem omnino poſt menſes inuadente. Sunt hæc ſanè tem- Chri. Ann. 906. 907. 908.

Chriſtophorus PP

Serg. PP.

tempora, non tam scriptorum inopia, quam ipsorum Pontificum, ac prauorum Principum Tyrannide teterrima, ac planè deploranda.

Erat tum Romæ Theodora Senatoriæ stirpis Fœmina, forma, atque ingenio præstãs, ex Adelberti Tusciæ Marchionis consuetudine potentiam nacta; hæc Romanam Vrbem pro libidine administrabat. Filiæ porrò fuere illi duæ Matre ipsa procaciores, Marotia, ac Matri cognominis Theodora. illam ex Alberto Marchione Alericum, qui Vrbis Principarum postea obtinuit, ex hoc autem de quo est sermo, Sergio Rom. sedis inuasore Ioannem, qui & ipse Rom. Pontifex fuit hoc nomine XI. genuisse Luitprandus tradit; vt iniquam temporum conditionem deplores cæterum quò longius visus est Deus à sua Ecclesia recessisse, eò, rem propius introspicientibus, magis intimè adhæsisse est cognitus, manumque, ne corrueret, subiecisse. nam cum his, toto hoc sæculo, malis vrgeretur, non, est inuentus qui pristinum ei obsequium præstare abnuerit, aut Schismate ab ea recesserit.

Theodora.

Marotia

Theodora iunior

lib. 2. c. 13.

Quo tempore Sergius Pontificatum inuadit; Garsias Alfonsi Filius, matre, ac Fratribus adnitentibus, conspirat in Patrem. at Is, ne, domestico bello, Regni vires in Sarracenorum compẽdium

Ambr moral l. 5. c. 30.

Alfõsi facinus.

dium exhauriret, ambienti Regnum Filio spõte cedit, vt qui hactenus Magnus dictus est, hinc iurè Maximus dici posset.

Synod. Rhemẽsis. Sequenti anno Synodus ab Herueo Rhemorum Antistite cogitur, *cuius Decreta saluberrima hìc habes.* Chri. Ann. 909.

Sergij obitus. Anast. Triennio, non amplius, cum sedisset Sergius, diem obit extremum, cui sublegitur Anastasius. Chri. Ann. 910.

III. Lamberti Imp. mors. Eodem anno, qui sæculi decimus numeratur, Lambertus Imperator moritur, dum ex venatione quietem caperet, ab Vgone Mediolanensi Comite, cuius Patrem supplicio affecerat, interemptus Imperij anno VII. ætatis XXXII. *Lu. prud.*

Leonis Imp. mors. Nec ita multò post Leo Græcus Imperator fato fungitur, Principatus anno sexto, ac vigesimo. extant Nouellæ ipsius constitutiones centum, ac tredecim: opera vero alia nec pauca, nec vulgaria, *quorum cathalogũ Author recenset.* Chri. Ann. 911. *Curo. Cedr. Zona.*

Eius opera.

Leone extincto Imperiũ cum Constãtino Filio Impuberi Alexander Frater capessit, à quo Nicolaus Patriarcha, à Leone, vt diximus, relegatus, reuocatur: Eutimius, qui subrogatus illi fuerat, expellitur. Alexander porrò sequenti anno extinctus est.

Anast. PP. obitus. Moritur post hæc Anastasius Papa vbi sedisset annos fermè duos. cui, Theodora, ac Filiabus suffragantibus, Chri. Ann. 912.

Lan-

Leo Ost. l. 1. c. 55. Luitpr. l. 2. c. 12 Lando Sabinus genere, successor datur, qui tamen haud diu superstes fuit, successorem nactus Ioannē huius nominis decimum, qui Theodoræ Amasius fuisse dicitur, ab eadem Ecclesiæ Bononiensi primùm, tum Rauennati haud ita pridem impositus. piget huiusmodi portenta recensere, quæ non nisi ad consignanda tempora ab alijs quoque referuntur. *Lando succedit. cui Ioannes.*

Alfonsus, sub Regis Filij auspicijs, prælio cum Sarracenis inito, insigni victoria potitus est, dignusque à Deo est habitus, qui, cælo iā maturus, apud superos triumpharet. nec diu Garzias Filius superfuit, in quem illud Sapientis quadrat. *hæreditas, ad quam in principio festinatur, in fine benedictione carebit.* *Prou. 20.*

Post Garziam, Ordonius Frater Rex creatur, qui Oueto Regni sedem Legionem transtulit.

Sigeb. Chr. Ad hunc item annū spectat Bernonis obitus, qui Cluniacensis Coenobij, atque Instituti Fundator fuit, quod quidam Odoni, qui post eum eidem Monasterio præfuit, falsò tribuunt. *Bernò Cluniacēsis.* *Lud.*

Moritur hoc eodem tempore Ludouicus Germanorum Regum, è Caroli Magni stirpe, vltimus post quem Corradus e Frāconia à Germanis Proceribus Rex creatur. Eodemque tempore, qui Northmannis imperitabat, Rollo Christianam fidem amplexus, *Matthuestm.* *Germ. Reg obitus.* *Corradus.* *Rollo.*

sacro Baptismate initiatur.

Ragnerius. Ragnerius interim Dux Lotharingię, post Principatũ tyrannicè administratũ egregiũ christianæ pietatis, atq. expiationis specimen dedit, Diplomate hac de re edito, quod inter vetera Lotharingiæ monumẽta, ac clara stẽmata descriptum, *ab Authore hìc recitatur.* Chri. Ann. 913.

Simeõ Bulg. Rex. Byzantium Bulgari obsidebant, cum Patriarcha ad Simeonem eorum Regem profectus in Castra, ita eum demulsit, vt, pace inita, conuiuio à Constantino Aug. exceptus fit. Tum Sarraceni, qui apud Garilianum, maximo rei Christianæ damno, diu confederãt, à fœderatis Italię Populis, collata quoque à Græcis opera, debellantur. Berengarius Imperij iterum titulos extorquet. Chri. Ann. 914. *Curop. Cedr.* Chri. Ann. 915. *Luitp. l. 2. c.* 14. *Leo Ost. Chr.*

Germaniæ clades Germaniam porrò hinc Dani, Sclauique, inde Vngari, ac Boemi populationibus infestam habent, à quibus & sacra vasa, atq. Imagines, ipsiq. adeo Sacrorũ Ministri ludibrio sunt habiti.

Item Galliæ. Huiusmodi dein procella Lotharingiam, ac reliquam deinceps Galliam peruasit. Quo tẽpore Bulgaricum iterum apud Thraciam bellum exarsit. rem pluribus tradit Curopalates, ex quo alij, qui Ciuile posteà conflatum referunt; quo factum, vt Constantinus vix tum puber Romanum Patricium Classis Præfectum Cæsarem dicere coactus sit, Filiamque ipsius Helenam Chri. Ann. 917. 918. 919.

Romanus Patricius

Vxo-

Vxorē ducere. tum verò Zoe Augusti Mater detōsa, ac monasterio est clausa.

Hoc eodem anno sæculi vndeuigesimo, obijsse Corradus traditur, post quem Henricus Ottonis Saxoniæ Ducis Fil. Germaniæ Regnum obtinet.

Chri. Ann. 920. *Vitichind.* Ad Hunc, sequenti anno, Carolus cognomento Simplex Gallorum Rex externis pariter bellis, ac domesticis seditionibus exagitatus, Legatione instituta, sacras Dionisij Martyris reliquias misit, haud vanè testatus Francorum se gloriā in Saxones transfere. *Carol. Simplex.* *Eius vatici nium.*

Chri. Ann. 921. *sup. ad ān. 901* Duplici hoc tempore Schismate Byzantij Ecclesia laborabat, altero ex Euthymij deiectione, ex Leonis, de qua diximus, poligamia altero. coacta itaque eadem in Vrbe Synodo, scissura huiusmodi coaluit. porrò quod ad polygamiam spectat, firmatum est quibus ex causis tertias summum inire nuptias liceret, quibus non liceret. cæterum has apud Græcos tantum leges viguisse, apud Latinos modum nullum iteratis nuptijs fuisse impositū constat. itaque D. Hieronymus nouisse se muli erē scribit, quæ viginti duos Viros extulisset, Virum contra, qui vni, ac viginti Vxoribus superfuisset. *Poligæ mia le ges.* *Mirū de iterato cō iugio.*

Angli hoc tempore complures, qui, religioso ex more, Romam peregrinabantur in ipsis Alpium angustijs à Saracenis intercepti, trucidati, ac lapidibus sunt obruti. at non idciriò Gen- *Sarra cen. graſſa tores.*

Theod Balſ. tit. 3. de Laicis & in ep. Baſ. In Ioū. l. 1. & ep. ad Ageru chiā. Frod. hiſtor. Rhem.

tis pietas extincta est; itaq. hoc ipsum sequenti quoque anno, Barbaris ex insidijs erumpentibus, vsu venit.

Quo Bulgari iterum, atque iterum Byzantium oppugnant. Chri. Ann. 922.

Galliæ vero Proceres seditione aduersus Carolum Regē excitata, quod Is, Aganoni cuidam obnoxius, omnia ad illius nutum agere videretur, Robertum eligunt Regem. *Io. Curop. Frod.*

Robertus Galliæ Rex

Berēg. Regno exuitur.

Itali quoque Berengarium auersati, Rodulfum Burgundiæ Principem euocatum, Regem constituunt. *Luitp.*

At Carolus, vt Robertum Regni æmulum deijceret, salubrium Fulconis, Rehemensis olim Antistitis, monitorum immemor, Northmannos auxilio vocat. igitur, prælio inito, principiò Victor, Robertum imparatum, & ex pactis inducijs securum interficit; mox victus ab Vgone illius Filio capitur ac custodiæ traditur: Regnum Rodulfo e Burgundia accito traditur. Chri. Ann. 923.

Pelag. Eugenia mart.

Hoc tempore Pelagius Puer, atque Eugenia; non fidei tantum, sed pudoris quoque tuendi causa, à Sarracenis martyrium in Hispania consequuntur.

At Berengarius Italos, quorum opera deiectus Regno fuerat, vlturus, Hūnos exciuit, ab his clades maxima Galliæ Cisalpinæ illata est: Ticino in primis Regiæ Vrbi procella huiusmodi incubuit, qua Vrbs solo fermè æquata, splendorem pristinum omni- Chri. Ann. 924. *Luitp. Frod.*

Ticini excidium.

nò

nò amisit. præter priuatas, sacræ ædes quadraginta amplius incensæ; cum his populi multitudo innumera, quæ in eas confugerat, atque adeo ipsius Vrbis Episcopus, vna cum Vercellensi, ambusti sunt, aut fumo interempti. Exin victores Barbari Galliam petentes, Alpes ingressi, à Rodulfo, atque Vgone Viennensi harum angustijs intercepti, maxima ex patte cum præda vitam amisere. Igitur Berengarius his, alisque facinoribus suorum quoque odio laborans, eorum conspiratione interficitur. *Berengarij cades.*

Frod. Rodulfus quoque lethali, hoc tempore, correptus morbo quibus pietatis artibus conualuerit, operæ preciũ est recensere. desperata, vt videbatur, iam salute, deferri se ad S. Remigij sepulchrum Rhemos curat; ibi dum mense integro spe nunquam destitutus, decumbit, regios interim thesauros, in Burgundiæ, ac reliquæ fermè Galliæ Ecclesias, ac Monasteria partitur. hoc studio pius Princeps, spe haud quaquam frustratus, conualescit. *Rodulfi pietas.*

Hoc anno Vir eximius Vdalricus Burcardi Sueuiæ Ducis ex Filia Nepos, Augustæ Vindelicorum Episcopus consecratur, cuius res gestas, qui cum eo vixit Author, rudi stilo, sed sinceritate mira scripsit. verum oblitione iam sepultum commentarium Marcus Vuelserus Augustanus Ciuis *s. Vdalricus.*

Vir in primis pius, ac eruditus (quo illi nomine omnes benè precari par est) typis cudendo, ac notis illustrando, ab interitu vindicauit.

Ordoncus Rex moritur.

Eodem fere tempore Ordonius, Sarracenorum terror, in Hispania moritur, cum annos regnasset paulo amplius decem. hunc Froilas Frater hoc nomine II. in Regno sequitur ex promiscua fontium, atque insontium cæde, *sæui* cognomen adeptus. quo, post annum, extincto, ab alterius anni interregno, quartus huius nominis Alfonsus Garziæ, siuè, vt alij tradunt, Ordonij Filius subrogatur, cum interim Rami us ex Alfonsi Magni liberis quartus Asturie Regnum sibi vindicaret. *Luc. Tud.*

Froilas succedit.

Alfonsus IV.

Ramirus.

Rõ. sedis authoritas.

Eduuardo Angliæ Rege vita functo, Ethelstanus successerat. Hic Elfredum Regni æmulum expertus, ab eoque insidijs appetitus, re comperta, grauissimam Maiestatis causam Romam ad Ioannem, qui Pontificatum vtcunque administrabat, defert; tanta erat Rom. Sedis, etiam nefariè infessæ authoritas. *Vuil. l. 2. c. 6.*

Mirũ de periuro.

Elfredus itaq. iudicio postulatus, Romam profectus, cum ante Aram Principis Apostolorum coram Ioanne insontem sese intentati criminis esse, peieraſſet, mirum dictu, ita, vt erat, statim concidit, sublatusque à suis semianimis, die indè tertia extinctus est. porrò extincti cadauer non antea Ecclesiasticæ sepulturæ traditur, quam

Rex

Rex ipse Etelstanus certior de his factus propinquorum illius precibus exoratus, literis ad Ioannem datis, assensum prebet.

Chri. Ann. 925. *Frod. l. 4. c. 19.* Cum sacrum inaugurãdis Regibus, vnguen Rhemis apud Galliam seruaretur, eaq. ex causa maxima eius Vrbis Antistes auctoritate polleret, totiusque Regni cardo in eo quodammodo verti videretur; Heribertus Aquitaniæ Comes, Regno inhians, pactum cum Seulfo eam tum Ecclesiã administrante init, vt suus post eum Filius, tum adhuc infans, eam obtineret. re sic transacta, haud ità multò post Comitis Satellites, moræ impatientes, Seulfum veneno tollunt. res tum accidit nunquam antea visa, auditaue, vt Puerulus non dum quinquẽnis Archiepiscopus, ac totius Galliæ Primas eligeretur. vtinam eo Sæculo ortum monstrum, cum eo pariter interijsset, quodque à malo tum Principe vsurpatum, à pessimo Pontifice comprobatum fuit, bonos deinde Principes vsurpare puduisset. *Quinquẽnis Puer Episcopus.*

Chri. Ann. 926. Iam vero Cisalpini perindè, ac Berengarij, Rodulfi quoq. regimen, per summam inconstantiam, pertæsi, Hugonem Comitem Arelatensem Lotharij olim Regis, ex Filio Nepotem, Regem constituunt. *Hugo Ital. Rex.*

Chri Ann. 927. Porrò apud Galliam Herluinus Comes, quod Vxore adhuc superstite, aliam duxisset, publicam criminis ex-

Synod. Trocleij. piationem egit, Synodo ea de re Trocleij coacta. Heribertus verò, quo de meminimus, Ioannis Papæ denunciationibus territus, Rodulfum quoque infestum habens, Carolum Regem custodiæ eximit. cæterum haud ità multo post, pace cum Rodulfo cõposita, Ioanne quoque gradu derecto, infælicem Regem in custodiam reuocat.

Benno Episc. Eodem fere tempore Benno Episcopus Metensis, ex Eremo ante biennium petius, ab eiusdem Vrbis Ciuibus Christianæ disciplinæ impatientibus, per summũ scelus, excæcatur qua

Synod. Duisburgi. de re Synodo Duisburgi habita, sacrilegi Ciues Anathemate damnati sunt.

Alfonsus Rex Monachus. Apud Hispaniam verò Alfonsus rerum humanarum pertæsus, Monasticũ vitæ genus amplexus, Ramiro adeptũ paulò antè regnum reliquit. verũ prositi haud quaquam tenax, illud dum

Regnũ repetit cacatur. repetit, à Ramiro captus, luminibus orbatur, qua pœna tres quoque Froilæ Filios Regno pariter inhiantes posteà affecit. quamquã sæuitiæ exindè pœnitens, egregijs pietatis operibus crimen expiauit.

Ambr. Moral. l. 16. c. 5.

Simultate inter Ioannem, qui XV. iam annum Pontificatum gesserat, ac Marotiam eiusq. Virum Vidonem Tusciæ Marchionem exorta, Ioannes ipse capitur, ac custodiæ datur, vbi postmodum moerore confectus, seu, quod alij tradunt, ceruicali occlusis

Chri. Ann. 928.

fau-

faucibus, obijt. post quem Leo, hoc nomine VI. Pontificatum adipiscitur, & septimo deinde mense, carceri, & ipse mancipatus, deponitur, Successorem nactus Stephanum Octauum, seu, vt plerique vocant, septimum. *Ioānis PP. obi tus Leo VI. Depo- nitur Sseph. VIII.*

Europ. Simeon interim Rex Bulgarorum, post Thraciam, ac Macedoniam direptas, Byzantium iterum adortus, auro demum non ferro pellitur. *Simeō Bulg. Rex.*

Romanus tum, quem Constantinus Gener Cæsarem, vt diximus, appellauerat, potentia in dies auctus, non iam pro Augusto tantum se gerebat, sed primo etiam loco inscribebatur. insuper hoc eadē anno, Stephano, ac Constantino Filijs Maximo in Templo coronam imposuit Augustalem, Theophilacto Filiorum minimo in Clericum attonto.

Chri. Ann. 929. Quod ad res spectat occidentaliū; Carolus cognomento Simplex Galliæ Rex in carcere moritur, Ludouico Filio relicto, cui, quod apud Angliam à Rege auunculo educaretur, Transmarino nomen est inditum. *Lud. Transmarinus.*

Sigeb. Chrō. Sur. 3. Oct. Commendatur hoc tempore Henrici Germ Regis pietas in sacrarum cultu reliquiarum. cum enim audisset apud Rodulfum esse Lanceā, ex claui parte, quo Christus Cruci fusſixus fuerat, compactam, Legatione ad eum instituta, enixè illam petijt. cum impetrare ratione alia nequiret, intentatis *Henrici pietas.*

demum minis extorsit. porrò tãti eam precij ad sui, ac Regni tutelam esse duxit, vt Rodulfo, non aurum modo abundè miserit, sed Sueuiæ quoque partem donauerit.

Nec in eo minus Henrici pietas eluxit, cum sequenti anno deuictos à se Abroditarum, ac Northmannorum Reges Christianos reddidit. Chri. Ann. 930. *Sigeb.*

Steph. PP. obiens. Stephano post biennium vita functo, Vuidonis Victrici, ac Marotię Matris potentia, Ioannes huius nominis XI. adhuc Adolescens Romanus Pontifex constituitur, nullis legitimis Comitijs, aut suffragijs adhibitis, huiusmodi parere, atque alere hoc tempore coacta est monstra sacrosanta Romana Ecclesia. *Chr. Adã. l. 1. c. 49* Chri. Ann. 931.

Arnoldus. Nouis exinde motibus Italia concutitur Arnoldo, quem alij Arnolfum nominant, Bauarię Duce aduersus Hugonem Regem Veronam vsque progrediente; qui tamen ab Hugone indè pulsus recessit inglorius. huic cum, ad ad Militum stipendia, pecunia haud suppeteret, eam ex sacrarum ædium, ac cœnobiorum præda congessit. Chri. Ann. 932. *Sigeb. Chr. Luitl. 3. c. 14*

Hugonis & Marotia nuptia. Tum vero Marotia impudens Meretrix, Vuidone viro vita functo, Hugonem Regem defuncti Fratrem Romã vocatum, ad incestas nuptias, formæ, qua præstabat, fidens, pellicere non dubitauit, ipsius Vrbis dotale veluti Imperium pollicita. igitur Hugo Chri. Ann. 933. *Luitp. ibid.*

Vr-

Vrbem ingressus, Marotiæ nuptijs potitus, pro imperio munia, in ea omnia administrabat; cum Priuignum Albericum Adolescentem, quod parum scitè aquam sibi abluendis manibus, ministrasset, alapha percussum, ad irâ adeo extimulauit, vt Is Romanos in concionem vocatos, ad impotentis animi Regem Vrbe expellendum perpulerit. quo, ex animi sententia, peracto, Romani Ciues Regibus simul, ac Pontificibus contemptis, veteris Reip formam reuocasse visi sunt. *Hugo Vrbe pellitur.*

Vitichi. l. 1. Germaniam Vngari, iterum adorti, ferro, ac flamma vastabant, cum Henricus Rex obuiam illis factus, internecione eos deleuit, cæsis ex his quadraginta fere millibus. *Hĕricĭ victoria.*

Stephano interim Byzantij Patriarcha, qui Nicolaum sequutus fuerat, vita functo, Theophilactus Romani Augusti Filius vix dum puber, sublegitur, Triphone Monacho, dum Is legitimæ esset ætatis, adiutore, ac sacrarum rerum administratore addito.

Chri. Ann. 934. Huius ipsius Theophilacti precibus Ioannes, qui Romanum Pontificatum vtcumq. administrabat, Alberico Fratre adnitente à Græcis muneribus corrupto, eidem Theophilacto, ac alijs deinceps Byzantij Patriarchis concessit, vt pallio in posterum absque Rom. Pontificis collatione, vti possent, quo grauissimum Rom Ecclesiæ vulnus in-

flictum est; cum idem postea sibi licere Orientis Episcopi reliqui, sine discrimine voluerint.

Rhemensis iterum Ecclesia quinquenni Puero, quem diximus, detur- Chri. Ann. bato, Arthaldo integre ætatis, ac do- 935. *Artaldus.* ctrinæ Viro iam fuerat credita, qui & *Frod.* Pallium à Ioanne quantumuis illegitimo Pontifice, expetierat, ac impetrauerat. ab eo igitur hoc anno, qui sæculi est quintus ac trigesimus, Con- *Synod. Rhemẽsis.* uentus Prouincialium Episcoporũ cogitur, in quo rerum Ecclesiasticarum inuasores iudicio postulantur.

Sequenti anno Principum decus, Chri. *Hẽrici Germ. Reg obitus.* ac Christianæ religionis columẽ Hen- Ann. ricus Rex decessit, Ottone Filio Re- 936. gni, ac gloriæ hærede relicto.

Quo pariter anno Episcoporum, ac *Synod. Laudunensis.* Procerum Conuẽtu Lauduni habito, Ludouicus Caroli Filius Galliæ Rex inungitur, ex Anglia euocatus.

Io PP. obitus. Eodem fere tempore Ioannes moritur Rom. Ecclesiæ non tam Rector, quam inquinator, cui Leo huius nominis VII. haud pœnitendus Ponti- *Leo VII.* fex subrogatur.

Tum vero Hugo Rex Romam pro- *Luitprãd. l. 4. in princ.* fectus acta illã obsidione cingit cæterum militibus fame, alijsque incommodis confectis, aut passim dilabenti bus, componere cum Alberico Pacẽ *Odo Cluniacẽsis.* cogitur, cui & Filiam despondit. firmata Pax est Sequestre Odone Cluniacẽ-

niacensi, qui haud ità pridem, Leonis accitu, Romam venerat Monasticam inibi disciplinam restituturus.

Addit Luitprandus hoc ipso tempore Genuæ fontem per diem totum manantem Sanguine instantem Vrbi cladem portendisse; eodem quippè anno à Mauris captam, direptamque, Pueris, ac Mulieribus abductis, Viris interemptis, Ciuibus plerisque omnibus viduatam remansisse. *Fons sanguinens.* *Genuæ clades.*

Chri. Ann. 937. *Leo Ost. l. 1. c. 58.* Ad hæc delati in Campaniam Vngari, Prouinciam clade maxima afficiunt. cæterum, dum preda onusti recedunt, Pelignis, ac Marsis in vnum conspirantibus, ad internecionem cæsi sunt, tum preda maxima de predatoribus est capta.

Fœlicius sanè Barbari in Galliam irrupere, opimaque inde spolia retulere tradit Frodoardus barbaro tum militi dextram aræ, quam prehensaue-rat, ita inhæsisse, vt auellere eam nulla vi quiuerit; interciso dein, sociorum opera hærenti lapide, fragmen illud auelli nescium, deferre secum, ostentui cæteris. Predonem coactum. alia insuper diuinitus edita miracula Author idem recenset, quem tu consule. *Mirũ de sacrilego.*

Vuitich. l. 2. Interim relictus ab Henrico Patre hæres Otto, Comitijs Aquisgrani habitis, ab Episcopis, Regnique Proceribus confirmatur: tum à Moguntino

Anti-

Antistite sacris ritibus inungitur. id quo pacto peractum sit, ex Vuithichindo eius temporis Authore licet cognoscere.

Ramiri Victoria. Sequitur annus illata à Ramiro Rege Sarracenis clade memorabilis. cæsa è Barbaris dicuntur octoginta amplius millia: Abenain Rex, qui Cæsaraugustæ imperabat, captus, atque in triunfum ductus est: Rex Cordubæ Abderagham, vix fuga elapsus, cum paucis cladi superfuit. Chri. Ann. 938.

Per idem tempus Boemiæ Princeps Vuenceslaus à Boleslao Fratre interficitur, atque inter Martyres ab Ecclesia colitur. qua de causa bellum æque graue, ac diuturnum ab Ottone aduersus parricidam susceptum est, ac fœliciter demum confectum. *Vuithich. l. 2. Luitp. l. 4. c. 11*

Nec minori cum virtute, aut fœlicitate hoc eodem anno pugnatum ab eo est aduersus Henricum Fratrem, qui cum Heberardo Francorum Duce, ac Gisleberto Duce Lotharingiæ fœdus inierat.

Leonis PP. obitus. Subinde Leo Pontifex vbi sedisset tres ferme annos cum dimidio diem claudit extremum, cui sublegitur Stephanus homo Germanus. Nec ità multò post moritur Ethelstanus, qui apud Angliam, latè regnabat, eius morte regnum ad Edmundū Fratrem defertur. Chri. Ann. 939.

Steph. IX. Chri. Ann. 940.

Edmūdus Angl. Rex. Hoc item anno à Sarracenis Agaunense Monasterium incenditur. illuc po-

postea cum S. Vdalricus Augustanus Episcopus accessisset, duas inibi Missas celebrasse simul traditur. qua occasione nobilis illius Vitæ Scholiastes VVelserus appositè docet liberū olim fuisse Sacerdotibus quot vellent vna die missas celebrare: Concilij postmodum Salegustadiēsis decreto sancitum fuisse, nè quis trium missarum numerum excederet. exindè Alexandrum ad vnam tantum reuocasse.

Plurales Missarum.

c. sufficit de Cōsec. d. 1.

Heriberti Filius Hugo, quem adhuc infantem Rhemensem Antistitem electum, electumque diximus, cum iam vigesimum explesset annum, aduersus Artaldum causam mouet, Conuentuque apud Suessiones habito, quod Is iureiurando sese obstrinxisset, numquam eius Ecclesiæ regimen recepturum, Hugoni causa adiudicatur.

Chri. Ann. 941.

Synod. Suessionis.

Fridericus Moguntinus Archiepiscopus, conspirationis cum Henrico aduersus Ottonem postulatus, publica testificatione, per Corporis, ac Sāguinis Christi perceptionē se purgauit.

Purgationis genus.

Hoc anno Russi Boreales Populi, quos Northmannos Luitprandus vocat, Classe per Euxinum delati, post immania sæuitiæ exempla in Captiuos edita, à Græcis delentur.

l. 5. c. 6 Europ.

Russi

Francorum interim Proceres à Ludouico Rege rebellauerant. igitur Stephanus Rom. Pōt. paterne eos per Legatos, monet, suum vt Regem recipiant;

Chri. Ann. 942.

piant; ni faxint, atque ante Natalem Christi diem arma ponant, Anathemathe se illos damnaturũ denunciat tanti apud eos fuit Rom. Sedis auctoritas, vt ciuilis belli consilia statim abiecerint.

Rom. Sedis authoritas.

Cæterũ qui Gallicos haud ægrè tumultus sedauit Stephanus, Italicos perindè, atque vrbanos componere haud valuit, Hugone iterum, atque Alberico diffidentibus; cuius rei gratia Odo Abbas Cluniacensis Romã iterum ex Gallia euocatur. *Luitp. l. 5. c. 1*

Odo Cluniacẽsis.

Diffidijs huiusmodi distractis Italis, Græci Calabriam, Apuliam, ac Campaniæ partem maximam recipiunt. itaque hoc anno datum legitur Augustorum, qui apud Orientem imperabant, priuilegium insigni ad Vulturni fontes S. Vincentij Monasterio.

Steph. P P. obijt.

At Stephanus exacto Pontificatus anno tertio, vitæ finem sortitur, Successorem nactus Marinum, quem alij Martinum vocant Hic componendæ inter Principes Pacis spe abiecta, in Cleri, ac Monachorum disciplina restituenda, sacrisque ædibus instaurandis totus fuit. Chri. Ann. 943.

Marinus succedit.

Eriberto Comite è viuis sublato Hugoni Filio, qui Rhemensem Ecclesiam receperat, ab Artaldo indè eiecto, negocium facessitur. res iterum in disquisitionem vocata, non nisi Agapiti Papæ temporibus definita est.

Sed

Chri. Ann. 944. *Sud. ad ã. 933* *Curop.* Sed & Triphon, quem Theophilacto Augusti Filio Adolescenti Patriarchæ adiutorem datum memorauimus, cum, eo se moueri grabu, abnueret, Conuentu ea de re habito, inuitus loco cedere coactus est.

Luitp. l. 5. c. 5 Legatio hoc tempore à Constantino Aug. ad Hugonem Italiæ Regem mittitur pro conciliandis inter vtriusque Filios nuptijs, ad nuptialia pacta illud additum, vt Græcorum Classis pellendis Italia Sarracenis mitteretur, quod & præstitum ab eis est, & Barbarorum Naues magno numero exustæ sunt.

Cæterum Hugo, qui terrestres quoque illorum copias, eam post victoriam delere, haud ægrè potuisset a Berengario Marchione sibi metuens, aduersus illum, impium cum eisdem fœdus init, in quem iure inuehitur Luitprandus.

Curop. Metaphr. 1. Aug. Seruabatur, vt alibi meminimus Edessæ, Mesopotamiæ Vrbe; sacrosancta Christi Seruatoris Imago Regi Abagaro ab eodem missa, cumque ea, Epistola ad eundē Regem à Christo reddita. Vrbs hoc tempore sub Sarracenorum erat potestate, quam, vt reciperent, Græci magnis viribus obsidebant. igitur Sarracenorum ibi dem Præfectus, ipsique Ciues Christiani, Præfecti minis territi, obsidionis quoque incommodis fatigati, Chri-

Christi imago & epistola.

Edessa obsidetur.

ia-

ſtianorum licet compluribus obnitentibus, ſacram Imaginem ſacramque Epiſtolam Græcis, vt recedant, ſpondent. re ad Augg. delata, ſponſio recipitur: Epiſcopi, qui ſacra pignora, ſinè fraude accipiant, Edeſſam mittuntur, à quibus Byzantium magno cum totius Vrbis plauſu transferuntur.

Romanus cũ Filijs deijcitur.

Sub ipſam tranſlationis celebritatem Romanus Aug. à Stephano Filio in ordinem redigitur, attonſuſque in Inſulam eijcitur. tum, menſe vixdum elapſo, Stephanus ipſe, ac Conſtantinus Frater, dum de Primatu inter ſe diſſident, totius Aulæ ſtudio in Conſtantinum Leonis Filium verſo (cui inane tantum Auguſti nomen ſupererat) ſuper menſa, vincti ambo, in Inſulam, & ipſi deportantur. *Curop. Luitp. l. 5. c. 9*

Vgo Rex deijcitur.

Hugo interim à Subditis ſibi Populis, quorum odio laborabat, Regno deijcitur; Lotharius Filius Rex eligitur Mediolani. At ille, pecuniæ vi maxima ſecum ablata, Arelatenſes auitam Ditionem petit: tum in Burgundiam profectus, monaſterio inibi, Regio ſumptu, extructo, Monachus ipſe effectus eſt. Chri. Ann. 945. *Luitp. l. 5. c.* 13. *Leo Oſt. l. 2. c.* 64.

Monachus fit

Per idem tempus Ludouicus Gall. Rex, Hugonis Franciæ Ducis fraude, à Northmannis, quos ſibi fidos exiſtimauit, captus, non anteà cuſtodia exemptus eſt, quam ipſi Hugoni, quod petierat, Laudunenſe Caſtrum tradidit.

Se-

Chri. Sequenti anno Marinus Pont. de- *Mari-*
Ann. ceſſit, Agapito eidem ſubrogato. Dum *ni obi-*
946. apud Angliam, Edmundo è viuis ſu- *tus.*
blato, Edredus Frater Regnũ adeptus, *Agapi*
maximo illius Gentis bono, Dunſtano *tus.*
Cantuarienſi Archiepiſcopo illud tra-
didit adminiſtrandum.

Lothario poſtmodum, ac Berenga-
rio diſſidentibus, cum Conſtantinus
Græcus Imp. Lothario, cuius Sororẽ
Filio in matrimoniũ collocauerat, ſtu-
l.6.c. 1 dere videretur, Berengarius Luitpran- *Luit-*
dum ipſum, qui hæc tradit, Byzantium *prand.*
legat. Is de ſua huiuſmodi Legatione *Lega-*
multa admiratione digna ſcribit apud *tio.*
ipſum legenda.

Chri. Moritur poſt hæc Edita Ottonis
Ann. Vxor vitæ ſanctitate inſignis fœmina,
947. quam miraculis quoque poſt mortem
Chrõ. claruiſſe Ditmarus tradit.

l. 2. Tum vero apud Hiſpaniam Aſtu-
Moral rienſis, apud Galliã Virodunenſis Con-
l.16.c. uentus celebrantur. & in eo quidem *Synod.*
18. multa, ad Chriſtianam diſciplinam ſpe- *Aſtur.*
ctantia, decernuntur; in hoc vero, Hu- *& Vir-*
gonis, atque Artaldi iterum cauſa di- *dun.*
ſquiritur, porrò Hugone Synodo adeſ-
ſe detrectante, Artaldo eadem adiu-
dicatur.

At Hugo ad dolos conuerſus Sige-
boldum Clericum ad Agapitum Rom.
Pont. legat adulterinas eidem literas
deferendas tradens, quaſi à Prouinciæ
Epiſcopis ſcriptas, quibus hi Hugo-
nem,

nem, à se electum, ab ipso Agapito confirmari expeterent. annuit ille, Chri. fraude haud quaquam cognita; cæte- Ann. rum Marino ab eodem Agapito in 948. Galliam legato, ad dirimenda inter Lúdouicum Regem, atque Hugonem Comitem dissidia, Rhemensis quoque Ecclesiæ schisma sublatum est, sententia pro Artaldo lata. Porrò Agapitus Chri. gesta per Marinum, atquæ Episcopos Ann. *Synod. Romæ.* ab eo coactos apud Galliam, indicta 948. Romæ Synodo confirmauit.

Araldus Dan. Rex. Hoc tempore Otto Rex Araldum *Frod. Chr. Vitich l. 3.* Daniæ Regem debellauit; tum Christi fidem amplexantem, in gratiam receceptum, precario regnare in posterum permisit. Sclauorum quoque Gentem suo subiecit Imperio.

At verò Berengarius Vngaros Italiam populantes, oblatis decem nummorum modijs, ita demum auertit. id porrò vt præstaret, pecuniam à pauperibus æquè, ac ditioribus, atque adeò à Templis, ac Monasterijs ita extorsit, vt populationem æquaret Hostium.

Lothario post hæc veneno extin- Chri. ctato, Regnum sibi vendicat Beren- Ann. garius. Hic Berengarij Aug. ex Filia 959. Nepos fuisse traditur. sunt qui feranat Lotharium, non veneno, sed mœrore, *Ramiri obitus.* in phreneſim lapsum, obijsse.

Hoc pariter anno Ramirus moritur Hisp. Rex laudatissimus, Ordonio Fi-

Ordo- lio

lio hærede instituto, qui Sancium Fratrem natu minorem Regni æmulum expertus est. *nius III.*

Chri. Ann. 951. Lothario sublato, illius Vxor Adelais Rodulfi Regis Filia Ottonem aduersus Berengarium sollicitare non prius destitit, quam Is, in Italiam veniens, Tyrannum primo statim impetu, cum Filio Adelberto in fugam vertit, Filias in potestatem recepit. tum verò ipsa sibi Adelaide matrimonio iuncta, Victor in Germaniã remigrat, vbi, Episcoporum, ac Procerum Conuentu habito, Berengarium, ac Filium supplices redire in Regnum, beneficiario iure administrandum permisit. illud admiratione dignum traditur, Victorem Regem antequam Italia excederet, Romam adire cum maximè cuperet, eaque de rè Albericum per Legatos enixè orasset, inhibitum ab eo, belli aleam subire noluisse; tanta erat hoc tempore Romani Ciuis, qui tyrannidem occupauerat, authoritas, ac potentia. *Otto Italiã petit. Berengariũ pellit. Alberi ci potẽtia.*

Chri. Ann. 953. Externo fœliciter perfunctus bello Rex, domestico excipitur Luitulfo Filio rebellante, adscitoque Conrado Duce, negocij plurimum Patri exhibente. Ciuili distractum bello Regnũ ruere ad interitũ videbatur, cum S. Epi- *s. Vdal*
Chri. Ann 954. scopus Vdalricus, Dei nutu, sequester *ricus.* Pacis factus, Filium Patri obsequentem reddidit. Quo tempore Vuillel-

mus

mus Ottonis Filius alter Mõgũtiæ Ecclesiam susceptit administrandam. Gal- *Frod.*
Lotha. Gall. Rex. liæ quoque Rege Ludouico vita fun- *Chrõ.*
cto Lotharius Filius adhuc Puer ab Artaldo Rex inauguratur.

Alber. mors. Moritur hoc eodem anno Alberi-
Octauianus filius. cus, quo sublato, ad Octauianum Fi- *Chri.*
liũ Vrbis regimen, nec ita multo post, *Ann.*
Agapito vita functo, summus quoque *955.*
Pontificatus defertur, quem adeptus *Frod.*
Põtif. creatur. immutasse nomẽ primus dicitur. Ioan- *Chr.*
nes quippè dici voluit, siuè in Patrui
memoriam, siuè aliam ob causam, quæ
Nomẽ mutat. non proditur.

Vngarorum vecordia. Hæc inter Vngari tanto numero
Germaniam inuadunt, ac quodammodo inundant, vt nisi à terra absorberẽtur, aut obruerentur à Cælo, vinci se alia ratione posse negarent. ijs Otto expeditis cum copijs factus obuiam, tanta illos affecit clade, vt cladis nuncius vix superfuerit. parta ea victoria fuìsse dicitur ipso D. Laurentij natali die, in cuius peruigilio pius Rex, ieiunio militibus indicto, ad futuram eos pugnam munijt.

Ottonis pietas.

Edredi Angliæ Regis obitu, Regnũ *Vestm.*
Eduinus II. eius nequitia ad Eduinum, Edmundi Filium, defer- *Chri.*
tur. Hic, quo die Regni susceperat *Sur.*
Diadema, è Procerum, ac sacrorum *Maj.*
Antistitũ corona, quos conuiuio adhibuerat, temulentus se proripiens, in Scortorum amplexus irruerat, rem indignam omnibus detestantibus, argue-

re

re tamen nemine audente, Dunstanus, quem diximus Vir eximius, cubiculũ ingressus, illum, inter duas cubantem fœminas, manu prehensum, non sinè dedecoris exprobratione, in conuiuiũ retraxit; quæ res illi, vt sacerdotalis libertatis laudem maximam, ita apud Regem, ac Mulierculas odium, ac deindè exilium peperit. *S. Dũstani Zelus.*

Eodem ferè tempore, Ordonij obitu, Regnum ad Veremundum Filium impuberem defertur, cuius tutelam Sancius Patruus suscepit. *Veremund. Hisp. Rex.*

Chri. Ann. 956. Moritur post hæc Byzantij Patriarcha Romani Augusti filius Theophilactus, de cuius luxu, atque in alendis equis studio, mira tradit Curopalates.

Vitic. l. 3. Regin. Dira interim Lues boreales Prouincias depasta, Ottonẽ ipsum corripuit, qui sancto Vito Martyri voto nuncupato, statim conualuit.

Chri. Ann. 957. Ioannes subindè Pontifex, qui politicum quoque Vrbis statum administrabat, iuuenili ardore, Pandulfum Capuanum Principem bello petit; eo tamen strenue obsistente, nulla re memorabili gesta, sancita pace, copias reducit.

Chri. Ann. 958. 959. Quo tempore Luitulfus Ottonis Filius, qui ad coercendam Berengarij tyrannidem à Patre missus in Italiam fuerat, fato fungitur. eo sublato, solutus metu Berengarius, impunè deinceps debacchatur. Itaq. Ioannes Pontifex

tifex Legatis ad Ottonem missis, eum rogat, vti, Italiam repetens, Romam accedat. id si præstet, Imperij titulos ei se collaturum.

Romanus Aug. At Romanus Constantini Aug. Filius Patris regimen, quinquagesimum iam annum imperantis, pertæsus, veneno illum bis, vt ferunt, propinato, *Basilius.* sustulit; tum Imperio ipse potitus, Basilium Filium Augustum Appellauit. Chri. Ann. 960.

Otto interim, Ioannis accitu, Italiam petiturus, Comitijs Vuormatiæ habitis, Ottonem Filium, ex Adelaide, *Otto II* etiamnum Puerum Regem creat, ac Vuillelmo ex alia matre Filio Moguntiæ Antistiti nutriendum relinquit. Chri. Ann. 961.

Neque animum despondit Berengarius itaque Adelbertum Filium valido cum exercitu (sexaginta militum millium fuisse tradunt) ad Alpium fauces obsidendas mittit. hìc dum Ottonis aduentum prestolatur, milites, seditione excitata, ad vnum omnes dilabuntur, tutumque Ottoni accessum *Otto* in italiam prestant. Is igitur, Romam *Roma.* profectus summo cum Ciuium plausu exceptus, Imperij insignibus à Ioanne ornatus est, Augustusque à Populo ac- *Donationẽ* clamatus. ad hæc suo & ipse Diplo- *Rõ. Ec* mate, cuius Autographum adhuc ex- *cl. fir-* tat, aureis literis exaratum, *ab Au- mat.* *thore hìc excriptum*, Pipini, Caroli, ac Ludouici donationes ratas habuit. Ticinum inde, Regiam Vrbem, contendit; Chri. Ann. 962. *Luitp. l. 6. c. Regi Chri.*

dit; vbi dum moratur, Vuillam Berengarij Vxorem, quæ in Insulam Lacus Maioris se receperat, duobus obsessam mensibus, in deditionem accipit, quam tamen abire liberam permittit. at illa ad Virum statim properans, qui in Vmbriam recesserat, ac prærupto in scopulo, qui ad S. Leonem appellatur, se munierat, enixè eum hortata est, ne se Ottoni dederet. *Arx S. Leonis.*

Chri Ann. 963. Igitur Otto Arcem sibi, vt bellum conficeret, expugnandam ratus, dum, eam obsessurus, Ticino abscedit, Romam petere compellitur Romanorũ precibus, qui, iure, an iniuria, Ioannem Pontificem proditionis insimulatum, initæ cum Berengario, ac Filio societatis arguebant. auxit suspicionem ipsius ex Vrbe fuga sub ipsum Augusti ad eam aduentum, quo factum est, vt, tumultuariè coacta Synodo, Pontificatus eidem abrogaretur, ac nouus Pontifex Leo Protoscriniarius eligeretur. *caterum legitimane fuerit huiusmodi abrogatio, atque electio, accuratè Author, ex more, quærit.* Moritur hoc eodem anno Romanus Imperator, Constantino Patri triennium vix superstes, natus ipse annos quatuor ac viginti; Basilio autem, ac Constantino Filijs licet superstitibus, Nicephorus Phocas studio militum Imperium capessit; nec ita multo post Theophanem Romani Coniugem matrimonio

Otto iterũ Romæ.

Ioannis depositio

Leo VIII.

Nicep. Imp.

sibi iungit, qua de re turbæ maximæ exortæ sunt, Polieucto Patriarcha duplici ex causa nuptias huiusmodi improbante, atque Augusto sacris interdicente. arguebat illum Polieuctus quod Commatrem sibi matrimonio copulasset, cuius Filium ex sacro fonte suscepisset. tum quod secundas iniisset nuptias, nulla prius, vt apud Græcos moris erat, expiatione instituta.

Otto interim Romanis seditionem molientibus malè mulctatis, obsidibus imperatis Spoletū proficiscitur, atque inde Camerinum; quò vix peruenerat, cum Ioannes, Romanorum studio, qui Ottoni erant infensi, reuocatus, Synodo, cuius Acta extant, statim coacta Leonem, qui iam effugerat, ac illius Acta damnat. Chri. Ann. 964.

Synod. Roma.

Otto tertiò Roma. Ioannis xij. obitus. Benedictus.

Certior de his factus Otto, Romā reuertitur, cum iam mortem Ioannes obijsset, ac Benedictus eidem subrogatus à Romanis fuisset, qui obsidionis incommoda aliquandiu passi, Augustum demum recipiunt, cuius iussu, Conuentu iterum habito, Leone ab eo electo præsidente, Benedicto Pontificatus abrogatur, aliaque multa decernūtur, quæ, quasi legitimo in Concilio gesta, in suum Decretum perperam Gratianus intulit.

dist. 63 c. 23.

Gratiani error.

Berēg. deditio

His perfunctus Otto, obsessum haud diu apud S. Leonis Arcem Berengarium, Vna cum Vxore in deditionem acci-

Add. ad Regin. & ad Annal.

accipit, acceptum in Germaniam mittit; hic vbi biennio vix exacto moritur, Bambergæ Regia ferè pompa tumulatus. ferunt Vxorem Vuillam, Viro adhuc insepulto, sanctimonialis Velum suscepisse. *Item mors.*

Curop. Hoc tempore Nicephorus Cyprum
Cedrē. Insulam, Syriæque, ac Ciliciæ Vrbes
Zon. propè centum de Sarracenis recepit: fœlix, nisi prauis vicissim moribus partam Victorijs laudem dehonestasset.

Chri. Haud diu moratus Romæ Otto, in
Ann. Saxoniam remigrat, Benedicto secum *Bene-*
965. abducto ne quid interim turbarum, eo *dict. PP*
inibi relicto, oriretur. porrò Ambur- *obitus.*
gi eum relegatum, haud diu superstitem fuisse constat.

Moritur hoc item anno Leo Pseu- *Item*
dopontifex, quo sublato, Ottone an- *Leonis*
nuente, Ioannes hoc nomine XIII. *Pseu-*
Pontificatum adipiscitur, quo tamen, *dopōt.*
non nisi sequuta Benedicti morte, de *Ioan.*
qua non satis constat, legitimè fun- *XIII.*
ctum fas est dicere.

Sed nec Ioanni quietè agere diutius licuit; per Ciuium quippè seditionem pulsus, Capuæ exul aliquandiu fuit.

Hic ipse notatur annus, quo veteris Sarmatiæ Accolæ, Sclauorū & ipsi propago, qui Poloni postea dicti sunt, *Poloni*
fœlici auspicio, Christo nomen dede- *Chri-*
Su. II. re. Quo pariter anno Bruno Ottonis *stiani*
Octob. Frater Coloniēsis Archiepiscopus san- *fiunt.*

ctimonia æquè, ac splendore generis clarus, diem obit extremum, cuius res gestas Rotgerus Monachus scriptis mandauit.

Certior interim factus Otto Imp. de Ioannis eiectione, Romã iterum profectus, grauiter in turbarum Authores animaduertit, pulsis non Vrbe modo, sed Italia Cõsulibus, Tribunis suspendio necatis. Præfectus vtre redimitus auersusque Asino per Vrbem circumuectus, ac seruiliter cæsus, perpetuo demum carceri addictus est. Chri. Ann. 966. *Regin. Chrõ.*

Otto quartò Romæ.

Huiusmodi seueritatis exemplo non Vrbe modo, sed Italia pacata vniuersa, Augustus Rauennã cum Ioãne proficiscitur, vbi, indicta statim Synodo, multa ad Politicum æquè, ac Ecclesiasticum rerum statum spectantia decreta sunt. constat insuper ex antiquis monumentis Ottonẽ Filium hoc eodem anno Augustum appellatũ. quod Romæ factum traditur, vndè Augustos Luitprandũ Historicum, tum Episcopum Cremonensem Byzantium legasse par est credere. extat ipsius Legationis relatio haud ita pridem in lucem edita, *ab Authore hìc relata*, quæ veluti fax quædam rerum hoc tempore gestarum tenebras mire illustrat. porrò Legationem huiusmodi ad conciliandas inter Ottonem Iuniorem, ac Romani Filiam, Nicephori Priuignam, nuptias institutam, irritam tum qui- Chri. Ann. 967. Chri. Ann. 968.

Synod. Rauẽnæ.

Luitp. altera Legatio.

quidem fuisse constat.

Chri. Ann. 969. Cæterum sequenti anno idem Nicephorus suos ipse Legatos in Italiam mittit nuptiarũ spe illectos Augustos in insidias perducturus. illi, fraudem haudquaquam suspiciati, copiarum partem ad Sponsam deducendam in Calabriam mittunt, quæ à Nicephori militibus classe illuc delatis, Græca fide, trucidatur; non tamen impunè; quippe Otto expedita suorum manu, nulla mora interposita, submissa, Græcos egregiè vltus est. *Nicep. fraus.*

Curop. Cedrẽ. Nicephorus interim, quà inertia; quà libidine, atque auaritia Byzantij Ciuibus, atque adeò ipsi Coniugi inuisus, illius iussu Ioannis Ducis, cognomento Zemiscis, opera interficitur. interfecti Augusti prę mium ipsum Imperium fuit. Hic statim expetitam ab Ottone Sponsam Theophaniam, quam latini Annam dixere, ad eum mittit. *Nicep. cades. Io. Zemisces*

Acclamatus porrò à Populo Augustus Ioannes, dum Templum init, Diadema à Patriarcha Polieucto receptu-rus, inhibitus ab eo est vtpote recenti cæde cruentatus. cum autem id se, Augustę iussu, nec sua manu perpetrasse diceret, ipsa Augusta in exilium agitur: Ioannes non prius coronatur, quã, publicè expiato parricidio, facultates omnes, quas Priuatus possedisset, in pauperes largitus est. *Polieucti facinus.*

Reliq. in Gal liã trã slata.

Venerat haud ita pridem in Italiam Theodoricus Metenſium Epiſc. Ottoni Aug. ſanguine, atque amicitia coniunctiſſimus. reuerſurus itaque in Galliam SS. Martirum Reliquias Io: Pontificis permiſſu multis ex Vrbibus ſecum auexit; Peruſia Aſcleprodori: Fulgineo Fœliciani: Spoleto Serenæ, ac Gregorij: Meuania Vincentij: Tuderto Fortunati: Florentia Miniatis: Corſinio Luciæ: Sabinenſi ex Agro Prothi, ac Iacynthi: Roma inſuper Petri capillum, & Catenæ partem: Stephani quoque Prothomart. Sanguinem, ac Laurentij Craticulæ fragmen. cæterum eorumdem SS corporum partem maximam relictam par eſt credere; cum pleriſque omnibus in Vrbibus, vnde ablata dicuntur, ſeruentur adhuc, colanturque.

Sarracen. ſauitia.

Hoc eodem anno Ioannes Hieroſolimorum Partiarcha à Sarracenis, qui Prouinciam obtinebant, vna cum auguſtiſſimo Dominici ſepulchri Templo, viuus incenditur. Chriſtophorus quoque Patriarcha Antiochenus, eorundem rabie trucidatur. Nec diu ſuperſtes Polieuctus, Conſtantiæ, ac ſacerdotalis libertatis laude clarus, altero, à Ioanne Aug. coronato, menſe, extinguitur.

Duorũ Patriarcharũ cades.

Chri. Ann. 970.

At Ioannes Imperio ſtatim potitus, Sarracenos Antiochia pellit: Roxolanos, ſiuè Ruſſos Boreales Populos Thra-

Thraciam magno numero inuadentes, fœliciter propulsat.

Hoc eodem anno, qui sæculi est LXX. generale totius Angliæ Concilium à Dũstano Cantuariensi Archiepiscopo celebratur. *Synod. Anglicana.*

Chri. Ann. 971. Sequenti verò ab eodem, ac Rege Edgaro Legatio ad Ioannem Papã instituitur; quo tempore ab ipso quoque Romæ Synodus celebrata est. *Synod. Romæ.* Post hæc Otto, inita cum Græcis pace, ac Filij nuptijs celebratis, Germaniam post quadriennium demum repetit. Parthenopolim, quæ Germanicè est Magdemburgum, ad Albis ripam, condit, ac Prouinciæ Metropolim constituit. *Magdemburgus*

Europ. Ioannes porrò græcus Imp. parta de Bulgaris, alijsque ad septentrionem Populis, insigni victoria (trecenta amplius Barbarorum millia fusa, magnaque ex parte cæsa ab eo dicuntur) Rege insuper Bulgarorum cum Vxore, ac Liberis capto, Bizantium reuersus, equo ipse insidens, Deiparæ Imaginem sublimi impositã Curru triumphare voluit, nec belli tantum, sed Pacis quoque artibus, ac pietate clarus Imperator, Christo Redemptori Templum, regio sumptu, condidit: nouo à se cuso Numismati, Christi imaginem, quod nunquam antea factum memorant, indidit, huiusmodi cum inscriptione. CRISTVS REX REGVM. *Ioan. Imp. Victoria. Triũphus Deiparæ.*

Tributũ fumariũ

Tributũ quoque Populo remiſit, quod *capnicum* dicebatur, hoc eſt *fumarium*: idem fortaſſe, quod alicubi adhuc penditur, & *foculare* appellatur: quodverò omnium ei maximè laudem

Baſil. ac Cõſtãtin.

comparauit Romani Auguſti Filios Baſilium, ac Conſtantinum Imperij conſortes fecit.

Ioan. XIII. obitus.

Romæ interim Ioannes Pontifex diem obijt extremum, ſepultuſque eſt apud S. Paulum, quo in templo eius Epitaphium adhuc legitur, rudi carmine, pro temporum inſcitia, marmori inſcriptum. Chri. Ann. 972.

Otton. Magni obitus.

Nec diu ſuperſtes Magnus Otto, poſt celebratam apud Angeleim Synodum, cum Matildam matrem, ac Vuillelmum Filium extuliſſet, viuendi finem fecit, cum annos imperaſſet, prope XII. regnaſſet XXXVI. Chri. Ann. 973.

Bened VI. PP

Ioanni Benedictus ſubſtituitur, hoc nomine ſextus numeratus. Tum patris obitu Otto Filius, qui iam ſextum cum eo imperabat annum, Imperium ſolus moderatur.

Strangulatur.

At vero Benedictus annuo vix Pontificatu functus, à Bonifacio Diacono ſceleſtiſſimo, violenta manu captus, ac cuſtodiæ traditus, ibidem, eius iuſſu iniecto laqueo, ſtrangulatur. Bonifacius ipſe ſedem occupat, quam non vltra annum retinet, itaque nulla ipſius ratione habita, Leo Oſtienſis, ac cum eo alij, Benedictum Septimum, poſt Chri. Ann. 974.

Bened VII.

ſex-

Chri. Ann. 975. sextum recensent. Hic ex Alberici consanguineis apud Romanos authoritate in primis pollens, Bonifacium cedere Vrbe compulit, ac Byzantium aufugere, quò, sacrilega cum preda, Apostolorum Principis Templo expoliato, nauigauit. tum verò, omnium suffragijs, ipse Benedictus, ex Sutrino Episcopo, Rom. Pontifex electus est.

Curop. Hoc eodem anno Ioannes Aug. Bizantij obijt veneno, vt traditur, sublatus. post quem Basilius, ac Constantinus Cæsares Imperij regimen suscipiunt; quaquam Hic, Fratre superstite, Augusti vix nomen retinuit. *Ioan. Imp. mors.*

Per idem tempus Edgaro Angliæ Rege vita functo, diffidium inter Regni Proceres maximum exortum est; horũ alijs Eduardo Maiori natu, Etelredo alijs studentibus. rè denique ad Episcopale Iudicium deuoluta, Eduardo Regnum defertur. quo tempore, eodem in Regno, contentione inter Clericos quoque, ac Monachos exorta, Dumstano Archiepiscopo adnitente, Monachis causa adiudicata est.

Chri. Ann. 976. 977. *Sur.* 19 *Iul.* Tum Vir sanctissimus Romualdus summo apud Rauennates loco natus, D. Benedicti sacrum institutum prídem sectatus, sanctioris disciplinæ studio, Eremum petit, suoque exemplo Viros nobilissimos Petrum Vrseolum Venetiarum Ducem, ac Ioannem *S. Romualdus.* *P. Vrseolus.*

Ioan. Gradenigus. Gradenignum ad idem vitæ genus sectandum impulit.

Orta hoc tempore contentio est inter Ottonem Augustum Magni Filium, ac Lotharium Gall. Regem, ex eaque bellum atrox. Chri. Ann. 978.

Eduardus Rex Mart. Quo tempore Eduardus Angliæ Rex Nouercæ insidijs necatur, ac pro Martyre ab Anglis colitur, cultum Deo, miraculis vulgò editis, comprobante. *Appēd ad Bed Vuesm. Sur. 18 Mart.*

Etelredus. Eo sublato, Regnum Etelredus Frater decennis puer, impia cum Matre moderandum suscipit, quæ tamen miraculis, quæ diximus, territa, facti pœnitens, insigni morum mutatione Priuigno parentauit.

Cæterum dum Rex Puer sequenti anno coronatur, Dunstanus Sanctissimus Archiepiscopus Regnum, fraterna cæde partum, haud quaquam in posteros propagandũ vaticinatus est. Chri. Ann. 979.

Subit annus sæculi LXXX. quo Otto Aug. in Italiam veniens Veronæ consedit. Chri. Ann. 980.

S. Nilus. Per idem tempus Nilus sanctissimus Eremi cultor, qui apud Calabriam agebat, futuram Prouinciæ cladem a Saracenis, Dei monitu, anteuertens, Cassinum contendit, exceptusque est non secus, ac si magnus Antonius ex Ægypto veniſſet, aut rediuiuus adesset Benedictus. *Sigib. Chrõ. Leo Ost l. 2. c. 17.*

Haraldus Dania. Quinquaginta iam, apud Daniam, annos Haraldus regnabat, qui Christo Re- *Adũ. l. 2. c. 18.*

Regnum subiecerat, cum, ab impio Idolorum cultore Suen Filio, pettus bello, atque acie victus, vulnere exceptο, moritur, interque Martyres recensetur. cæterum haud diu lætus parricidio Suen fuit, à Sclauis bis victus, captusque, bis auro à suis redemptus, ab Herico demum Suecorum Rege spoliatus Regno, annos ipsos quatuordecim apud Scotiam, aliasque regiones exul vixit, non antea in Regnum restitutus, quam Christi Fidem Regno ipse restituit. *Rex Mart. Suẽ fil. Heric. Suec. Rex.*

Chri. Ann. 981. Subinde Bulgari Samuelem Regem bello strenuum nacti, Thraciam, ac deinde Macedoniam, Tessaliam, ac Græciam vniuersam impunè populati, hostilibus onusti spolijs recedunt, inter quæ Sanctorũ quoque reliquias (nam Christi fidem colebant) Lariſſa in primis, Tessaliæ Vrbe, auexere.

Chri. Ann. 982. 983. *Sigib. Ostien. l. 2. c. 9. Ditm. lib. 3. Mar. Scot.* Interim Otto, qui paternum potius nomen, quam indolem referebat, magna à Græcis, quibus apud Calabriam bellum intulerat, accepta clade, in Hostium potestatem venit. fuga tamen elapsus Romæ receptus, mœrore animi absumptus, moritur, Imperij anno X. cui Otto Filius huius nominis III. vel (si Ottonem Siluium Galbæ olim successorem adnumeres) IV. succedit. Ferunt morti proximum Regiam gazam quadripartitò, in Ecclesias, Pauperes, Milites, Aulicosque, ac Ma- *Otto à Græcis capitur. Moritur Roma. Otto III.*

thilden sororem diuidendam legasse.

Synod. Romæ. Celebratur hoc eodem anno. Romæ Synodus à Benedicto, in qua, inter cætera, Giseleri Magdeburgensis Antistitis causa discussa est, quod malis artibus eam Ecclesiam administrandā ab Ottone recepisse diceretur, tum, quod Merseburgensis Episcopus iam tum esset. *Adā. l. 2. c. 1 Ditm. lib. 3.*

S. Adelbertus Eodem fere tempore Vir eximius Adelbertus Pragensis Episcopus indociles disciplinę Boemos deserens, Romam venit, Hierosolymam profecturus. cæterum cum Casinum accessisset, indeque Beatum Nilum apud Vallem Lucis, vt vocatur, conueniisset, eius suasu Romam reuertitur, vbi haud diu moratus, Ioannis iussu, qui Benedicto successit, suam demum Ecclesiam repetit post quinquennium.

Bened PP. obiit. Moritur autem Benedictus exacto Pontificatus anno IX. quod sepulcralis docet inscriptio, quæ apud Basilicam S. Crucis vitiosis, ineptisque versibus marmori inscripta adhuc legitur. aliam porrò memoratu dignam inscriptionem hoc ipso anno marmori incisam habet Romæ Diaconia SS. Cosmæ, ac Damiani, *quam ab Authore hìc exscriptam, dum hac ipsa prodimus, Vrbanus Pontifex decentiori loco inspiciendam collocabat, huiusmodi cum inscriptione.* Chri. Ann. 984.

Vetus monumētū.

Vrbani VIII. opus.

VR-

VRBANVS VIII.
PONT. MAX.

Monumentum hoc, quo Priscorum Patrum, erga Fidelium defunctorum animas, pietas declaratur, ad retinendam rei memoriam hìc voluit collocari. An. Sal. MDCXXXII. Pontif. X.

Sed & Templum ipsum, pene collapsum, magno sumptu instaurabat, quod inscriptio alia, è ragione, docet, quæ sic habet.

VRBANVS VIII.
PONT. MAX.

Templum geminis Vrbis Conditoribus superstitiosè dicatum, à Fœlice III. SS. Cosmæ, & Damiano Fratribus piè consecratum, vetustate labefactatum, deiectis lateralibus parietibus, totius superioris Basilicæ à se exædificatæ, excitatis, fornice mediæ, inter inferiorem, & hanc, extructo, nouo imposito laqueari, area denique complanata, in splen-

Tres sũt ibi Basilicæ vna super alia.

di-

didiorem formam redegit. An. Sal. MDCXXXII. Pontif. X.

Ioan. XIV. PP. Ex vetusta autem, quam diximus, inscriptione constat Ioannem hoc nomine XIV. Benedicto statim subrogatum. hic Petrus antea vocatus est, fuitque Episcopus Ticinensis Ottonis verò Aug. Archicancellarius. cæterum Pontificatum summum vix adeptus, à Bonifacio, quem Byzantium aufugisse diximus, Romam reduce, captus, ac in Æliam Arcem, quæ S. Angeli est eadem, coniectus, fame inibi, quatuor post menses necatus est. tum extincti cadauer pro Arcis foribus ostentui Populo exponitur. mensibus exinde alijs quatuor elapsis, Bonifacius ipse repentina morte extinguitur, atque vnco nudus trahitur. quo sublato Ioannes alius hoc nomine XV. omnium suffragijs Rom. Pont. eligitur.

Capitur, ac fame necatur.

Ioan. XV.

Albericorum tyrannide dudum extincta, nouus Vrbem hoc tempore Tyrannus occupat Crescentius Nomentanus, qui, titulo Consulatus, Æliã sese apud Arcem communierat. huius potentiam metuens Ioannes, in Tusciam proficiscitur. hinc sollicitari ab eo Ottonẽ crebris Legationibus Romani Ciues cum animaduerterent, memores quæ passi haud ita pridem ab Augusti Patre, atque Auo fuerant, ob.

Cresce tius tyrãnus.

Chri. Ann. 985.

ob illatas Pontificibus iniurias, honorifica eum legatione in Vrbem reuocant, ac tranquilla aliquandiu pace perfruuntur.

Chri. Ann. 986. Per idem tempus apud Hispaniam Ramirus, apud Galliam Lotharius, obeunt. huic Ludouicus Filius, illi Veremundus III. Ordonio natus succedunt.

Curop. Cedrē. Quo tempore Græciæ pars maxima, ac Thraciæ, in primis vero Byzantium ipsum terræmotu vehementi concutiuntur. *Terræmotus.*

Chri. Ann. 987. At Lotharij Filio Ludouico, ab adepto statim Regno, vita functo, Carolo Patruo licet superstite, Regnum ad Hugonem Comitem Parisiensem cognomento Capetum Gallorum Procerum suffragijs defertur: hic ex Ottonis Magni Sorore natus, paternum genus ex eadem Caroli Magni stirpe duxisse fertur. *Hugo Capetus Gallo. Rex*

Curop. Cedrē. Sub idem fere tempus Bardas cognomento Sclerus, qui & Phocas dictus est, Augusti nomen apud Orientem arripuit. quæ hinc bella plusquam ciuilia exorta sint, nosse Lector si cupiat, Scriptores Græcos habet, quos consulat hæc fusè referentes. *Bard. Scler. Imp.*

Chri. Ann. 988. 989. Dunstanus post hæc sanctissimus Cantuariensis Archiepiscopus ad Deū migrat, vir planè apostolicus, cuius res gestas Osbertus Monachus summa fide posteris tradidit. *S. Dunstani obitus.*

At

At verò Adelbertus suæ haud ita pridem Ecclesiæ redditus, Pannoniam inde petijt, ac Geisam Gentis Principem ad Christi Fidem conuertit, natumq. ei Filium Stephanum inclytum postea sanctimonia Regē baptizauit.

Steph. Vng. Rex.

Carolus Lotharij Frater, vindicare sibi auitum Regnum dum satagit, atque ad militū stipendia Ecclesias spoliat, ab Hugone victus, captusque, spe omni eius recuperandi excidit. Chri. Ann. 990. 991.

Rhemensem hoc tempore Ecclesiam ipsius Hugonis beneficio obtinebat Arnulfus ipsius Lotharij Filius, siue, vt alij tradunt Frater, illegitimus. Is initæ cum Carolo Patruo (siue is Frater fuerit) conspirationis reus constitutus, Synodale declinans iudicium, ad Sedem Apostolicam prouocauit. extant hac de re Hugonis Regis, ac Episcoporum Rhemēsis Diœcesis ad Ioannem Pontificem literæ, ad quem suos ipse Legatos Arnulfus miserat. rem gestam haud integra fide Gerbertus tradit, qui Episcoporum suffragijs, Regisque imperio Arnulfo eidem suffectus, Ioannis postea sententia deiectus est, hæc tamen non vno anno gesta sunt. *Gerb. de Cōci. Rhē & ep. ad Vuild.*

Contigit hoc ipso tempore Osualdi Sanctissimi Vuingosnienſis, apud Angliam, Episcopi ad Deum transitus, cuius res gestæ, ab eius temporis Authore traditæ, adhuc leguntur. Chri. Ann. 992. *Sur. 15 Octob.*

Post

Chri. Ann. 993. Post hæc Ioannes Pontifex Vdalricum Episcopum Augustanum in sanctorum numerum retulit, quod ex eius Diplomate Augustæ hactenus asseruato constat ab eodem Vuelfero in lucem vendicato. Relationum porrò huiusmodi in sãctorum numerũ vsum frequentem hoc tempore in Ecclesia fuisse, ex Petri Damiani Epistola ad Henricum Rauennatem Episcopum edocemur. *S. Vdalrici Canonizatio.* *Ep. 16.*

Glab. Hoc eodem anno, qui à Christo nato septimus ante Millesimum numeratur, flammarum vomitiones admirandas edidisse Vesuuiũ tradunt; tum, *Vesuuij incendia* fato veluti quodam, Vrbes vbique plures incendijs obnoxias fuisse, Romanam in primis, apud quam, ipsum Vaticanum Templũ comburi ceptum, diuinitus seruatum est.

Chri. Ann. 994. Contentione, quam diximus, ex Hugonis Regis in Arnulfum odio exorta, non deiectus modo hic fuerat, sed in carcerem quoque detrusus, appellatione licet ab ipso interposita. hac de re Ioannes Rom. Pontifex, cum Regi grauiter succensuisset, Is, illum vt placatum redderet, obsequij plenas ad eum literas dedit, honorifica Legatione adiecta.

Chri. Ann. 995. Igitur Pontifex Leonem Abbatem Legat in Galliam, à quo semel, atque iterum coacta Synodo, re discussa, Arnulfus pristinæ dignitati restituitur, *Dupl. Synod.*

maxi-

Hugonis laus. maxima cum Hugonis Regis laude, exemploque ad Principes singulari. constat enim Ioannem hoc tempore, sub Crescentij tyrannide, veluti captiuum Romæ fuisse, vt facilè contemni à tanto Rege potuerit, si Regni potius, quam pietatis rationem duxisset.

His à Leone in Gallia peractis, Ioannes ipse moritur; quo sublato successor ei datur Gregorius hoc nomine V. Germanus homo Ottonis Regis consanguineus. eodem tempore Crescentius, pro ea, qua pollebat Romæ potentia, Philagatum Episcopum Placentinum, Gregorio expulso, pontificali in sede locat. hic, mutato nomine, Ioannes dici voluit. Chri. Ann. 996.

Gregorius V.

Io. Pseudopõtifex.

Otto Romæ. His permotus Otto, Romam cum exercitu venit, obsessumque diu Tyrannum, qui sese in Hadriani Molem receperat, seu vi, seu dolo (nam vtrũque traditur) in potestatem receptum, supplicio affecit. Ioannem quoque Pseudopontificem ignominia affectũ, Militum, ac Populi sæuitiæ tradidit. tum rebus ex animi sententia pacatis, Augustus à Gregorio appellatur. *Galb. l. 1. c. 4 Ost. l. 2 c. 18. P. D.*

Crescẽtiũ neoat.

Coronatur.

Gregorius porrò Germaniam, vnde ortum duxerat, prærogatiua insigni ornaturus, ius eligendi Romanum Regem, qui post Diadema à Romano Pont. collatum, Imperator, atque Augustus diceretur, penes Germanos tantum Principes vt deinceps esset, de-

Imperij Electores.

Illyr. de trã. st. Imp.

decreto sanxit. rem probè testatam, quod Nouatorum quidam, insito in Rom. Ecclesiam odio, impudenter inficiari sint ausi, Robertus Card. Bellarminus, Commentario hac de re edito, ità in apertam lucem protulit, vt nullus dubitandi locus iam supersit. Ottonem sanè id expetijsse, ac, dum Romæ fuit, apud Pontificem egisse par est credere, verũ non suo, sed firmiori, hoc est Pontifico, Decreto, rem sancitam voluisse. Cæterum quemadmodum exploratum est, eam facultatem Germanis Principibus à Gregorio tũ collatam, ita non satis compertũ, quo demum tempore, quoque Authore ad Septemuiros, qui nunc Imperij Electores vocantur, redacta primum sit. constat enim post hæc tempora per annos amplius CC. qutquot Romani Reges electi sunt, eos non septem tantum sed omnium fere Germanorum Principum suffragia tulisse.

Bellarminus.

Septẽuiri Electores.

Chri. Ann. 997. *Sur. 23. April. P. Dã. in Romual. c. 88. Su. 20. Aug.*

Germaniam repetens Otto, Adalbertum Pragensem Episcopum secũ duxerat; Is haud ita multo post Martyrij palmam adeptus est, quem sequutus Bonifacius ipsius Augusti consanguineus, ex B. Romualdi disciplina Monachus haud absimili victoriæ genere est potius. Quo tempore Geisa Parente vita functo, Stephanus, Sanctimonia postmodum clarus, Vngarorum Principatum adipiscitur.

S. Adalbertus M.

S. Bonifacius Mart.

s. Step. Vng. Rex

Hu-

Rob. Gall. Rex. Hugone quoque è viuis sublato, Robertus Filius, qui cum eo regnauerat, Galliæ Regnum administrare solus incipit. Is Commatrem, eandemque affinitate sibi iunctam fœminam Vxorem duxerat, non conniuentibus modo Regni Episcopis, sed etiã comprobantibus, qua de re tum ipso, tum illis à Gregorio increpitis, atque intentati Anathematis metu perterritis, illicitum, atque adeo infaustum cõnubiũ (nam monstrum Mulier pepererat Anserem, quam hominem potius referens) dissolutum est. Chri. Ann. 998.

Eius Vxor mõstrũ parit.

Veremundus interim Hisp. Rex, dum, Regni parte maxima amissa, Sarracenorũ iugum subiturus videretur, illustri de Almansore, victoria potitus, præter spem omnem, Regnum stabiliuit; atque Alfonso Filio eius nominis V. haud diu ipse superstes, reliquit.

Alfonsus V.

Otto Romã tendit. Hoc tempore Otto Romam properans prope Mutinam cõsederat. res tum accidit memorabilis, quam præ alijs Gothefridus Viterbiẽsis carmine descripsit. Maria Augusta Mutinensem Comitem in sui amorem pellicere nequicquam conata, amore, vt accidit, in odium verso, Insontem, apud Virum, intentati sibi stupri insimulauit, ac supplicio affici curauit. Comitis tum Vxor Augustũ ius dicentem adit, candentique lamina, innoxiè, manibus tractata, fidem facit Virum suum

Crãt. l. 4. c. 26. Sigon. l. 7.

Mirũ de eius Vxore.

in-

insontem morte mulctatum; tum Augustam ipsam ad libidinis, & calumniæ pœnam vocat. re detecta, Otto Coniugem igni tradit. Romam inde cum venisset, factiosorum ibidem conspiratione Ciuium, maximum vitæ periculum adijt, quod in ipsos vertit.

Chri. Ann. 999. Antequam Italia excederet, sequuta Gregorij morte, Romanis omnibus infensus, Gerbertum, quem Rhemensi deiectum sede diximus, quique Rauennatem postea Ecclesiam obtinuerat. vacuam subire sedem iussit. Is, mutato nomine Syluester dici voluit. quod autem reconditarum rerũ scientia mathematicis in primis disciplinis instructus esset, Magus ab imperita multitudine est creditus, ex quo horrenda de eius interitu manauit fabula. porrò cum iam annum in Italia moratus Augustus fuisset, in Germaniam reuertitur, indeque in Poloniam non aliã profecto ob causam, nisi vt sacras inde reliquias Christi martyris Adelberti aueheret, quas sequenti anno, qui à Christo nato fuit millesimus, Romam repetens, pius Imperator, secum detulit; extructaq. Tiberina in Insula, ad Esculapij olim Templum, Basilica, alias quoque in eam venerandas reliquias, Apostoli in primis Bartolomei, ac Paulini Nolani Episcopi, Beneuento translatas, intulit.

Greg. obitus.

Syluester II.

Magus reputatur.

Chri. Ann. 1000. *Otto iterum Roma.*

Exindè Augustus indictam à Romual-

mualdo peregrinationem ad D. Michaelis Templum ad Garganum Montem pedes instituit. *Sur. 20. Augusti.*

Steph. Vng. Rex.

Quartus à Patris obitu annus agebatur, cum Stephanus Vngarorum Princeps, Legatione ad Rom. Pontificem instituta, Regium ab eo nomen expetijt, regioque cum nomine Coronam quoque Regiam impetrauit.

Regnũ Rõ. Eccl. donat.

tum Regnum ipsum B. Petro, ac Romanæ Ecclesiæ, religiosa munificentia, donauit, precario ipse in posterum, fœneciter haud secius, regnaturus. *Greg. 7. ep. 13. 63 & 70. l. 2. & ep. 25. l. 3.*

Libri X. finis.

AN-

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

A LVDOVICO AVRELIO Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER XI.

Respondẽs Vndecimo Authoris Tomo

Chri. Ann. 1001.

ANno à partu Virginis millesimo iã exacto, nouum sæculum redordimur, cuius initiũ, non veterum modo, sed recentiorum quoque, qui tum supererãt, complures Antichristi aduentu, atque adeò Mundi interitu funestum futurum, inani vaticinio, euulgauerant. *Inanẽ vaticinium.*

P. Dã. in Rõ. l. 34.

Hoc eodem anno, ac sęculo ineunte Otto Aug. Romam profecturus,

Ra-

Rauennam peruenerat; hìc, Romualdo ſuadente, parum abfuit, quin, abdicato Imperio, Monaſtichum vitæ genus ſuſceperit. id tamen præſtiturũ ſe, poſt Romanos Ciues perdomitos, cum polliceretur; *ſi Romam*, inquit Vir ſanctus, *contenderis, Rauennam ſcito te haudquaquam reuiſurum.* Romam itaque profectus, infidos eos maximè expertus, quos fidiſſimos, ex Romanis Ciuibus exiſtimaſſet, eorum inſidias vix euaſit. ad hæc Creſcentij olim Coniugis amore captus, Vxorẽ illam, an Pellicem ſibi ſociauerit, haud ſatis conſtat. vtcumque, illius eum illecebris, atque inſidijs, veluti Sampſonem alterum interijſſe, plerique omnes tradunt. quippe Vrbe recedentem, vt exortos in Germania motus compeſceret, fruſtrata ſpe Mulier, veneno ſuſtulit chirothecis indito, quas pro amatorio illi munere obtulit; quod ſub ſequentis anni initium accidiſſe ferunt.

Romã venit.

Veneno extinguitur.

Chri. Ann. 1001

Hẽric. Rex e. ligitur Steph. Vng. Rex.

Eo ſublato Henricus Bauariæ Dux, Germanorum Procerũ ſuffragijs, Rex eligitur, cuius Filia Giſela Stephano Vngariæ Regi nuptui tradita prudentia, ac ſanctimonia, Viro ſanctiſſimo, magno, ad res gerendas, adiumento fuit. porrò hoc eodem anno Stephanus à Giula Auunculo, qui apud Daciam, quæ Tranſiluania iam dicebatur, imperitabat, laceſſitus, Prouinciam ei

ade-

ademit, ac Christianam reddidit. Bulgaros quoque, Vngariam inuadentes, repulit.

Ost. l. 2 c. 38. Quo tempore Northmanni XL. non amplius numero, Hierosolymis, quò pietatis causa profecti fuerant, reuertentes, excensione ad Salernum facta, Vrbem à Sarracenis obsessam cum vidissent, Hostium castra irrumpentes, Guaimarũ Salerni Principem adeunt, petitisque ex eo equis, atque armis, Sarracenos in fugam vertunt, obsidione Vrbem eximunt. horum virtutem admiratus Princeps, eos nequicquam, Salerni vti subsisterent, hortatus, donis maximis abeuntes prosequutus est. Legatis insuper ad eorũ populares missis, eos ad Coloniam illuc deducendã inuitauit; quæ Siculi, Appulique posteà Regni eius nationis florentissimi veluti semina fuere.

Normãnorum in Italiã aduentus

Chri. Ann. 1003. Siluester interim Rom. Pont. qui ab Ottone Vrbe abductus, post illius obitum eam repetierat, haud diu post reditum superstes, moritur. Extat apud Lateranum inscriptio sepulcralis eius tumulo indita, ex qua conficta à Bennone primum de horrendo eius interitu fabula abundè refellitur. Extant pariter eius lucubrationes nonnullæ, cũ multò tamen plures interciderint.

Syluestri PP obitus.

Eo sublato Tusculanorum Comitum factione Romæ cæteris præpollente, Ioannes Pontificatum adipisci-

Ioãnes XVIII

tur hoc nomine (illegitimos quoque si adnumeres) XVIII. cui, post menses ferè quinque, decimus nonus subrogatur.

Ioãn. XIX.

Exinde apud Galliam Abbo Floriacensis Monasterij Abbas Vir eximius Martyrio coronatur. Chri. Ann. 1004.

Roberti Regis demissio.

Synodis hoc tempore apud Galliã frequenter habitis, Roberti Regis pietas magnopere eluxit, quippè non his modo interesse, sed humillimum Episcopis obsequiũ prestare, summæ sibi gloriæ duxit. sanè cum aliquandò Lingoniensem Episcopum altiori subsellio insidentem, obesi præ mole corporis, suspensis à terra pedibus adspexisset, suppedaneum ei afferre non erubuit. *Glab. l. 3. c. 3. Sigeb. Chrõ. Helgald. in Vit. Rob.*

Arduigus Tyrãnus.

Sub hæc tempora Arduigus Regiũ in Italia nomen, cum Ticino Vrbe Regia, inuaserat. hunc bello petit Henricus; eoque victo Rex ipse Ticini coronatur. verum eodem die, contentione inter Ciues, ac Milites exorta, incendio Vrbs vastata iterum est. Henrico postmodum in Germaniam reuerso, Tremoniensis Synodus celebratur, cuius excidisse Acta iure est dolendum. Chri. Ann. 1005. *Ditm. l. 6.*

Duplex Synod.

Hẽrici demissio.

Post hæc Francfordiæ quoque Synodus cogitur, cui cum pariter Rex pius interesset, Robertũ veluti æmulatus, Episcopos in ea alloquuturus, humi procumbens, assurgere non prius Chri. Ann. 1006. *Ditm. ibid.*

vo-

voluit, quam, qui Synodo præerat Moguntinus Archiepiscopus, suis eũ manibus attolleret. actum ea in Synodo est de Bambergensi Ecclesia in Episcopatum erigenda; quod cum in Herbipolensis detrimentum cedere videretur, ægrè tandem, humillimis ad Patres precibus, Rex religiosissimus impetrauit, opulento nouæ Sponsæ patrimonio, dotis nomine, attributo. per idem tempus fame, ac pestilentia terræ Orbis fere vniuersus laborabat. *Bãbergæ Ecclesia.*

Chri. Ann. 1007. *in vit. s. Volf. Sur. 31 Oct.*

Tum Henricus Rex diuino ostento, ad pietatis opera licet propensissimus, mirum in modum incitatus est. visus est sibi per somnium S. Volfgangi sepulchrum, orationis causa, adire, ab eoque caput inde attollente, admoneri, vt characteres in muro propè tumulum legeret, respexit ille, atque hæc ibi inscripta vidit; POST SEX. quæ cum futurum illi Imperium post sex annos, vt res docuit, prænunciarent, ipse expergefactus, mortem sibi post sex dies prædicere suspicatus est. itaque multa pauperibus elargitus, anxius rei exitum præstolatur. porrò sex diebus elapsis, ad sex menses rei euentum delatum credidit, tum his quoque exactis. ad sex annos, quibus demum euolutis, Romæ Augustus appellatus, vaticinium intellexit. *Diuinũ ostẽtum. Ostẽti euentus.*

Chri. Ann. 1008.

Hoc tempore insignes sanctitate Viri Bruno, ac Bonifacius Prussorum *Bruno,*

nifac. mart. Rumualdi cõsiliũ.

ille, Hic, Russorum Apostolus, Martyrij palmam consequuntur, quorũ æmulatus laudem Romualdus, Romano Pont. annuente, cum Monachis ex suo ipsius contubernio quatuor, ac viginti iter in Vngariam capessit. cæterum eius vix Prouinciæ fines attigerat, cũ, aduersa correptus valetudine, subsistere primò, tum repetere Italiá coactus, socios secum septem, optione omnibus data, reduxit, reliquos ad destinatum munus obeundum, bene illis precatus, dimisit.

Ditm. l. 6. c. 7 P. Da. in Ro. c. 29.

Io. PP. obitus. Serg. IV. Nomẽ mutat

At Ioannes Rom. Pontif. sublato orientalis Ecclesiæ schismate, eaque Romanæ, non sinè labore maximo, conciliata, diem claudit extremum, Successorẽ nactus Sergium huius nominis IV. Petrum antea vocatũ, quod ex eius epitaphio, in Lateranensi Basilica, compertum habemus. id ob reuerentiam Principis Apostolorum, nec ab eo primum factum constat; cum autem a Ditmaro, huius tẽporis Scriptore, Sergius Bucca porci vocatus dicatur (quod non tam nomen, quam agnomen fuisse par est credere) inhonesti huius nominis veluti pudore quodam illud eum mutasse, vulgo est creditum. Per idem tempus Iudæi, qui Aurelianensem incolebant Vrbem, literis ad Babilonis Principem datis, qui Palestinam quoque obtinebat, authores ei fuere, vt sacrosanctum Hierosolymis

Chri. Ann. 1009.

lib. 6.

Iudæorũ molimen.

Glab. l. 3. c. 7 Curop. & Cedr.

lymis, Templum euerteret, quaſi non alia ratione Chriſtianorum arma..., aut occultas conſpirationes auerſurus. fraude apud Galliam primò, tum apud reliquas Chriſtiani Orbis Prouincias cognita, Iudæi vbique trucidati, aut extorres acti, perfidiæ pœnas abundè tum quidem dedere: Templum eodē, quo euerſum eſt, anno, eiuſdem Principis Matre, Chriſtiana fœmina, ſumptus præbente, pari magnificentia iterum excitatum eſt, maiorique in dies frequentia à Chriſtianis cultum.

Templū ad Chriſti ſepulcrū

Euerſū ſtatim excitatur.

Chri. Ann. 1010. *Ditm. l. 7.* Sergio alterum in Pontificatu annum agente, Romæ quodam in Templo (quod nam illud fuerit non traditur) per diem totum oleum è ſolo ſcaturijt, ex quo Ioannes Creſcentij Filius vaſculum ad Henricum Regem deferendum dedit.

Oleū è Tēpli ſolo manat

Hoc tempore Sarracenorum in Hiſpania Regnum in Toparchias veluti quaſdam diſtributum, pluribus ſub Regulis, ijsque diſſidentibus fuiſſe tradi- *Marian. l. 8* tur: porrò Epiſcopi, qui eorum ſub ditione erant, vſu iam recepto, armati in aciem prodibant. itaque hoc anno qui, pro Zeluma aduerſus Almahadiū dimicabant Auſæ, Gerumdæ, ac Barcinonis Epiſcopi ipſo in prælio (Deo rem nefariam improbante) cecide- runt.

Epiſcopi bellatores

Chri. Ann. 1011. Subindè coacti Bambergæ Epiſcopi amplius XXX. rogatu Henrici Re-

gis, ad Basilicam recens extructã consecrandam, Sinodo, ea occasione, habita, controuersias complures diremere. de his meminit Ditmarus ex eorum numero Episcopus Merseburgensis, qui & illud addit memorandũ; sacrilegum militem, extructa, ex rebus Ecclesiæ ablatis, domo, in ea mures infestos adeò expertum fuisse, vt denique ad mortem vsquè corrosus ab eis fuerit,

Ditm. l. 6.

Mirũ de sacrilego

Interim Dani, quod antea sæpius factitauerant, Angliam inuadentes. Cantuariam obsidione cinctam, dolo intra mensem capiunt, ac miserè diripiunt, Elfego Archiepiscopo custodiæ tradito. cæterum vulgari correpti morbo ex torminibus, ac dissenteria, ex ipso captiuo apud se Antistite modelam morbo petere coguntur, à quo, carcere educto, pane, ex benedictione, vim miram adepto, vt non humana id arte factum constaret, sanitati restituti dicuntur.

Elfegus.

Sur. in Mart.

Eius miraculum

Per idem tempus Meles Apuliæ Regulus, qui sub Græcorum erat Imperio, ab eis rebellans, Northmannos auxilio vocat, qua illi occasione ea potiti Prouincia paulatim sunt.

North mãni Apuliã obtinent.

At Sergius, Pontificatus anno tertio non dum exacto, moritur, cui sublegitur Benedictus huius nominis VIII. non sine schismate per Gregorium quemdam, factiosorum Ciuium po-

Sergij PP. obitus.

Bened VIII.

Chri. Ann. 1011.

Ditm. l. 6. in fin.

ten-

tentia fultum, conflato; ab eo Vrbe pulfus Benedictus, ad Henricum Re-
Chri. Ann. 1013. gem proficiſcitur; à quo ſequenti demum anno, comparato interim exercitu, Romam reducitur, ac in Sedem reſtituitur. *Ditm ibid.* ſunt qui tradant præmiſſum ab Henrico Benedictum, haud dubiè *Galb. l. 1. in fin.* copiarum parte inſtructum, vt à Gregorio, eiuſque Aſſeclis vis nulla, aut inſidiæ timeri poſſent.

Chri. Ann. 1014. Nouo ſubeunte anno, qui ſæculi eſt XIV. Henricus Rex cum Cuneſtunda Coniuge miræ ſanctitatis Fœmina, Auguſti nomine Romæ à Benedicto decoratur. nec diu poſtea ibidē moratus Germaniam repetit, cum anteà ſuo, & ipſe, diplomate collata in Rom. Eccleſiam à pijs Principibus priuilegia, ac donationes ratas habuiſſet. Diplomatis authographum Ælia in Arce adhuc ſeruatur, *cuius exemplum, cum alijs quoque collatiũ exemplaribus, apud Authorem hìc habes.* *Hẽricus Romæ.* *Augustus appellatur.* *Donationem Rom. Eccl. confirmat.*

Chri. Ann. 1015. Verum enim verò qui in Rom. Eccleſiam liberalis fuit, alias quoque ſuæ expertes munificentiæ eſſe noluit, qua de re mirum fuit ipſius, cum Auguſta *lib. 7.* Coniuge pietatis certamẽ. tradit hæc præter alios Ditmarus huius temporis Author à quo illud ſcitu dignum additur, de Herneſto Luitprandi Ducis Filio Principe in primis religioſo. hic in venatione caſu à quodam ſagitta confoſſus, lethali ex vulnere morti *Hernesti pietas.*

proximus, vt is, à quo vulneratus fuisset, pœnæ omnis expers esset, etiam atque etiam mandauit; tum quod Presbyteri, cui noxas sacra confessione aperiret, copiam inibi non haberet, omnibus, qui adstabant, aperire eas non erubuit. huiusmodi sanè erubescentiam gratum Deo sacrificium esse, exemplis compluribus edocemur, cæterum id temere ne fieret, S. Leo Pontifex decreto sanxit.

Peccata omnibus pandit

De occulta confessione decretum.

Sarraceni interim, veteri ex vsu Tyrrenum littus relegentes, Romanũ subindè agrum populationibus infestum habebant, ad vsque Vrbis mœnia excurrentes. igitur Benedictus, delectu habito, conscriptoque exercitu non contemnendo, in Barbaros illum predones immittit, à quo, vix paucis fuga elapsis, internecione hostes sunt cæsi. Chri. Ann. 1016. *Dim. ibid.*

Dani vicissim apud Angliam eò potentiæ venerant, vt, vita functo Etelredo, fessi bello Populi, Regem sibi Cauutum Danorum Principem exposcerent consilio sanè haud pœnitẽdo; quippè Rex moribus nequaquam barbaris, Christianæ in primis Fidei studiosissimus Regni statũ sacrum æquè, ac profanum restituit.

Canutus Angl. Rex.

Detecti hoc tẽpore apud Galliam, atque Hispaniam Manichæi audacter crimen fatli, supplicio sese omni superiores futuros stultè existimantes, Chri. Ann. 1017.

Manichæi.

igni

igni traditi, stultitiæ, ac pertinaciæ pœnas dedere.

Chri. Ann. 1018. Sequitur annus huius sæculi duodeuigesimus, quo Ditmarus Episcopus Merseburgensis Vir sanctissimus historiæ simul, vitæque finem imposuit ætatæ adhuc florenti, quo factum, vt nec cultum opus, nec ad multos deductũ annos reliquerit, longius illud haud dubiè, si plures vitæ anni suppetijssent, productur us. vtcumque magnæ ipsi laudi, atque Ecclesiæ bono cessit, quod præclaris argumentis, exemplisque catholicam Fidem egregiè testatam reliquerit aduersus gentiles suos apostatas Nouatores, qui, nostro hoc sæculo, emersere. *Ditmarus Historicus.*

Ostien. l. 2. c. 13. & 38. Hic idem annus est, quo Northmanni Apuliam, vt diximus, insidentes, Romani Pontificis hortatu, bello aduersus Græcos susceptο, præclaras de his victorias retulere. *Northmanorũ victoria.*

Chri. Ann. 1019. Post hæc idem Pontifex, Henrico Aug. vt morem gereret Bambergensem Episcopatũ confirmaturus, Germaniam petit. Nec leuis sanè causa fuit; quippè Rex pius non eam modo Ecclesiam, sed Vrbem ipsam Romanæ Ecclesiæ dono dedit annuo pro ea censu constituto; quam vt recipe- *ad an.* 1053. ret, Henricus Iunior Leoni IX. Beneuentum Campaniæ Vrbem attribuit, Chri. Ann. 1020. vt suo loco referemus. Exindè Italiam repetens, author Augusto fuit, vt, validis *Henrici pietas. Bambergã Rom. Eccl. donat. Bambergæ Benevento mutatur.*

lidis cum copijs in eam ipse descenderet ad Græcos indè propulsandos.

Hēricus Italiã petit.

Igitur delatus in Italiam ingenti cũ exercitu Henricus, Pandulfum Capuanum Principẽ, qui studere Græcis, præ cęteris videbatur, in deditionem accipit, Vrbesque indè plures expugnat. tum Cassinense Cœnobium Pontifice sibi adiuncto, inuisit, vbi, cum dolore calculi cruciaretur, D. Benedicti ope implorata, diuinitus sanatus ab eo est. Chri. Ann. 1021. 1022. *Ostien. l. 2. c.* 40.

Diuinitus sanatur.

Seditio ob Decimas.

Contigit hoc eodem tempore Polonorum Eccleſiã consspiratione Nobilium Decimas soluere abnuentium, mirum in modum perturbari, in quos religiosi Principis seueritas capitali etiam supplicio animaduertit.

Guido Musicus.

Postremis hisce Benedicti Papæ tẽporibus Guido Monachus Aretinus eximius musicæ artis Magister, eiusdem Pontificis accitu, Romam venit, compẽdio illam Romanis Adolescentibus traditurus, cuius rei nouus, ac mirus artifex fuisse dicitur.

At Benedictus, pij Cæsaris æmulatione, opulentis Cassinensi Cœnobio collatis donis, sacrosanctas quoque reliquias ex Lateranensi Basilica magno numero adiecit. Chri. Ann. 1023. *Ostien. l. 3. c.* 28.

Hērici & Roberti

Augustus porrò pacatam relinquens Italiam, dum natale solũ repetit, cum Roberto Gall. Rege in colloquiũ venit. certatum ab eis est, non officijs *Glab. l. 3. c. 3.*

modo,

modo, atque muneribus, sed, raro ad posteros exemplo, christiana quoque pietate, atque animi moderatione singulari. *collo-quiũ.*

Sur. in vit. S. Got-haõd. Chri. Ann. 1024. *Ostien. l. 2. c. 27. & 58. Glab. l. 4. c. 1*

Eodem anno generale totius Germaniæ Antistitum Concilium Moguntiæ celebratur. *Synod. Mogũtina.*

Nec ita multo post Benedictus Papa moritur, cum annos sedisset XII. successorem Ioannem germanum Fratrem sortitus, qui, laicus cum esset, ex Tusculanorum Comitum stirpe, potentia apud Romanos maxima pollens, malis artibus Pontificatum adeptus est, quem tamen eum sponte deposuisse quidam tradunt, ac tum demum ritè electum. Moritur eodem anno Henricus Imp. cuius, vt innumeræ, atque eximiæ sunt laudes, ita nulla admirabilior illa, qua Cunegundem Coniugem Parentibus intactam, vti acceperat, moriens reddidit, perpetuam cum ea castitatem pactus. itaque ambo postmodum in sanctorum numerum relati sunt; vt famam, ac cultum propagarent, qui propagare genus neglexissent ferunt Sanctissimã Augustam nefariæ, cum Milite, consuetudinis apud Virum aliquando insimulatam, ad suspicionem abolendã (securitatem pariente innocentia) ignitos vomeres innoxiè tractasse. *Bened PP. obitus. Ioan. XX. Hẽric. Imp. mors. Cunegũdes eius Vxor. In sãctorũ num. referũtur. Augustæ facinus.*

Henrico igitur sublato, Germaniæ Regnum ad Conradum Vuormatiæ *Cõradus II.*

Germ. Rex. Ducem, ex ipsius destinatione, Germanorum Procerum suffragijs defertur; ea tamen conditione, vt illicito sese connubio explicaret.

Anniuersaria Henrici obitus die_, Chri.

Cunegunda monialis fit. Cunegunda Cõiux eademque Virgo integerrima, depositis Imperij ornamentis, monasticum suscepit indumentum, ac per annos deinceps XV. in extructo à se Sanctimonialium Virginum cœnobio vitam planè innocuam egit. Ann. 101

Conrado interim. Germaniæ rebus intento, Aquitaniæ Dux Vuillelmus, peregrinatione Romam, in speciem, instituta, Italicorum animos pollicitationibus adortus, Filio, quem secum ducebat, Italiæ Regnum, atque adeò Augusti nomen parare se haud ægrè posse existimauit. cæterum maioris id esse molis opus, quam putasset, animaduertens, huiusmodi deiectus spe, consilio abiecto, in Patriã remigrat; quò post quam reuersus est, inuentum eius in ditione Diui Præcursoris caput fuisse dicitur, magnaque inibi Populi frequentia cultum. Curo

Vuillelm. Aquit. Dux.

S. Io. Bapt. caput inuẽtũ

Basilij Imp. obitus. Obijt hoc eodem anno Basilius Imperator, cũ annos imperasset L. cuius morte Imperium Constantinus Frater capessit, libidine, atque auaritia infamis. Quo pariter anno vitæ exitum sortitus est belli, ac pacis artibus Poloniæ Rex clarissimus Boleslaus.

Cõstãtinus XImp.

Ger-

Chri. Ann. 1026. *Glab. l. 4. Fri-sing. l. 6. c. 29* Chri. Ann. 1027.

Germaniæ motibus vtcumq. compositis, Conradus validis cum copijs in Italiam descendit, ferro sibi viam aperiens, exactoq. demum anno Insubris, alijsq. aduersantibus sibi populis subigendis, Romam contendit, ipsoque die Paschatis solemni ritu à Ioanne Pontifice coronatus, Augustus appellatur; Angliæ, ac Burgundiæ Regibus pompam cohonestantibus. octo exinde elapsis vix diebus, quod maiores subindè inter Germanos milites, ac Romanos Ciues contentiones glisscerent, Patriam repetit.

Cõradus in Italiã.

Augustus appellatur.

Quo tempore mortalis vitæ finem inuenit eximius Monastici Ordinis instaurator Romualdus, cuius res gestas Petrus Damianus posteris tradidit cõstat autem ipsum indè ad quinquennium in Sãctorum numerum relatum. id porrò non alio tum ritu peragi consueuisse traditur, quam per Altaris erectionem, ac Christiani Sacrificij oblationem super Sancti Viri corpus, Romano Pontifice permittente.

S. Romualdus obiit.

Inter sanctos refertur.

Quo ritu.

Alfonsus quoque huius nominis V. Rex Legionensis Vir bello ac pace clarus, dum prælium cum Sarracenis init, sagitta vulneratus, apud Visæum Lusitaniæ oppidum occumbit; quod ex sepulcrali eius monumento edocemur.

Alfonsus Hisp. Reg. obiit.

Sub idem tempus (incertus tamen est annus) Garzias Vasconum Rex Ro-

Garzias Romam nitẽtia

mam

mam profectus est expiandi sceleris causa, quod innoxiam Matrem adulterij apud Patrem insimulasset.

Domesticum in Gallia bellum.

Roberto apud Galliam Rege adhuc superstite, Vgo Filius natu maximus dudum à Patre Rex creatus decesserat, contentione itaque inter duos reliquos, Henricum, ac Robertum, de Regno, orta; Patre illi, huic Constantia Matre suffragantibus, domesticum indè bellum exortum est: eam ob rem non Populi modò, ac Regni Procerum, sed Episcoporum quoque studia diuisa sunt, magno, non politici tantum, sed Ecclesiastici quoque rerum status detrimento. Chri. Ann. 1028. *Glab. l. 3. c. 9*

Olaui duo Reges.

Duo hoc tempore Christianæ Religionis, ac pietatis eximij cultores, ijdemq. cognomines Olaui, apud Noruegiam alter, alter verò apud Suediam regnabant, quorum Ille, quod Præstigiatores insectaretur, horum conspiratione interemptus, sacris Martyribus adscriptus est. *Adam l. 2. c. 40.*

Cõstãtini X. obitus.

Moritur interim Constantinus, qui iam tertium, à Fratris obitu, annum imperabat. huic Romanus cognomento Argyropilus, succedit, qui, vt Constantini Filiam Zoen matrimonio sibi iungeret, Vxorem repudiauit. *Curop.*

Romanus Argyropilus.

Synod. dupl.

Sæculi anno vndetrigesimo Robertus Rex, indicto Episcoporum Cœtu, constructum à se Templum Aurelianis in honorem S. Aniani eiusdem olim Chri. Ann. 1029.

Vr-

Vrbis Episcopi, solemni ritu consecrari expetijt.

Porrò, elapso non dum anno, Synodus cogitur Lemouicensis, leui, vt videri potest, ex causa, sed, quod contentio ea de re orta esset non vulgaris, non nisi per Synodum dirimi posse sapientissimi Patres existimarunt. quæsitum itaq. est, Vir Apostolicus Martialis, qui primus Christi fidem inuexit in Galliam, inter Apostolos ne, an inter Confessores esset recensendus. sed neque dirempta ea in Synodo lis est. nec, rursum coacti Patres, nisi ex Roman. Pontificis sententia quicquam decernere ausi sunt. *s. Martialis.*

Chri. Ann. 1030. *in vit. c. 16. Sur. 20 Augusti. Vrsper Chr.*

Conradus interim nulla re magis, quam regnandi latius cupidine incitatus, Sanctissimo Vngarię Regi Stephano bellum infert; huius tamen nõ tam armis, quam pijs ad Deum precibus Augusti conatus inanes fuere. Germanorum exercitus Vngariam peruaserat, cum, nulla re gesta, Conradi nuncio, ac literis moniti illius Duces, pedem in Germaniam referunt; quo Is cognito, qui nec nuncium, nec literas misisset, suorum defectionem, aut hostium fraudem suspicatus, denique intellexit diuinam opem pio Regi prestò fuisse. *Cõradi in Vngaros bellum. Miraculo bellũ cessat.*

Cæterum Stephanus, qui sui se pro Populi noxis deuouerat, ità publicam Regni cladem euasit, vt domesticam

S. Emericus. cam subiret, Emerici Filij amissione. Hic ita ab incunabulis morum sanctitate claruit, vt, vita functus, Sanctorum numero adscribi meruerit. *Marty rol. 4. Nou. Cic. de leg.*

Erectum hoc anno est Monasterium Sorano in Agro eo ipso in loco, vbi Fibrenus Fluuius in Lirim influit M. Tullij olim cunabulis claro. Id Petri Raynerij impēsa, qui Regioni cū Imperio præerat, factum constat, promotore autem Dominico magni nominis Cœnobiarcha, qui, Fulginei apud Vmbriam natus, aliorum cōplurium Cœnobiorum Institutor fuisse dicitur. ea verò fuit illius Fama Sanctitatis, vt, cum sequenti anno Octogenarius decessisset, ab eius statim obitu Cœnobium ipsum, ac Templum Deiparæ inscriptum, à S. Dominico nomen acceperit. *S. Dominicus Abbas.* *Leo Ost. l. 2. c. 67. Ludo. Iacobill. in vit.*

Conspiratione interim Vxoris, ac Filiorum in Robertum Regem, ciuile apud Galliam bellum recruduit. Chri. Ann. 1031.

Porrò apud Orientem Zoe Augusta, Theodoram sororem regnandi auidàm Monasticum indumentum suscipere inuitam cogit. 1031.

Io. PP. obitus. Ioanne post decennij ferè Pontificatum vita functo, Albericus Frater Tusculanus Comes pro ea, qua pollebat Romæ potentia, impuberem adhuc Filium in Petri Sede per vim locat, ac Benedictum appellat. Chri. Ann. 1033. *Glab. l. 4. c. 8 P. Dā.*

Benod IX. Obijt hoc eodem tempore Galliæ

Rex

Rex Robertus, cuius res præclarè gestas Elgaldus Monachus Floriacensis posteris tradidit. quo extincto Henricus Filius, qui Rex iam fuerat consecratus, Regni habenas moderandas suscipit, Roberto Fratre Burgundiæ Duce constituto. *Rober. obitus. Hēric.*

Chri. Ann. 1034. *Herm.* Cæterum quod Rodulfus, haud ita pridem vita functus, Conrado Aug. eam Prouinciam legasset, Is eam sibi armis vindicat Roberto indè pulso.

Cōtra. & Curop. Subindè Zoe Augusta Michaelis Paphlagonis amore capta, venenū Coniugi propinat, quo segnius perniciem operante, eundem gladio, per Adulterum, tolli iubet, ipso Paraſceues die. Michaeli sceleris merces Imperium fuit. verum impotens Mulier, quæ illum, ex Argentario Augustum redditum, habituram se seruili veluti sub iugo existimauit, spe frustrata, Virum, ac Dominum seueriorem diutius experta est. tum, vt libidinis quoque pœnas solueret non incongruas, Vir idem, qui, ante adeptum Principatum forma in primis præstans fuerat, à Dæmone correptus, ac subindè ab eo vexatus, deformitatem oris miram induit, contraxitque. *Romani Aug obitus. Michael Paphlago. Congrua Augustæ pœna.*

Lōgin. Annal. Polon. Hoc tempore Christianæ Religionis cultus apud Russiam mirum in modum propagatus est. apud Poloniam vicissim politicum æquè, atque Ecclesiasticum rerum statum mirum in modum *Turba in Polonia.*

dum labefactari contigit, domesticis diffidijs, ac septennij interregno. pro-

Casimirus. indè Casimirus legitimus tum Regni hæres, salutari consilio, Cluniacensis instituti Monachus effectus est. quapropterò ex causa reuocatus postea ad Regnum sit, suo mox loco referemus. *ad an* 1041.

Synod. Tiburiensis Berengarij Hæresis. Cogitur exindè Synodus Triburiensis, quam, in Chronico, Hermannus magnam vocat, cuius tamen Acta hactenus latent. eodemq. tempore Berengarius Turone ortus, Archidiaconus Andegauensis, qui veritatem Corporis Christi in Sacramento Eucharistiæ, Roberto Rege adhuc superstite, negare est ausus, sed palam veritus profiteri, eo sublato, Brunonem Andegauensis item Ecclesiæ Episcopum erroris, ac vesaniæ socium nactus, promulgare hæresim instituit. Henricus tamen Roberti Patris, vt Regni, ita & pietatis hæres, ocius in impios surrexit, quo factum, vt, eo pariter viuente, delirare ipsi sibi coacti sint. Chri. Ann. 1035.

Res interim Polonorum, diuturnio- Chri.
ri interregno, in dies magis pessum Ann.
ibant, Bretislao in primis Boëmiæ Du- 1036.
ce destitutam Rege Prouinciam dilacerante.

Turbæ in Italia. Sed & exortæ in Italia turbæ Con- Chri.
radum Aug. exciuere, ad quem Bene- Ann.
dictus Rom. Pontifex Cremonam se 1037.
contulit, cuius authoritate Augustus, Mediolani, ac aliarum Vrbium Episco-

pos

pos quatuor Rom. Imperij perduelles exilio mulctauit. tum idem Pontifex Simeonem Anacoretam apud Treuiros haud ita pridem vita functum, eiusdem Vrbis Episcopo agente, in sanctorum numerum refert. *Sur. 1. Iun.* *S. Simeon Anacoreta.*

Per idem tempus Ciuili bello Hispanis decertantibus, Veremundus Legionis Rex à Ferdinando Castellæ Rege, qui, victorijs inclitus, Magni nomen adeptus est, acie victus, cum Regno vitam amisit. *Ferdinandus Castellæ Rex*

Chri. Ann. 1038. Pacatis Galliæ Cisalpinæ rebus, Cõradus Romã profecturus, Parmæ substiterat. hìc coorta Ciuium aduersus milites seditione maxima, Vrbs ipsa incendio miserè absumpta est. *Parmæ incẽdiũ.*

Ostien. l. 2. c. 59. Pandulfus Capuæ Princeps, quem ab Henrico Augusto abductũ in Germaniam diximus, eo extincto, reditum in Italiam impetrauerat, ea conditione, vt priuatus inibi vitam ageret. cæterum, Capuæ receptus, Græcorum simul, ac Northmannorum auxilijs fretus, Campaniam, ipsamque Neapolim capit, predas vndique hostiles agens, non Templis, non Cœnobijs parcens. quò factum est, vt, Campanorum precibus permotus Cæsar, iter illuc cum copijs instituerit. quò vbi peruenit, auro, atque obsidibus à Pandulfo receptis, parcẽdũ illi sibi esse duxit, eius nihilominus Principatu Vaimaro, qui apud Salernum imperitabat, attributo. *Pãdulfus.* *Hẽricus in Cãpaniam.* *Vaimarus*

Ger-

Germaniam Augusto repetente, Pandulfus quietis nescius, res nouas moliri statim occepit. viribus tamen ipse destitutus, Byzantium nauigat. cæterum cum Vaimari ad Michaelem Legati eum præcessissent, contemptui ab eo habitus, insuper exilio mulctatus est. Vaimarus porrò beneficij memor, Georgio Maniaco Græcorum Duci, qui apud Siciliam bellum aduersus Sarracenos gerebat, suppetias misit, ex Northmannorum Gente delectos milites CCC. sub Ducibus Tancredi Filijs Vuillelmo, Vuinfrido, ac Drogone. horum in primis virtute Sicilia de Sarracenis, magna ex parte, recepta est. quo tempore, captis Siracusis, Diuæ Virginis Luciæ corpus, à Sene quodam proditũ, Constantinopolim, victoriæ indicium, ac veluti opimum spolium, à Maniaco Duce, transmissum est.

Ostien. l. 2. c. 68.

Northmãnorũ virtus.

S. Luciæ corpus.

Michaelis eleemosyna.

At Michael cũ in dies acrius à Dæmone torqueretur, vexationem, si fas, eleemosynis redempturus, Monachis per vniuersum fermè Rom. Imperium nummum vnum, Præsbyteris alterum tantũ viritim largitus est, moratusque plurimum Tessalonicæ, Ioanno Fratri Imperij regimen permisit.

Chri Ann. 1039. *Curop.*

Polonorũ, ac Boemorũ contentio.

Hoc eodem anno sæculi vndequadragesimo Polonorum pariter, ac Boemorum Legati Benedictum Pontificẽ adeunt. illi Gnesnensis Ecclesiæ direptio-

Lõgin. Hist. Pol.

ptionem cõquesti, ablatas inde à Boemis sacras reliquias, ac sacra vasa, atque donaria repetebant: hi contrà iure belli, ac pietatis instinctu ea se abstulisse, proinde nulli affines culpæ esse contendebãt. principiò Polonis causa adiudicatur; Boemorum porrò apud Iudices ambitu, ac largitionibus, sententiæ vis omnis ablata est, quasi rè maturius deliberanda.

Herm.

Eodẽ pariter anno Conradus apud Traiectum, Frisiæ Vrbem, inopinatò extinguitur: Germaniæ Regnum Henricus Filius, Rex antea à Patre dictus, obtinet.

Chri. Ann. 1040.

Nec ita multo post Henrici olim Vxor sanctissima Cunegunda fœlici transitu ad Deum migrat. *Cunegundæ obitus.*

Quo tempore Castellæ Rex inclytus Ferdinandus Iacobi Apostoli præsentem expertus opem, Conimbricam Lusitaniæ Vrbem de Mauris post longam demum obsidionem, recipit. *Ferdinandi victoria.*

Curop.

Maniaco exindè Byzantium ex Sicilia reuocato, ac reo maiestatis constituto, Insulæ oppida, præter Messanam, omnia, Ducum inertia in Sarracenorum potestatem recidunt.

Per idem tempus Dominico Flabanico Venetiarum Duce adnitente, Vrso autem Gradensi Patriarcha præsidente, Prouinciæ ea in Vrbe Synodus apud D. Marci sacram Ædem celebratur. *Synod. Venetijs.*

Alte-

Altero, ac quadrageſimo ſæculi an- Chri.
Mich. no Michael Imperaror huius nominis Ann.
Imp. IV. cum annos propemodum octo 1041.
mors. imperaſſet, diem obit extremum. ea- *Curop.*
demque hora Zoe Auguſta, eius Pa- *Cedr.*
truelis Filium cognominem, ſimul ſibi *& Zo.*
Filium adoptatum, coronari Auguſtum *nar.*
Mich. iubet. Is cognomento Calephates
Cale- Imperium ſtatim adeptus, non ſine
phates maxima ingrati animi nota, Matrem
Imp. ſanctimonialium cœtui addictam, in-
ſuper exilio mulctat. ægrè id Populus
cum tuliſſet, nouum Auguſtum ita eſt
auerſatus, vt lapidibus eum appetere
non ſit veritus, ac Theodoram primo,
dein Zoen ipſam ad Imperium reuo-
care. coactus itaque Michael ſeſe in
Templum recipere, furentis tamen po-
Deïci- puli manus non effugit, quippè vna
tur, ac cum Fratre inde extractus, ac per vias
cæca- raptatus, luminibus demum orbatus
tur. eſt, vt mentis oculos, Monaſterio clau-
Cõſtã- ſus, aperiret. tum verò Conſtantinus,
tinus cognomento Monomachus, ab exilio
XI. & ipſe reuocatus, ipſique Zoe matri-
Mono- monio iunctus, Imperator appellatur,
machus quæ tamen non vno anno geſta, ad ſe-
quentem quoque ſpectant.

Hoc quidem anno Poloni externis, *Lõg. hiſt. Pol.* Chri. Ann. 1044
ac ciuilibus vexati bellis, conſilium
Caſi- ineunt Caſimirum, quem Cluniacenſe
mirus Inſtitutum ſequutum diximus, in Re-
ex mo- gnum reuocandi. quæſitum itaque
nacho illum, atque apud Galliam repertum,
Rex. Ro-

Romani Pontificis permissu, in Patriã reducunt, ac Regem constituunt. quo autem pacto diuinum illi auxilium ad hostes debellandos adfuerit, aliaque ab eo præclare gesta, rerum Polonarum Scriptores abundè tradunt.

Ostien. l. 2. c. 68. Eodem quoque tempore Northmanni Arduigum, qui & Arduinus dictus est, Longobardum sequuti Ducem, Græcorum copijs profligatis, atque Apulia potiti vniuersa, sortitò eam inter se diuidunt, ac veluti auitum deinceps Regnum possident. *Northmanni Apuliã occupãt.*

Chri. Ann. 1042. Stephano Vngariæ Rege pridẽ extincto, Petrus ex Filia Gisela Nepos successerat; Hunc Vuo, qui Tyrannidem arripuerat, deijcit, ea tamen, ex *Petrus Vng. Rex.*

Sur. 23. Septẽb. Gerardi Episcopi prædictione, haud diu potiturus.

Chri. Ann. 1043. Apud Angliam porrò Canuti Liberis è Northmannorum Gente extinctis, Regnum ad S. Eduardum Ethelredi Filium defertur, opera in primis Godui- *S. Eduardus Angl. Rex.*

Malmesb. l. 2. c. 13. ni Comitis, cuius Filiam Egitam sibi desponsaram Rex castissimus seruasse intactam perhibetur.

Eodem fere tẽpore Henricus Germaniæ Rex Vngariæ bellum cum inferret, obsidibus, ac Regni parte ab Vuone, acceptis, Germaniam repetit.

Chri. Ann. 1044. Romani dein prauos Benedicti mores auersati, venalem haud secius Pontificatum habentes, illum Ioanni Sabinensi Episcopo, cui Syluestro nomen *Bened. PP. dejcitur Syluest. PP.*

men est inditum, auctionantur. tribus, post hęc, mensibus exactis, Benedictus restituitur qui tamen tranquilioris vitæ studio summi Sacerdotij non tam redditus, quã curas deponit, ac Ioanni cuidam Archidiacono sponte cedit. inuentus est Gratianus quidam Præsbyter, qui triceps hoc Monstrum eadem, qua Fabulosus olim Hercules ratione obstructis veluti faucibus, cõficeret, vel cicurem redderet, aut consopiret. Is author Romanis fuit, vt tribus Inuasoribus Pontificatum, quidem abrogarent, cæterum illius redditus eorum cuique non modicos retinendos permitterent. res ex eius præscripto transacta: tum Gratianus ipse in Petri solium euectus est, ac Gregorius huius nominis VI. appellatus. sunt qui hunc ipsum veluti Simoniacum damnent, reijciantque; alij contra (quorum authoritas apud nos potior est) absque cunctatione recipiant. Sanè quæ de illo narrantur, morum in eo sanctitatem mirũ in modum commendant.

Bened restituitur. *Sponte cedit.* *Ioãn. XXI.* *Rom. Eccl. status.* *Greg. VI.*

Hoc eodem anno Constantinus Imperator, quod Pellicem Angustæ Coniugi superinduxisset, Populo ea de causa concitato, vitæ periculum adit, dum in Templum Festo die, equo vectus, contendit.

Reuocatus in Regnum Casimirus, mira illud fœlicitate (Deo Auspice) paca-

pacauerat. ergo quod ipſius Legati primò, tum pollicitus ipſe met fuerat, pactum ex pecunia viritim collecta Romanæ Eccleſiæ tributum, Romam hoc anno mittit, Gregorio in Petri ſede conſtituto. Quod vero Benedicto perſolutum Longinus tradat, ſiuè errore eũ lapſum fas eſt credere, ſeu, quod magis arridet, ex reſeruatis Benedicto, quos diximus, redditibus illud fuiſſe exiſtimandum eſt; quò magis exterorum Regum in Rom. Eccleſiam obſequium admireris. *Polonia Tributum.*

Oſtien. l. 2. c. 69. Hic idem annus eſt, quo Northmanni ad Caſſinenſis Cœnobij, illuſque Ditionum tutelam vocati, cum tyrannicè omnia adminiſtraſſent, Monachorum conſpiratione, Regionis incolis opem ferentibus, principio in Arces, quas munierant, compulſi, denique exuti opibus, quas congeſſerant, armiſque, atque equis ademptis, per ſummum dedecus abire inermes coacti ſunt.

Chri. Ann. 1046. *Herman. Chr.* Henricus interim Italiam ingreſſus, ſacrarum quoque rerum curam peram aſſumens, Rauennæ Antiſtitem deponit, tum Romam infeſto agmine petens, apud Sutrium ſubſiſtit, coactaque inibi Synodo, Gregorium quoque Rom. Pontificem ſede deijcit. Suidgerum Bambergæ Epiſcopum ſubſtituit, ac Clementem appellat. tum, Romam progreſſus, Auguſti inſignia ab eo *Henricus in Italiã Eius tyrannis. Clem. PP.*

eo recipit. Sunt qui tradant Sutrinæ Synodo ipsum Gregorium præfuisse, ac sese spontè Pontificatu abdicasse, ea præsertim ex causa, quod Tusculanorum Comitum potentiæ reprimendæ, ac Romanorũ factionibus tollendis, imparem se esse cerneret. quamobrem Henrico laudi ab aliquibus datum est, quod eas quacumque demum ratione sustulisset; laudandus fortasse, nisi Filio, ac Nepoti exemplo obfuisset.

Synod. Romæ. At recens creatus Pontifex, Simoniæ, si fas, radicitus extirpandæ, Synodum Romæ cogit, cuius initio altercatio oborta est inter præcipuos Italiæ Antistites Mediolanẽsem, Aquileiensem, ac Rauennatem, quis eorũ Romano Pontifici propior sederet. Rauennati autem causam adiudicatam Rubeus testatur, qui & Diploma ea super re confectum à se visum affirmat.

Rauẽnæ Antistitis prærogatiua

Henrici res gestæ. Peracta Synodo, Henricus in Campaniam, ac Sannium proficiscitur: Capuæ Principatum, pecuniæ vi maxima accepta, Pandulfo reddit, Vaimaro haud abnuente: Drogoni, ac Canulfo Northmãnis Ducibus partas bello Ditiones, ablataque Græcis, aut Sarracenis Oppida decreto sancit. exindè Cassinum delatus, Germaniam repetit, non Clemente tantum, sed Gregorio quoque, ne quid interim turbarum

Chri. Ann. 104

Histor. Rau.

Ostien. l. 2. c. 8. Herm. Chro. Glab. l. 5. c.

rum Romæ oriretur, ſecum abductis. cæterũ Clemens annuo non dũ Pontificatu functus, cum Germaniam vix attigiſſet, vitam deſerit, ac Bambergam tumulandus mittitur. id Romæ vbi reſcitum eſt, Benedictus tertiò iã Petri ſedem inuadit, atque octo eam inſuper menſibus inſidet, donec miſſus ab Hẽrico Brixinorum Epiſcopus legitimis ſuffragijs Clementi ſubſtituitur, ac Damaſo nomen imponitur. verum, eo quoque intra menſem morte ſublato, vacuam iterum Sedem Benedictus inuadit.

Clemẽtis obitus.

Chri. Ann. 1048.

Damaſus II.

Sur. 1. Iun. Moritur hoc eodem tempore huius ſæculi ſplendor Odilo Cluniacenſis Abbas, cuius res geſtas, ex Hugone eius ſucceſſore Edoctus, Petrus Damianus, compendio, vt ipſe ait, poſteris tradidit.

Odilo Cluniacẽſis.

Curop. Per idem fere tempus Turcæ, Gens Scythica, Perſarum Rege Sarraceno, à quo fuerant prouocati, acie victo, eiuſque vna cum Regno, ſecta paulatim ſuſcepta, victorijs elati, Romani apud Aſiam Imperij ditiones occupant. hinc exitiale Chriſtiano nomini Turcicum Imperium extitit.

Chri. Ann. 1049.

Turcarũ Imperij initia.

Tyrannicè interim Benedicto Romanã Eccleſiam adminiſtrante, Romani Ciues, ac Clerici, in primis vero Cardinales, Legatione ad Auguſtum inſtituta, enixe illum rogant, vt, quem Pontificatu dignum exiſtimet, Romã

Oſtien. l. 2. c. 82. Friſin. Chro.

mittat. delectus itaque ab eo est Bruno Episcopus Tullensis eximiæ Vir prudentiæ, ac sanctitatis. Is igitur, in Vrbem delatus, summo Ecclesiæ bo-
Leo IX no in Petri Sede collocatur, ac Leo huius nominis IX. appellatur. nec diu ibidem moratus D. Michaelis Templũ ad Garganũ inuisit, ad Casinense quoque Cœnobium diuertens: tum verò in Galliam, ac Germaniam profectus,
Dupl. Rhemis, & Moguntiæ frequentes Epi- *Curop.*
Synod. scoporum Conuentus habet, exactoque non dum anno Romã reuertitur.

Quo tempore Cegenes, ac Tyrach, qui ad Istrum imperitabant, Reguli, Byzantium profecti, Christianam suscipiunt Religionem, sacroque inibi fonte abluuntur.

Dupl. Exindè operosus Pontifex Conci- Chri.
Synod. lium Romæ, nec ita multò post, Ver- Ann.
cellis aduersus Berengarium cogit, in 1050.
quorum postremo Pallium Dominico *Herm*
Venetiarum Patriarchæ, qui hactenus *Lanst.*
Gradensis fuerat, decernit, ipsumque *& Gu*
Venetæ Prouinciæ, atque Istriæ Pri- *tm.*
matem constituit. Germaniam dein *Andr.*
repetit. *Dand.*

Eodem fere tẽpore Hispaniæ Rex *Chr.*
Synod. inclitus Ferdinandus Synodum apud
Coiacensis. Coiacensem Oueti Diœcesis Pagum celebrari curat; *cuius Acta non dum impressa, ex veteri Cordubensi Codice Author huc affert scitu non iniucũda.* Chri.

Redeuntem ex Germania Pontifi- Ann.
cem 1051.

cem, hospitio apud Passlinianum Hæ-
Chri. truriæ oppidũ excepit Ioannes Gual- *S. Io.*
Ann. bertus, qui decem ferè ante annos Ere- *Gual-*
1052. mum incolendam susceperat. Romæ *bertus.*
Herm. post modũ receptus, Conciliũ ibidem *Synod.*
Cro. cogit, ac iterum, componendis inter *Roma.*
Ost. l. 2 Andream Vngariæ Regem, atque Au-
c. 85. gustum dissidijs, in Germaniam euo-
catur. sunt qui aliam profectionis cau-
sam tradant, vt Augusti arma aduersus
Northmannos, qui Campaniam, atque *Leo ca*
Apuliam obtinebant, exciret. sanè Ita- *pitur à*
Chri. liam repetens Germanos secum mili- *North*
Ann. tes adduxit, quibus plus æquo fidens, *mãnis*
1053. acie cum Northmannis, causæ boni-
tate fretus, decernere non est veritus;
à quibus victus, captusque, honorifice
tamen est habitus, nullum dignitatis,
ne dum libertatis dispendium passus.
sup. ad Antequam Germauiã excederet, Bam. *Bãber-*
ann. bergam, quæ Romanæ Ecclesiæ, vt *gã pro*
1019. diximus, iuris erat, Henrico cessit, à *Bene-*
quo vicissim Beneuentũ accepit, quod *uento*
Hermanus ad hunc ipsum annum tra- *cedit.*
dit. ea porrò etiam nunc Vrbe, post tot
rerum vicissitudines, Rom. Pontifex
potitur.

Ad hunc ipsum annum spectat Petri Patriarchæ Antiocheni ad Leonẽ Legatio cum Fidei Catholicæ professione. quo pariter anno data reperitur prolixa admodum Epistola Michaelis *Micha*
cognomento Cerularij Byzantij Pa- *el ceru*
triarchæ Latinis omnibus infensissimi, *larius*

quam aduersus Rom. Ecclesiam, ac catholicos eiusdem ritus ad Tranensem in Apulia Episcopũ, studio cum Leone Acridario, Bulgarorũ Episcopo, collato, dedit, *quam si libet, cũ Leonis Papæ ad eam responso, apud Authorẽ hìc require, apud quem Legationem quoq. sequenti anno Leonis nomine obitã, fusè recensitã reperies,* quã & Leo Ostiensis breuiter cõplectitur. Legatis porrò illud quoque in mandatis datũ, vt Græcorũ arma in Northmannos excirent, pſius Põtificis literæ *hìc relatæ* ostendunt. Leo interim Pontifex moritur, quem vitæ sanctimonia illustrẽ, editis post obitũ miraculis Deus magis, magisq. illustrauit, posteri autem, vt cæli Ciuem, coluerunt XIII. Kal. Maij natalem eius diem recolentes.

Leo ep. 1.

Chri. Ann. 1054.

Ost. l. c. 89.

Leonis Legatio Byzãtiũ.

Leonis PP. obitus.

Mart. rol. 19 Apr.

Post hæc diem quoque suum obijt Constantinus Imp. cuius morte Imperium ad Theodoram defertur.

Curop.

Cõstãtinus Aug. obitus.

At Leone, vt diximus, sublato, Romani Ciues Henricum Aug. per Legatos orant, vt Geberardum Episcopum Eistetensem insignẽ Pruẽdtia, ac Pietate Virũ substituendum Romam mittat. ægrè demum Romanis annuit Augustus, quod tantum Virum à secretis consilijs haberet; coactaque Moguntiæ Synodo Episcoporum eum suffragijs summo sacerdotio dignum appellari voluit Romæ postea consecrandum, quod sequenti anno peractum est,

Chri. Ann. 1055.

eſt, vocatuſque eſt Victor hoc nomine II. ſunt qui tradãt ab Auguſto Romam deductum, cum alij poſt illum in Italiam veniſſe, eodem tamen anno, Henricum autument. vtcumque, Florentiæ poſtmodũ fuiſſe ambos, ac Synodum inibi coëgiſſe conſtat, de qua Petrus Damianus meminit in Epiſtola *hìc relata*, ex qua multa de Eccleſiaſtica cenſura, & pœnitentialium Canonum obſeruantia, ſcitu periucunda, habentur. *Victor. II.* *Synod. Florẽtia.*

Poſt hæc Victoris miſſu Ildebrandus Rom. Eccleſiæ Subdiaconus, qui poſtea Rom. Põtifex Gregorius huius nominis VII. fuit, in Galliam proficiſcitur, quò poſtquam peruenit, Lugduni primò, dein Turone Conuentus Epiſcoporũ celebrat aduerſus Simoniacos Epiſcopos, ac Berengarium, qui abiuratam pridem hæreſim, iterum tradere non verebatur. porrò ad hanc ipſam Turonenſem Synodum Legatos ab Henrico miſſos conſtat, qui Ferdinandi Hiſpaniæ Regis iniuriam expoſtularẽt, quod nec ipſi Auguſto ſubeſſe, & Auguſti nomen vſurpare audacter vellet; qua de re Romanus quoque Pontifex interpellatus eſt. miſsi itaque ea ſuper re in Hiſpaniam Legati, Conuentu Epiſcoporum, ac Procerum indicto, auditi ſunt, cauſaque Romano Auguſto adiudicata. *Ildebrandus.* *Dupl. Synod.* *Synod. in Hiſpania.*

Io. Marian.

Subindè Victor Romam delatus,

veneno à Subdiacono in sacrum calicem ingesto, vitæ discrimen adit, quod tamen, nefario homine à Dæmone correpto, ac fateri crimen coacto, non sine miraculo, euasit.

Ad hæc idem Pontifex ab Henrico in Germaniam euocatus, morienti ad fuit, Regiaque illum pompa extulit ætate adhuc florentem, quippè XL. vixdum attigerat, cum annos regnasset XVIII. decem imperasset. Regnũ ipsius Rom Pontificis, aliorumque Episcoporum, ac Procerum authoritate ad Henricum Filium Germaniæ Regũ huius nominis IV. defertur. post hæc, Synodo Coloniæ habita Victore in primis adnitente, Balduinus, ac Godefridus Flandrię Comites eidem Regi conciliati sunt, quod ad noui Regni firmamentum in primis contulit; quo magis ingrati animi notã in Henrico, qui postmodum Rom. Eccleſiæ infensior est redditus, agnoscas. Chri. Ann. 1056.

Hẽrici Aug. obitus.

Heric. Filius

Haud ita multo post, eiusdem Rom. Pontificis authoritate, Synodus Tolosæ cogitur, *cuius Acta, ex scripto manu Codice Author hìc refert.*

Synod. Tolosa na.

Quo tempore Theodora Augusta cum alterũ post Sororem annum imperaret, torminibus ex inteſtinorum morbo extinguitur, Michaele cognomento Stratonico, paulo ante obitum, Augusto appellato. Chri. Ann. 1057

Theodora Aug. obitus.

Micha el stra tonic. Imp.

Imperiũ Hic statim adeptus, Theodosij

dosij factione, qui Monomacho natus erat, superior extitit. cæterum Isacio Comneno fauore militum erecto animo, & viribus defecit, ac purpuram exuit. *Deijcitur ab Isacio Comneno.*

Hoc eodē anno Victor Rom. Pontifex, Florentiæ cum esset, diem clausit extremum. cuius rei nuncio Romam perlato, Fridericus Leonis Papæ Cancellarius Legatione haud ita pridem Byzantij functus, ac Casinēsis postea creatus Abbas, omniū suffragijs Pontificatū adipiscitur, ac Stephanus hoc nomine X. appellatur. *Victor. PP. obitus.* *Steph. X.*

Chri. Ann. 1059. *Ostien. l. 2. c. 102.*

Hic, Pontificatu statim inito, Petrū Damianum, inuitum ab Eremo abstractum, Episcopum Cardinalem Ostiensem creauit, magno Ecclesiæ bono. Legationem quoque, Byzantium instituit. Legati, porrò cum Barensi in portu adhuc cōsisterent, de Stephani obitu, qui Florentiæ & ipse diem obierat, certiores redditi, proficiscendi consilio abiecto, pedem referunt. *Petrus Damianus.* *Sseph. obitus.*

Chri. Ann. 1059.

Stephano Gerardus Florentiæ Episcopus subrogatur, qui Nicolaus dictus est, non tamen sine Schismate per Ioannem Velitrensem Episcopum Tusculanorum, quæ adhuc vigebat, potentia nixum, excitato. *Nicolaus II*

Moritur hoc eodem tempore Casimirus hærede Boleslao Filio relicto. At vero Nicolaus apud Sutrium, tum Romæ apud Lateranum Conuentus *Casimiri mors.*

agit, & hic quidem, C. amplius Episcoporum frequentissimus, generalis appellatus est, ad quem euocatus Berengarius, ter, tribus Synodis, abiuratam hæresim, simulatè interū abiecit.

Berēg. perfidia.

Hac eadem in Synodo de Romani Pontificis electione sanctio est edita, temporibus his perneceſſaria, quibus vis tyrannica vigeret, quam in suum Decretum Gratianus intulit, nequaquam tamen integram, sinceramue, sed à schismaticis, Guiberto in primis Rauennate, corruptam, ac labefactatam.

Sāctio de Rō. Pōt. electione.

c. in nomine 23. dist.

Peracta Synodo, Nicolaus Pontifex Apuliam petit, ac Northmannorum ibidem Principes, Anatemate solutos, inque sui, ac Successorum verba adactos, Rom. Ecclesiæ conciliat. Capuanum porrò Principatū Richardo: Apuliæ, Calabriæ, ac Siciliæ Ducatū Roberto cognomēto Guiscardo confirmat, pactus ab eis Census nomine *in iuga bouum singula denarios quot annis duodecim*, extat adhuc Guiscardi iteratum Iusiurandum in Vaticano Codice qui *Liber Censuum* inscribitur, descriptum, *ab Authore huc illatum*. hinc Campania, ac, quas diximus, Prouinciæ reliquæ Fiduciariæ possessionis, quam *Feudum* vocant, esse cæperūt. hac ratione Northmanni, ex hostibus, Clientes Rom. Ecclesiæ redditi, eius Ditiones pacarunt armis,

Nortmanni Rō. Eccl. Tributarij.

Tributū quale.

armis, deleta Tusculanorum Comitum, ac aliorum, qui eas inuaserant, tyrannide.

Papir. Masso. Apud Galliam interim Henricus, Conuentu Episcoporũ, ac Procerum Parisijs habito, Philippum Filium impuberem Regem constituit.

Synod. Parisiensis. Philip. Rex.

Curop. Apud Orientem porrò Isacius graui implicitus morbo, insuper fulmine exanimatus, diuinam vltionem agnoscens (nam Templa, ac Monasteria sacrilegè expoliauerat) deposita spontè purpura, ac Successore Constantino Duca instituto, ipse se in Cœnobium recipit, vbi, vtcumque prospera deinceps vsus valetudine, non tranquiliorem modo, sed fœliciorẽ quoque, quam in Imperio, vitam egit. ipso verò in Cœnobio, ob singularem animi æquitatẽ, ac Modestiam, adeò sub Præfectorum Imperio esse, ac munia illius omnia obire voluit, vt Ianitorem quoque agere non erubuerit.

Gall. Rex. Isacius Imperiũ deponit. Cõstãtinus Ducas Isacij demissio.

Chri. Ann. 1060. *Ostiẽs.* Subit annus sæculi LX. quo Nicolaus Pontifex suam olim Sedem Florentiæ Ecclesiam cum repetisset, ab ea discedens, iterum Cassinum proficiscitur, nec ita multo post Eduardi Angliæ Regis Legatos annuo cum tributo, ac donarijs recipit.

Angl. tributum.

Eodem ferè tempore Concilium Oscæ apud Hispaniam celebratur, in quo sacri in primis ritus temporum iniuria aboliti, moresque deprauati

Synod. Oscẽsis

ad sacrorum Canonum normam reuocati sunt.

Nicol. PP. obitus. Subindè Nicolao Pontificatus anno tertio, vita functo, Alexander hoc nomine II. Lucensis Episcopus, Anselmus antea appellatus, legitimis Cardinalium suffragijs subrogatur. id cum ægrè ferrent Regis Pueri administri, Cadalum Parmensem Episcopũ in Petri solium euehere, ac Romanis obtrudere armis nituntur; quod incassum moliti cum fuissent, Cadalus Parmam recedere inglorius cogitur. Chri. Ann. 1061. *Cadalus Pseudopõtifex.* Chri. Ann. 1062. *Fris. l. 6. c. 3*

P. Damian. Erem. repetit Per idem fere tempus Petrus Damianus, missione ab Alexandro impetrata, Eremum repetit, vndè tamen multiplicis argumenti epistolas, *quæ hìc recitantur*, dedit, ad morum institutionem saluberrimas.

Colonien sis interim Antistes Anno, magnæ inter Germanos Principes authoritatis, abstractum ab Augustæ matris veluti complexu decennem tum Puerum Henricum Regem, Coloniam secum abducit, ac Regni regimen suscipit, nemine non deferente; quò factum, vt, qui Aulæ hactenus potentes fuerant, gradu plerique omnes sint moti. in his fuit Guibertus Augustæ Cancellarius homo Italus, Parmensis patria, cuius potentiæ Cadalus Pseudopontifex innitebatur. igitur, eo procumbente, Is quoque, vt par erat, corruit; Annonis quippè authoritate coacta

cta Synodo Cadalus, damnatur, Pontificatus Alexandro asseritur. *Cadalus damnatur.*

Subindè P. Damianus ab Eremo iterum abstraitur, ac Legatus ab Alexandro in Galliam mittitur, Hugone Cluniacensi id agente, qui Andegauensis Comitis tyrannide premebatur. *P. Damian.*

Postremo hoc anno Agnes Augusta Henrici mater Romam veniens, sedē inibi figit, eum veluti portū, post naufragium nacta. extat prolixa admodum P. Damiani epistola, qua illam à salutari huiusmodi consilio magnopere commendat, vtque constanti sit animo etiam atque etiam hortatur.

Ad huc item annum spectat Epistolæ fragmentum; quod extat, Alexandri ad Suenonem Danorum Regem, qua illum admonet, vt consuetum Regni tributum Romam transmittat. *Dānię tributum.*

Chri. Ann. 1063. Sequenti anno turbæ maximæ Florentiæ exortæ sunt inter Episcopum, ac Monachos ex S. Io. Gualberti disciplina, qui eundem Episcopum simoniacæ prauitatis accusabant. res gesta ex P. Damiano, qui Legatus ea de causa Florentiam est missus, petenda est, quæ prolixius adhuc narratur ab Authore vitæ eiusdem sacri Institutoris. res eo deducta est, vt ex Monachis Petrus (ex re, Igneus postea dictus) ex illustri Aldobrandinorū stirpe Florentiæ ortus, ignē illæsus calcauerit; quo experimento suis victoriam, sibi gloriam *Turbæ Florē. tiæ.* *Petrus Igneus.* *Eius faciam nus.*

Sur. 18 Iul.

riam longè præclariſſimam peperit, Cardinalis poſt modum, atque Albanenſis Epiſcopus creatus.

Porrò cum à Cadalo Pſeudopontifice turbæ iterum excitarentur, frequentiſſimum Mantuæ Concilium indicitur, quo Is iterum damnatur, legitimus vero Pontifex Alexander agnoſcitur. *Chri. Ann. 1064.*

Synod. Mantuæ.

Celebris peregrinatio. Eius Duces.

Eodem fere tempore celebris inſtituta eſt peregrinatio Hieroſolymam virorum amplius ſeptẽ millium, quorum veluti Duces fuere præcipui Germaniæ Antiſtites Sigefridus Moguntinus, Vuillelmus Traiectenſis, Gunterus Bambergenſis, Otto Ratiſponẽſis, quibus ſummæ imprudentiæ datum eſt, quod ornatum, ac ſplendorem, ne dicam luxum, præferentes, Barbaros ad predam ita illexerint, vt crebra cum ijs certamina inire, diſcrimina ſubire maxima coacti ſint. itaque, ex eo numero, bis non amplius mille, cladibus ſuperſtites in Patriam remearunt. *Marianus Scot. Lãber.*

Eorũ imprudẽtia.

Hoc tempore P. Damiano, ſtrenuo Eccleſiæ Agoniſtæ, acuẽdus ſtilus fuit aduerſus impuros Clericorum mores, qui iam in hæreſim abierant; coniugia etenim nemini à Chriſto, aut ab Apoſtolis vetita affirmabant, turpiſſimum porrò vitæ genus inſtituerant. *Chri. Ann. 1065.*

Ferd. Hiſp. Reg. obitus.

Obijt hoc eodem anno non rerum geſtarum gloria magis, quam pietate Magnus Ferdinandus Hiſp. Rex. Filijs om- *Luc. Tude. Roder. Tol.*

omninò tribus superstitibus, inter quos septem deinceps annis certatum de Regno est. *Filiorũ dissidium*

Curop. Zon. Hæc inter Barbari, qui trans Istrum degebant, eo transmisso, effudere se in Thraciã, ac Macedoniam tanto numero, vt sexcenta amplius armatorum millia fuisse vulgatum sit. hos religiosus Imperator Constantinus Ducas reprimere armis cum nequiret, supplicationibus, ac Ieiunio Populo indictis, debellauit. vulgaris quippè diuinitus immissa lues eorum partem maximam absumpsit, reliquos timore percitos *Cõstãtini pietas.*

Chri. Ann. 1066. disiecit. Richardus interim Capuanus Princeps eò potentiæ, ac superbiæ venerat, vt potiturum se Romano Imperio speraret. eius itaque insignia à Romano vt Pontifice extorqueret, exercitu comparato, eius Ditiones infestas habebat, Romam exinde victor petiturus. cæterum Godefridi Tusciæ Marchionis, qui Henrici Cliens erat, armis repulsus, ab incepto destitit. *Richardus Cap. Princ.*

Ingulf Matth Vest. Vuill. Malm Moritur hoc eodem anno Eduardus Angliæ Rex, quem, vitæ sanctitate, ac miraculis commendatum, Alexander posteà Rom. Pontifex, tertius hoc nomine, sanctorum numero adscripsit. Eius cum autem absque prole decessisset (quippe Vxorem, vt diximus, virginẽ reliquerat) Vuillelmũ Comitẽ Northmannum genere hæredem scripserat, Haroldo in primis ex eadem Gente, *Eduardi Angl. Reg obitus. Eius canonizat.*

te, Regiæ Domus Magistro sacramento interposito, assentiente, qui tamen, sequuta Eduardi morte, iurisiurandi neglecta religione, Regnum inuadere non est veritus. Igitur Vuillelmus, licet bello strenuus, bellum tamen, ex insita pietate, auersatus, causã ad Romanum Pontificem defert, à quo non causæ tantũ adiudicationem, sed Vexillum quoque retulit, quo auspicatius Inuasori bellum inferret, quod sanè fœliciter peractum est.

Belas Vng. Tyrãnus.

Electo Andrea Vngariæ Rege, atq. excæcato, Belas Dux Regnũ inuaserat. hunc ex infima plebe quidam, numero non contemnendi, à Christiana Religione auertere conati sunt. at ille ad tyrannidem adijcére perfidiam veritus, supplicio de seditionis Authoribus sumpto, inconditum Populi motum compressit.

Xiphilinus Dionis breuiator.

Quo tempore Constantino Byzantij Patriarcha vita functo, Ioannes Xiphilinus subrogatur. hic est ille Xiphilinus, qui Dionis Cassij Historiam in Epitomen redegit, cuius dumtaxat Commentarium, ea deperdita, vsui relictum est.

Mediolanẽsis Dioœcesis Clerici pellicibus, vna cum Antistite, impliciti, aliorumque comperti criminum, Petri Damiani Apostolicę Sedis Legati dexteritate dudum ad meliorem frugem reuocati, ad ingenium cum redijssent, Chri. Ann. 1067.

noua,

noua, ad eos ab incepto deterrendos, Legatione ab Alexandro decreta, coerciti sunt.

Europ. Octauum agebat Principatus annũ Constantinus, cum viuendi pariter, ac imperandi finem fecit, tribus Filijs superstitibus, quos ex æquo hæredes instituerat, eorum tutela Eudociæ Coniugi demandata, quæ iureiurando, ac Synagrapha apud Patriarcham deposita pollicita Viro fuerat, communibus se liberis Imperium conseruaturam, nec Virum alium admissuram. Porrò cum Romani Diogenis, inconstans Mulier nuptias expeteret, Syngraphã, perfidiæ testem, vt reciperet, vaferrimi Eunuchi opera est vsa, qui, Xiphilinum conueniens, mentitus est Augustam Bardæ ipsius Patriarchæ germani Fratris nuptias expetere. Is igitur cæteris omnibus priuato cõmodo posthabitis, non syngraphã modo Mulieri reddidit, sed iuris etiam iurandi eam vinculo absoluit. id vbi peractum est, Augusta expetitum à se Diogenem, per summum Patriarchæ ludibrium, thori, atque Imperij consortem adsciscit.

Costã-tini obitus.

Vxoris perfid.

Xiphilini de ceptic.

Rom. Diog. Imp.

Chri. Ann. 1068.

Chri. Ann. 1069. Eodem fere tẽpore Henricus Rex ductam ante bienniũ Vxorem Bertam repudiare in animum cum induxisset, P. Damiani Apostolici Legati denunciationibus territus, ab incepto destitit.

Eius-

Eiuſdem Sedis Apoſt. Authoritate Guarnerius Epiſcopus Argentoratenſis ob Simonię crimē deponitur. Cuius etiam poſtea flagitij Moguntinus, ac Bambergenſis Antiſtites poſtulati, Romam euocantur. cæterum, quod dicto audientes ſtatim fuerint, & emendationem in poſterum ſpoponderint, mitius, quam pro crimine, habiti, dimittuntur. Chri. Ann. 1070.

Exindè Alexander Lucam Ætruriæ Vrbem profectus, cuius olim Eccleſiam, vt diximus, adminiſtrauerat, Templum inibi, ante decennium extrui à ſe ceptum, ſolemni ritu conſecrauit; ac venerandis Sanctorum reliquijs, ex Vrbe ſecum allatis ditauit.

Huius ipſius anni nota inſcriptæ viſuntur æreæ valuæ Baſilicæ S. Pauli Oſtienſem extra Portam opere fuſili, Conſtantinopoli, Pantaleonis Conſulis pietate, atque impenſa conflatæ.

Godef. Tuſciæ Dux. Moritur hoc eodem anno Godefridus Tuſciæ Dux ex Stemmate Ducum Lotharingiæ, cui Filius eiuſdem cum Patre nominis cognomento Gibbus in eiuſdem Lotharingiæ tantum Dinaſtia ſucceſſit, Tuſciæ adminiſtratione ad Beatricem Coniugem, quæ ex Bonifacio priori Viro Mathildem Filiam genuerat, delata. porrò quod ad Beatricis Stemma ſpectat, fuiſſe illam Conradi Auguſti Filiam par eſt credere, quam Henricus, qui hoc tempore *Herm. & Sig. Chro. Bonif. Mathildes.*

re-

regnabat, Amitam agnouit.

Chri. Ann. 1071. *Ostien. l. 3. c. 26.* Altero ac septuagesimo sæculi anno, Desiderio Cassinensi Abbate, ac Rom. Ecclesiæ Cardinali id expetente, Alexander Pontifex Cassinum petit, recens inibi extructum Templum solemni ritu, ac pompa cõsecraturus. res acta est maiori quam vnquam antea celebritate, omnibus, qui Romæ erant, Cardinalibus illuc delatis, cumque his Archiepiscopis X. Episcopis XLIII. Principibus Viris compluribus Populi autem innumera multitudine.

Curop. Cedrẽ. Zon. Romanus interim Diogenes, prælio cum Turcarum copijs inito, in hostiũ potestatem venit. id Byzantij rescitũ cum fuisset, Michael huius nominis VII. Constantini Ducæ Filius Augustus appellatur, Eudocia exulare cogitur. sunt qui tradant captiuum apud hostes Diogenẽ, eorum Principis arrogantiam (non secus, ac olim Valerianus apud Persas) expertum, insilienti in equũ Barbaro scabelli vicem dorso prebuisse. porrò ab eo demum dimissus, Byzantium cum repeteret, Michaelis iussu capitur, ac luminibus orbatur. capite dein, ex suffossione, intumescente, ac vermibus scatente, humanæ imbecillitatis spectaculum factus, haud diu superuixit,

Diogenis captiuitas Michael Ducas Imper. Infœlix Diogenis conditio.

Hoc ipso tempore vixisse constat Theophilactum Byzantium genere, Acridanæ Vrbis, quæ Bulgarorum Metro-

Theophilactus.

tropolis est Archiepiscopum, cuius in quatuor Euangelia nobiles extant Commentarij.

Hēric. depra-uatus. Vigesimum ætatis annum vixdum excesserat Henricus, cum, domestico-rum consilijs deprauatus, insuper, immensis animi cupiditatibus explendis, pecuniæ auidior factus, in nobilium Virorum capita, atque fortunas debachari, Sacerdotia, atque Ecclesiastica vulgò Munera venalia habere, cum cœpisset, omnium in se odium, atque inuidiam conciuit. ergò Saxoniæ eum Populi, tum Germaniæ totius Proceres, atque Episcopi complures ad Alexandrum Rom. Pontificem deferunt. Is accusatorum numero, accusationum pondere permotus, Regem Romam ad crimina diluenda, ac iudicium subeundum, pro imperio, vocat. cæterum eiusdē Pontificis obitus rem tum quidem disiecit. Henricus eo solutus metu, libidini, atque auaritiæ frena laxius permisit.

Accusatur apud Rom. Pont.

Alex. P P. obitus.

Defuncto Alexandro, Ildebrandus Soanæ, Tusciæ oppido, ortus Rom. Ecclesiæ Archidiaconus, qui Pontificatum ante Pontificatum fermè administrauerat, omnium non tam suffragijs, quam clamoribus in Petri solium euehitur, ac Gregorius huius nominis VII. appellatur. Is, diu obluctatus, cum onus illud excutere non alia ratione posse speraret, Henricū ipsum

Greg. VII.

per

Chri. Ann. 1071. *Lam. bertus Vrsp. Chr. Frisi. l. 6. c. 34.*

Chri. Ann. 1073.

Labb. Mar. Stot. Sigeb.

per Legatos rogat obtestaturque, ne suæ assensum electione prestet; si secus faxit, ipsius se mores haudquaquā toleraturum. ad hæc Episcopi complures, ab illius seueritate sibi ipsis timentes, eundem Regem etiam, atque etiam rogant, vt præferuidi ingenij hominem, suo malo, ne prouehat. his Henricus, quem Deus in reprobum sensum non dum dederat, haud quaquam permotus, Gregorij electionem ratam habuit. At ille Præsbyterio initiatus, mox Pontifex ritè cōsecratus, Legatos in Hispaniam primò, tum in Boemiam, denique in Galliam, atque Saxoniam hoc eodē anno mittit quà ipsorum Principum, quà Populorum mores ad Christianæ disciplinæ normam redacturus. tum Latium ipse, atque Campaniam lustrat: Cassinum quoque sub anni exitum inuisit.

S. Io. Gualberti obitus. Moritur hoc eodem anno IV. Idus Aprilis Ioannes Gualbertus magni nominis Cœnobiarcha, cuius res gestas, præter alios Atto Pistorienſis Episcopus luculento commentario tradidit.

Legatio insignis. Alteram exindè Legationem, eamque celebriorem, Gregorius Pontifex ad Henricum Regem instituit. Legationis munere functa est cū Episcopis quatuor ipsa Agnes Augusta Henrici Mater, quæ Romæ, ac demum Cassini morata, diu iam à Germania, ac Filij consortio aberat. Legationis porrò Chri. Ann. 1074. Lāber.

cau-

causam fuisse constat veteré in Henricum querelam, quod Ecclesiastica munera, ac Sacerdotia nundinaretur; quam ob rem Anathemate perculsus iam fuerat; itaque cum, Legatis obuiam profectus, obsequiũ in eos summum præseferret, alloqui eos nequijt, donec, peracta criminum expiatione, Anathematis solutionem est meritus. porrò cum Legati Synodum ante reditum indicere percuperent, inhibiti à Bremensi Antistite sunt, quod diceret Legatum se esse Sedis Apostolicæ, nec nisi à se indici Synodum, aut cogi posse ipso Romano Pontifice absente. eam ob causam Legati, re infecta, Romam reuersi, authores Gregorio fuere, vt Bremensi Archiepiscopo sacris interdiceret.

Hĕric. excommunicatus.

Bremẽsis Antistetis prærogatiua

Hoc loco Author de Mathilde Tuscia Comitissa, de qua sæpius deinceps meminisse opportebit, sumpta ex Gregorij ad eam literis occasione, germanam tradit historiam. eamque à mendaciorum inuolucris probè vindicat. constat autem & nupsisse illam Godefrido Gibbero Victrici ipsius Filio de quo diximus, &, diuortio cum eo post sponsalia facto Virginem permansisse; hoc vero tempore trigesimum ætatis annum non dum attigisse, porrò ad vsque vndeseptuagesimũ peruenisse.

Mathildis genus.

Indicitur hoc eodem anno à Gregorio Synodus Romæ celebranda, ad quam

Synod. Romæ.

quam Episcopi Italiæ complures cum conueniissent, præter alia decretum, sæpius antea sancitum, de Clericorum castitate, iterum promulgatum est.

Ostien. l. 3. c. 44. Eadem ipsa in Synodo Gregorius Robertum Guiscardum, quem hoc tempore experiebatur infestum, Anathemate perculit; ad hæc exercitu in eum conscripto (quinquaginta amplius militum millia religiosæ militiæ nomen dederant) eo illum terrore ad priſtinum obsequium cum reuocasset, copias in Orientem, ac, si Deus annuisset, Hierosolymam transmittere in animũ induxerat, cæterum ob Henrici Regis inconstantiam, Fidemque ambiguam, desistere ab incepto cogitur.

Guiscard. excommunicatur. Bello petitur Greg. Manniti.

Quo pariter anno celebrata apud Angliam Synodus reperitur, in qua S. Vulstanus deponitur, tum, non sine Dei miraculo restituitur. rem gestam apud Surium vitæ ipsius Sancti Viri Author tradit ex eo petendam.

Synod. Angl.

Eodem ferè tempore Galliæ Rex Philippus, ob illata Ecclesijs damna, à Gregorio increpitus, Legatis ad eum missis, pariturum se religiosissimè pollicetur.

Chri. Ann. 1075. Sequenti anno coacta Romæ Synodo ex omnibus Occidentalis Orbis Regionibus, Episcopi plures, Simoniaca præsertim adsperſi labe, depositi; Sacrorum Ministri reliqui coerciti,

Synod. Romæ.

atque

atque ad sacrorum Canonum custodiam reuocati sunt.

At verò Henricus, Saxonibus hoc anno domitis, quos perduelles passus diutius fuerat, ea iam solutus cura, metuque, obsequium exinde omne in Gregorium abiecit. itaque eo, vt creditum, stimulante Cincius Vrbis hoc tempore Præfectus, ipsa natali Christi nocte, Pontificem sacris operantem, irruptione in Templum facta, capit, ac custodiæ tradit. cæterum prima statim luce, re vulgata, vis in violenti hominis caput vertit. obsessus etenim ipse à Populo, Pontificem dimittere, & suarum rerum iacturam facere coactus est. *Lamb.* *Cincius.* *Pontificē capit.*

His Gregorius haudquaquam territus, Henricum sacra iam, & profana omnia miscentem, paternè anteà monitum, piorum cætu indignum pronunciauit. At ille Vuormatiæ Conuentu Episcoporum habito, Gregorio Pontificatum abrogat, non tamen impune; Saxonibus quippè facinus detestantibus, tum alijs Germaniæ Populis, Proceribusque eadem cum illis sentientibus, bellum atrox aduersus contemptorem Numinis Regē conflatum est; quo, impar viribus Henricus, iniquas pacis conditiones subire cogitur. iussus itaque est exercitum dimittere: Schismaticos Episcopos, turbarumque Authores reliquos Aula ex- *Hēric. iterū excommunicatur.* *Leges à subditis accipit* *Chri. Ann. 1076* *Greg. l. 3. ep. X.* *Labb.*

expellere: Romam proficisci: Anathematis absolutionem petere: donec impetret, Regni administratione abstinere. illud quoque additum, nisi intra annum absolui se curet, nullam reciperandi spem Regni ei reliquam fore. His, volens nolens, assensus cum fuisset, amicis, ac Clientibus destitutus, rerumque omnium indigus, quod nemo illum non auersaretur, iter in Italiam suscipit. cæterũ ingressus Alpes, à Germanis eas Militibus obsessas inuenit, qui transitu ipsum prohiberent, non aliam, vt videbatur ob causam, quam, vt pręscriptus interim ad absolutionem annus elaberetur. quamobrẽ malè apud omnes audirè, qui aduersus illum arma sumpserant, Principes cœperunt, quasi non Zelo offensi Numinis, ac læsæ Pontificiæ authoritatis, sed insana regnandi libidine religionis velamento honestissimè obuoluta, perduellionis consilia agitassent. pudore itaque, metuq. veluti in crimine ipsi deprehensi, liberum demum Regi transitum permisere.

Infœlix eius cõditio.

Chri. Ann. 1077. *Lãber.*

Canusium interim, Mathildis Oppidum munitissimum, eadem deducente, Gregorius venerat, eò delatus supplex Henricus Pontificias extra ædes nudis pedibus, sub dio, perfrigido anni tempore, ieiunus ad vesperam perstitit. id cum iterum, ac tertiò incassum præstitisset, quarto demũ die ad-

Hẽric. Supplex.

Absol-uitur. missus, ac Gregorij pedibus aduolutus, Anatematis tandem vinculis solutus est; conditione tamen adiecta, vt cogendæ apud Germaniam Synodo, sisteret se, ac Iudicium, obiecta crimina diluturus, subiret. rem testatã Lambertus eius temporis Author Germanus Homo, suæque Gentis gloriæ studiosissimus fusè tradit, quem consulere operæ præcium erit. vix alia vmquã expiationis, ac christianæ pietatis species illustrior fuit, si perindè vera fuisset, & non potius ad tempori inseruiendum, vt res docuit, simulata.

Mathildis donatio. Post Henrici in Germaniã reditum, Canusij Pontifex tribus ferè mensibus substitit, vbi dum moratur, Liguriam, ac Tusciam à Mathilde recipit Donatione ad posteros memoranda.

Interim non tam Germaniæ, quam Insubriæ, ac totius Cisalpinæ Galliæ Episcopi Gregorij seueritatem, quam experti antea fuerant, pertimescentes, permotis ad seditionem Populis, Henrico ad perfidiã prono Authores fuere, vt Pontificis, seu verius Christi iterum iugum excuteret. illum igitur Gregorius, qui iam Romam redierat, humana, ac diuina iura proculcantem, Anathematis iterum fulmine ictum, Regni titulis, ac iure exuit; quo factũ, vt Germani statim Proceres, seu qui Regis perfidiam, diuino zelo incitati, detestarentur, seu qui fortunæ inuiderent,

Henric. tertio excommunicatur.

rent, aut, humanis rationibus rem metientes, magnitudinem suspectam haberent, resumptis in eum armis, cum ipsius Filium impuberem in Regnum euehere cogitassent, denique Rodulfum Sueuiæ Ducē promouent; illumque Moguntiam perductum, à Sigefrido eius Vrbis Antistite consecrari curant. porrò incōsulto id Rom. Pontifice factum, ipsemet tradit, qui idcirco ratam illius electionem habere noluit, licet enixè expetentis, ac Filium obsidem, & prolixè alia pollicentis. illud tantum, cum Henrici viciſſim literis, ac legationibus vrgeretur, professus, pro Apostolico sese Imperio vtriusque caulam legitimè cognituru, si suum ipsi iudicium subire ex æquo non detrectarent.

Marian. Scot. lib. 7. ep. 14.

Sax. Gram. l. xi. Obijt hoc anno Sueno Danorum Rex, de quo illud traditur memorandum, cum cædem intra Ecclesiæ septa imperasset, eaque de causa à Vuillelmo Episcopo sacris ei fuisset interdictum, Regijs insignibus depositis, obsoleta in veste, nudisque pedibus pro Templo constituisse, tū humi procumbentem, solumque sæpius deoscultum, tamdiu moratum ibi esse, donec Episcopus, qui sacris eodem in Templo operabatur, manu præhensum, erectumque, piorum cœtui restitueret. *Sueno Dan. Rex.*

Quo tempore Agnes Aug. Henrici mater Romæ diem clausit extremum; *Agnetis Augustæ obitus.*

cum annos ibidem complures ad Principis Apostolorum limina excubasset.

Synod. Roma. Sequenti anno, coacta Romæ Synodo, Gulbertus Rauennas, Theobaldus Mediolanensis, alijsque præcipuarum Vrbium Antistites complures, Simoniæ, aliorumque criminum comperti, damnantur. porrò si quis alia eodem in conuentu gesta decretaue nosse cupiat, illius Acta consulat, quæ inter ipsius Gregorij Epistolas leguntur; ex quibus erroris eos arguas, qui Regnum Henrico tum ademptum, Rodulfo assertum mentiuntur. Chri. Ann. 1078 *Greg. l. 5. ep. 13.* *Mari an. Sa tus.*

Henricus interim Rodulfum, acie victum, in fugam vertit, vicissimque ab eo vincitur, fugaturque.

At Gregorius Pontifex his de rebus, vt par erat sollicitus, Legatos vtriusque Romam euocat, indictaque iterum apud Lateranum Synodo, amborum iura æqua lance expendit.

Nicep. Botoniates Imp. Eadem in Synodo Anathemati subijcitur Nicephorus cognomento Botoniates, qui Michaelē Ducam Orieutalis Imperij Augustum probum, ac religiosum Principē cum Maria Coniuge, Filioque Constantino haud ita pridem captos, in Cœnobiū detonsos coniecerat, ac Imperium inuaserat. porrò de Michaelis pietate, ac effusa in Cassinenses Monachos munificentia, Leo Ostiensis multa scribit. *Curop.* *l. 3. c. 38.* Chri. Ann. 1079

Synod. Roma. Nouo subeunte anno Synodus alia Ro-

post ep. Greg. 17. Romæ cogitur, in qua Octogenarius iam Senex Berengarius sæpius ad pœnitentiam reuocatus, relapsusque, iterum abiurans hæresim, catholicam Fidem iureiurando profitetur. operæ pretium erit eius iusiurandum apud Acta huius Synodi quę extant, *quæque apud Authorem hìc habentur*, legere. *Berēg. hæresĭ quinto abiurat.*

Sax. Gram. l. xi. Eodem anno Haraldo Daniæ Rege, qui Suenoni Patri haud ita pridē succesſerat, vita functo, Canutus Frater Regnum adipiſcitur, ſtatimque literis ad Gregorium datis, eius ſeſe Clientelæ tradit.

l. 7. ep. 5. 6. & 10. Post hæc Gregorius Legatos in Angliam ad Synodum ibi habendam, tum in Hiſpaniam ad Alfonſum Regē mittit, quē ad rerum humanarū contemptum hortatur. denique ad Ladiſlaum Vngariæ Regem, non aliam ſanè ob cauſam, quàm vt Sanctorū eo in Regno Reliquiæ diligentius perquiſitæ, ac decentius reconditæ, impenſiori deinceps honore, atque frequentia colerentur. *Synod. Anglicana.*

Lōgin. hiſt. Polon. Ad huius anni veluti coronidem apponenda eſt purpurea Staniſlai Martyris palma, quem Cracouienſem Epiſcopum Sanctitate conſpicuum Boleſlaus impius Rex ipſo in Altari ſacris operantē trucidari iuſſit. immanis parricidij nuncio ad ſe perlato Gregorius Gneſnenſi, cæteriſque Regni Epiſcopis edixit, Regnum vti vniuerſum Ec- *Staniſlaus Mart. Regnū dictoſue bijcitur.*

Noxio rũ pœna.

cleſiaſtico ſubijcerent interdicto. tum Boleſlaũ ipſum Regio exuit nomine, ac iure; ſubditos verò eidem populos ſacramenti religione ſoluit: Sacrilegij vtcumque participes, culpæque affines, tum eorũ, ad quartam vſque progeniem, poſteros honorum, ac dignitatum, eccleſiaſticorum in primis munerum indignos, atque exſortes pronunciauit. Gregorij literas ſequuta eſt ipſius Numinis vltio. quippè Rex impius, alter veluti Caim, emota ſtatim mente, in inſaniam lapſus, dum profugus omnium conſortium exhorreſcit, à canibus diſcerptus, voratuſq. eſt, memorandum diuinæ vltionis documentum.

Boleſlai exitus.

Subit annus Chriſti octuageſimus ſupra milleſimum, cuius exordio Gregorius Vratiſlaum Boemiæ Ducem initæ cum Schiſmaticis communionis coarguit; rogatuſque ab eo, vti eius Prouinciæ Populis permitteret vernacula, quæ Schlauonica erat, lingua ſacras literas tradere, ſacraſque precationes recitare, haud quaquam annuit, illis allatis argumẽtis, quæ hanc ipſam in rem aduerſus huius temporis Nouatores afferri ſolent; vt appareat recens inuentum nõ eſſe, quod hi blaterant, ſacrorũ Oraculorũ lectura, inhibita illorũ in vernaculam linguã verſione, infimæ plebeculæ interdicere.

Sac. lit. in verna culam linguã verſio.

Subinde apud Lateranum Synodus habe-

post ep. habetur cuius Acta inter ipsius Gre-
14. *l.* 7 gorij Epistolas tute consule. in ea iterum Anathema in Henricum Regem Christianæ pietatis Hostem, multiplici nomine Ecclesiæ communione indignum, pronunciatur, cuius formulam, quæ apud eadem habetur Acta, non erit ocioſum perlegere. porrò non ante hoc tempus, abrogatum Henrico Regnum, Rodulfo collatum est, cui & regiam Pontifex caronã misit. *Hẽric. iterũ excommunicatur. Regno priuatur.*

At vero Henricus, his auditis, Moguntiam Episcopos euocat, quibus Authoribus Pontificatus, si Deo placet, Gregorio abrogetur. vndeuiginti non amplius adfuere. visum itaque est, vt frequentior eorum numerus esset, ad Italiam propius accedere. Brixiam itaque, quam & Brixinonem vocant, Norici olim, nunc Tirolis, Vrbem, cum ipso Henrico Episcopi conueniunt XXX. ab his Gregorius, multis in eum confictis criminibus, Pontificatu indignus pronunciatur: Guibertus Rauennas, qui & ipse aderat, Clementis nomine eidem indito, Rom. Pontifex appellatur. ad hæc omnes, Rex in primis, Idolum suum, ter humi procumbentes, adorant. extant Henrici ad Gregorium tum datæ literæ conuiciorum refertissimæ. Iscripsit insuper ad Rom. Populum, ac Christianos Principes complures; sed diuino plane consilio factum est; vt *Clem. Antipapa.*

Guiscard. supplex. hoc ipso tempore Guiscardus dudum à Gregorio Ecclesiæ hostis, ac piorũ cœtu indignus pronunciatus, Romã, crimina expiaturus, veniens, Pontificis pedibus aduolutus, Romanæ sese Ecclesiæ Clientem agnosceret, eiusq. defensionem, sacramento interposito, polliceretur. extat iurisiurandi ab eo tunc prestiti adhuc formula inter eiusdem Gregorij Epistolas, ipsiusque, vt vocant, Inuestitura, annuique persoluendi Census ab eo facta pollicitatio. huiusmodi porrò census, quod & alibi innuimus, fuit denariorum XII. pro vno quoque iugo bouum.

Eius pollicitatio.

Annuus census.

Hẽric. Victoria. At Henricus in Germaniam redux, collatis cum Rodulfo signis, dum victus fugam meditatur, Deo ita moderante, Rodulfo ex vulnere extincto, victoria ipse potitus est. Eodem fere tempore venerandum Matthei Apostoli corpus Salerni inuentum est, quò translatum ante annos amplius centũ, ibique ob bellicos tumultus abditum, ex memoria Incolarum effluxerat. visus est Apostolus tum maximè sese rediuiuum quodammodo exhibere, vt Gregorium, quod mox contigit, rerum humanarum iactatũ fluctibus exciperet ea in Vrbe supremam diem, ipsius veluti in complexu, clausurum.

s. Matthei corpus.

Ostien. l. 2. c.

Dum hæc apud Occidentem peraguntur, Byzantij Nicephorus, post Tyrannos complures fœliciter deiectos,

Deo,

Deo, quæ in Michaelem ipſe antea patraſſet, vlciſcente, ab Alexio Comneno pulſus, in Cœnobium detruditur. hæc pluribus Ioannes Curopalata, qui & hic finem ſuæ hiſtoriæ imponit, ex qua pleraque omnia Cedrenum, ac Zonaram mutuatos conſtat. *Alexius Cõnenus Imp. Io. Curop. hiſtoricus.*

Chri. Ann. 1081. Nouo ſubeunte anno Synodus iterum apud Lateranum cogitur, iterumque Anathematis ſentẽtia in Henricum, ac Guibertum Pſeudopontificem fertur. *Synod. Roma. Hẽric. iterũ excommunicatur.*

Quo tempore Robertus Guiſcardus, traiectis in Orientem copijs collatiſque cum Alexio ſignis, Victoriam memorabilem reportauit. *Guiſc. Victoria.*

Henricus poſt hæc Rodulfi morte, in tuto iam res ſuas in Germania collatas cernens, profectionẽ in Italiam, Gregorium deiecturus, parat. exercitu itaque comparato, Romã infeſto agmine petit; ad quam tamen non ante ſequentem annum caſtra admouit.

Canutus interim Danorum Rex religioſiſſimus, dum renuentem Populũ ad decimas Eccleſijs perſoluẽdas adigit, ſeditione excitata, in Templo, quò confugerat, multis vulneribus confoditur, *ex quibus*, vt ait Saxo, *plus gloria, quam cruoris effluxit.* poſt Canutum Olauus Frater Rex conſtituitur. *Canutus Rex mart.*

lib. xi.

Chri. Ann. 1082. Exindè Henricus Romam delatus, arcta illam obſidione cingit. cæterum moræ impatiens, inſuper Saxonũ motibus, *obſides* *Olauus. Hẽric. Romã*

tibus, qui Hermannum Lotharingium Regem dixerant, perculsus, haud ita multò post, Guiberto cum copiarum parte Tibur amandato, ipse in Cisalpinam Galliam regreditur,

Recedit.

Alexius porrò Græcus Imp. qui ex Templorũ donarijs exhaustũ ærarium repleſſet, id malè sibi, ac Reip. cessisse, ex accepta à Northmannis clade, animaduertens, in posterum quacumque demum ex causa, id nè fieret, memorabili sanctione edixit, *quam dignam Annalibus Author hìc recitat omninò sanctè legendam.* to. 3. bibl.

Iterũ ad eã accedit.

Sequenti anno Henricus Romam iterum inuadit, factoque in Vrbem Leoninam impetu, eam vi capit, iniectoque in Principis Apostolorũ Basilicam igne, illius Porticum incendit.

Vrbẽ Leoninã capit.

tum munitione summo in Vaticani Collis fastigio, quà eidem Basilicæ imminet, excitata, ac militum præsidio firmata, iterum recedit, pactis cum Romanis Ciuibus inducijs, donec Synodus iterum apud Lateranum haberetur, quæ Nouembri demum mense peracta est, nulla re tamen memorabili in ea gesta ob Episcoporum infrequentiam, quibus tutus ad eam aditus ab Henrici tyrannide nequaquam fuit.

Synod. Roma.

Chri. Ann. 1083.

Roma capitur.

Subit annus sæculi LXXXIV. quo Roma, post triennalem, licet non adeò arctam, obsidionem capitur, non ferro, sed auro.

Chri. Ann. 1084. *Ostien. l. 3. 4*

Ale- 53.

Alexius Imperator, quò infestissimum sibi hostem Guiscardũ ex Thracia in Italiam reuocaret, ingentem pecuniæ vim Henrico transmiserat, quocum fœdus in Northmannos inierat. ea Henricus non ad bellum Apuliæ, quod pollicitus Alexio fuerat, inferendum, sed ad Romanos demerendos vsus, eorum aliquot ad Vrbis proditionem impulit, quorũ auxilio Auentinum occupat, ac Castra ibidem munit: tum Lateranum facili negocio recipit, suoque inibi Pseudopontifice, quasi iam in propria Regia, collocato, Augusti nomen, atque insignia ab eo recipit: Gregorium, qui in Hadriani sese Molem receperat, adoritur, ac vi maxima oppugnat. Hæc dum maximè Rex impius molitur, Roberti aduentu cognito, qui, Boemundo Filio in Thracia relicto, Gregorio Pontifici subsidio properabat, deformi fuga Vrbem deserit, Veientum in Oppidum, quod nunc Ciuitas Castellana dicitur, sese recipit; nec diu ibidem moratus, Germaniam inglorius repetit. belli vis in Romanos, qui Henrico fauerant, versa est, quorum domus à Roberti milite direptæ, subditoque dein igne incensæ sunt.

Hẽric. perfidia.

a Pseu dopõt.

coronæ tur.

Fugatur à Guiscardo.

At Robertus de reditu in Thraciam sollicitus, recedens Vrbe, Gregorium, cui infensos Romanorum multos cernernet, secum abducit Salernum. Clas-

Rogerius. se inde cum Rogerio Filiorum altero in Thraciam soluens, obuias Græcorum naues, prælio inito, magna ex parte capit, aut mergit.

Sequentis anni exordio Saxones eorumque Rex Hermannus, Apostolici Legati authoritate Synodum apud Turingiam celebrant. huius statim decreta, qui Henrico studebant Schismatici Episcopi, ac Guiberti Pseudopontificis Legati Conciliabulo Moguntiæ habito, contrarijs decretis abrogant. *Synod. in Turingia.* Chri. Ann. 1085. *Vrsp. Chron.*

Duo interim veluti Orbis lumina extinguuntur; Gregorius Pontifex Salerni, Robertus Guiscardus extra Italiam Orientali bello non dum peracto. eius cadauer Venusiam Apuliæ Vrbem relatum est. *Greg. & Guiscard. obitus.* *Ostien. l. 3. c. 56.*

Gregorij obitum, quem celebri memoria Ecclesia recolit, annuum fere interregnum est subsequutum; id tum alias ob causas, tum ex insueto obtrudendi, recusandique summi honoris certamine accidisse ferunt. Desiderius Cassinensis Abbas, idemque Romanæ Ecclesiæ Cardinalis adigi vix demum potuit, vt tantum onus subiret. Is igitur in Petri solium euectus, Victor haud vano auspicio appellatur. Chri. Ann. 1086. *Victor. III.* *Ostien. c. 65.*

Henricus interim apud Herbipolim à Saxonibus, qui eam tum Vrbem obsidebant, acie victus, regijs depositis indumentis, vix fuga elapsus est. *Bertol. Herric. vincitur.*

Hoc

Hoc eodem anno Cartusiæ Solitudo incoli est cepta ab Hugone Episcopo Gratianopolitano, ac Brunone sacri illius instituti Authore; quæ Cartusiensis Ordinis origo notatur. *Cartusiensis Ordo*

Chri. Ann. 1087. Subindè Victor Romæ solemni ritu consecratus Casinum repetit, nec ita multo post, Mathildis precibus, quæ Romam venerat, reuocatur. cæterum, qui Henrico studebant, Romanis Ciuibus turbas maximas ciẽtibus, Beneuentum statim proficiscitur, coactaque ibidem Synodo, bellum aduersus Sarracenos decernit; Genuensium itaque, ac Pisanorum Classe copijs in Affricam deportatis, deuictos Barbaros Rom. Ecclesiæ tributarios fecit. Post hæc alterum in Pontificatu annum agens, extremum expleuit diem, Octone Episcopo Ostiẽsi Cluniacensis instituti Alumno, qui sibi in totius Ecclesiæ regimine succederet, præ cæteris, commendato. *Mathildes Romam. Ostien. l. 3. c. 67. Bertol. Sarracenorum Classe. Ro. Eccl. tributarios. Victoris obitus.*

Chri. Ann. 1088. Hic igitur, ex Victoris destinatione, legitimè electus, Terracinæ solemni ritu inauguratur, atque Vrbanus hoc nomine II. appellatur. rem gestam Petrus Casinẽsis Diaconus tradit, cuius est opus Auctarium ad Leonẽ Ostiensem, & Commentarium de viris illustribus Casinensis monasterij. *Vrbanus II. Chron. Cass. l. 4. c. 2 Petrus Casinensis historicus.*

At vero Vrbanus Pontificatum statim adeptus, Casinum petit, quò statim, ad obsequium ei præstandum Ro-

gc-

gerius, ac Boemundus Guiscardo geniti conuenere.

Eccl. Tolet. primatus. Hoc eodem anno Ecclesiæ Toletanæ Hipaniæ totius Primatus conceditur, cuius rei testis Vrbani extat Diploma ad Bernardum Archiepiscopum datum.

Quo pariter anno Saxones, Hermanno Rege vita functo, Eggebertum, & ipsum Henrici Hostem, eidem substituunt. Hoc tempore Berengarius cariosę iam ætatis Senex, qui falsa Ecclesiam pœnitentia toties eluserat, diem clausit extremum, non tamen extra Ecclesiæ communionem, quam postrema hæresis abiuratione vtcumque promeritus est, quod ex eius Epitaphio constat: quamquam ex Lanfranchi Cantuariensis Archiepiscopi Epistola in contrariam sententiam trahimur.

Berengarij obitus. *Papir. mass. Ann. Frãc. l. 43.* *ap. Vuill. Malm l. 3.*

Vrbanus post hæc Romam profectus, Tiberina in Insula constitit, Clemente Pseudopontifice reliquam fermè Vrbem obtinente. cæterum coactis Romæ Episcopis amplius Centũ, Vrbano indicente, Romanorum, quoque in eum studia excitantur; quò factum, vt Clemens, omni destitutus ope, Vrbe simul, & Pontificatu cedere coactus sit, ac iureiurando illum se haudquaquam repetiturum polliceri.

Synod. Roma. Chri. Ann. 1089.

Synod. Troia. His peractis Vrbanus in Apuliam proficiscitur, ac Troiæ Synodum celebrat,

39. q. lebrat, cuius fragmentum Gratianus
5. recitat, quod apud Magistrum quoque
d. 4. c. sententiarum inuenies. Visum est autẽ
21. eidem Vrbano ob publicum Ecclesiæ
bonum Mathildem Comitissam, inui- *Mathi*
tam licet, nuptui tradere Vuelfoni Ba- *dis se-*
uariæ Duci strenuo Catholicæ Eccle- *cundæ*
siæ defensori. huic Vuelfo eiusdem *nuptiæ*
nominis Pater, Azo Ferrarien sis Mar-
chio Auus fuit. Mathildem porrò cum
Vuelfone quoque Virginem perman- *Virgo*
sisse constans est fama, & Bertoldus *perma-*
Constantien sis huius temporis scri- *net.*
ptor diserte tradit ex vtriusque Con-
iugis testimonio.

Initum hoc eodem tẽpore est præ-
lium inter Henricum, atque Eggeber-
tum, victusque Henricus, fuga elapsus
est.

Sigeb. Grassabatur hoc tempore vulgaris *Ignis*
Chr. lues adeò noxia, ac dira, vt quos teti- *Sacer.*
Anto- gisset, igne sacro aut absumeret, aut
nin. membris fœdè mutilaret. translatum
Hist. p. Byzantio tum fuerat Antonij Magni
2. corpus in Galliam, atque ad Motam
S. Desiderij, Prouinciæ Viennen sis,
Vrbani iussu, collatum fuerat. ibi om-
nes eo morbo tacti, (mirum dictu)
confestim sanabantur. quodq. miran-
dum adhuc magis, siquis postea, aut
periurio, aut blasphemia in Sanctum
peccasset, eodem confestim morbo
corripiebatur. hinc in eundẽ Sanctum *S. An-*
cultus mirè est auctus; nec in Gallia *tonij*
tan- *cultus.*

tantum, verũ apud alias quoque Chri-
Eius implo-ratio super igne. stiani Orbis Regiones super igne eum implorandi mos inoleuit.

Seculi anno XC. Vrbano id agente, Chri. Ann. 1090. Galliæ Episcopis Tolosæ Italicis Melphi apud Apuliã magno numero coactis, Conuentus vtrobique celebrantur. *huius Acta, ex Vaticano Codice Author hic refert* à Gratiano quoque, licet non integra, relata. Hac eadem in Synodo Rogerius Rom. sese Ecclesiæ beneficiariũ agnouit, receptoque Ducis titulo in Rom. Pontificis verba, ex præscripto, iurauit.

Synod. dupl. *I. q. 1. c. 3. dist. 31 c. 1.* *Rogerij cliẽ sela.* *Rom. ald. Chr.*

At Romani Ciues, nescio qua animi vertigine agitati, Clementem iterum Pseudopontificem, haud ita pridem Vrbe pulsum, recipiunt; atque Hadriani Molem, dolo interceptam, propugnaculis spoliant. auctæ Schismaticorum vires fuerant Henrici in Italiam aduentu, qui post Mantuam diu obsessam, ac demum dolo captam, ibidem substiterat, Eggeberto Rege Regni æmulo iam extincto, ergò Vrbanus, Episcopis iterum euocatis, Synodum celebrat Beneuenti, in qua lata pridem in Schismaticos omnes Anathematis sententia confirmatur.

Chri. Ann. 1091.

Henric. in Italiam. *Synod. Beneuenti.*

Cæterum dum Rex impius in Ecclesiam debacchatur, Barcinonensis Princeps Berengarius Tarraconẽsem Vrbem de Sarracenis receptam Rom. Ecclesiæ donat, cuius rei monumen-

Berẽg. Princeps.

tum

tum ipsius Principis extat Diploma.

Chri. Ann. 1082. Roma interim sub Clementis potestatem ita transierat, vt, non nisi Leonina Ciuitas, Vrbano pareret, quò Is hoc tempore, ex Campania delatus, apud Apostolorum Principis Basilicam aliquandiu substitit.

Quo tempore Iuo Vir æquè doctus, ac Sanctus, cuius præclara extant monumenta Carnotensium Episcopus consecratur. *Iuo Carnotensis.*

Petr. Ven. in vit. l. 2. c. 28 At vero Vrbanus accersitum hoc anno ex Cartusia Brunonem, eius consilio, in rebus gerendis, vsus, triennio ferè apud se habuit. *S. Brunone Roma.*

Sax. Gram. l. 12. Eodem fere tempore Ericus Rex Danorum, qui Olauo Fratri, superiori anno vita functo, successerat, iudicio ab Hamburgensi Antistite postulatus, appellatione ad Sedē Apostolicā, interposita, Romā ad Vrbanum venit; nec absolutus modo Pontificis sententia Rex est, sed eius quoq. Regni Ecclesiæ à Primatu Hamburgensis exemptæ; insuper, Archiepiscopo eidem Regno dato, Primatus in Norvegiæ Sueciæque Episcopos tributus est. *Ericus Rex Romæ.*

Hoc item anno Vrbanus Pontifex Salernum profectus, Cluniacense ad Cauam Metellianam Cœnobium inuisit, Templumque inibi solemni ritu consecrauit. Profectus indè in Apu-

Chri. Ann. 1093. liam, Synodum apud Troiam eiusdem Prouinciæ Vrbem celebrauit. *Synod. Troiæ.*

Non-

Nondum receſſerat ex Italia Henricus, cum eius Filius Conradus, Vuelfone, ac Matilde adnitentibus, iniuſſu Patris Italici coronam Regni aſſumit Mediolani. itaque omnium ſtudijs in eum verſis, Henricus Pater in ſumma rerum deſperatione Veronam recipit ſeſe, ac diu ibidem, obſeſſo ſimilis, moratur.

Cõradus Italiæ Rex.

Per idem tempus maximum Chriſtianis Orbis, non Eccleſiæ modo Anglicanæ decus, Anſelmus, ex Monacho, Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſummo totius Regni bono, legitur.

S. Anſelm.

Sur. 21 Aprili.

Philippus interim Rex Galliæ amoris œſtro, an leuitate, legitima Vxore eiecta, Fulconis Comitis Andegauenſis coniugem, & ſanguine quidem ſibi iunctam fœminam ſociauerat. eam ob cauſam, Iuone in primis reclamante, Synodus Epiſcoporum cogitur Hugone Lugdunenſi Antiſtite Sedis Apoſtolicæ Legato indicente. in ea Regis facinus improbatum, Rex ipſe Anathemati ſubiectus eſt.

Philip. Gall. Rex.

Synod. apud Gall.

Chri. Ann. 1094.

Eodem fere tempore, vt Veneti ſcriptores habent, inuentum eſt D. Marci Euangeliſtæ ſacrum Corpus miraculo demonſtratum.

D. Marci corpus inuentũ.

Exinde Vrbanus Pontifex in Tuſciã Profectus, Piſas diuertit, eiuſque Vrbis Eccleſiam Archiepiſcopali dignitate ornauit. Poſt hæc Placentiæ Synodum, non Italiæ modò Antiſtitum, ſed

Piſa Archiepiſcopatus.

Synod.

Chri. Ann. 1095.

Bertol.

Sigeb. Fristn. lib. 7 Vuill. Tyr. l. 1. P. Aemil. l. 4.

sed Germaniæ quoque, ac Galliæ celebrauit. tum verò in Galliam ipse delatus, Conuentu alio apud Claromontem Aruernorum Vrbem habito Episcoporum amplius CC. Christianos Principes ad sacrum Hierosolymitanum bellum accendit. militiæ veluti tessera Crux purpurea fuit dextro humero assuta. porrò illud mirum in tanto celeberrimę expeditionis apparatu, nihil sacerdotalis seueritatis remissum, ipsumque Regem Philippum ob sanctissimas coniugij leges violatas, nec dum resipiscentem, Anathemati iterum subiectum, *eiusdem verò Synodi Decreta alia nosse siquis cupit, Authorem consulat ea hìc fusè referentem*,

Placẽtina.

Item Claromõtana.

Bellũ sacrũ.

Vrbani seueritas.

Eodem fere tempore Angliæ Rege Pseudopontifici adhuc patrocinante, Anselmo contra Vrbano, vt par erat, inhærente; Conuentu ea de re habito, Sanctus Præsul Episcoporum defectione, ac Regis minis haud quaquam fractus, tandem peruicit.

Himar. Antonin.

Dira Lue, vt diximus, ab igne sacro Viennensem in primis Prouinciam populante, Ordo ministrantium infirmis Gastone Viro Nobili, ac Gerino Filio Authoribus hoc anno instituitur.

Ordo ministrãtiũ infirmis.

Chri. Ann. 1096.

Vrbanus interim, qui ad sacrum bellum promouendum apud Galliam substiterat, Germaniæ Episcopos complures à Schismate recedentes in gratiam

tiam recipit: Philippum Regem, incestis solutum nuptijs, pœnam deprecantem, piorum cœtui restituit.

Sacra expeditio.

Vrbani classico excitati Galliæ Proceres, quorũ fortissimus Godefredus, Byzantium inter arripiunt. his iunguntur Petrus Eremita, atque Episcopi nonnulli, quos inter Ademarus Podiensis Antistes Apostolica Legatione functus eminuit. *Vuill. Tyr. l. 1. c. 18*

Bonfilius Episcop. Fulginei.

Nec reticendus est Bonfilius Auximanus, Sanctissimus Fulginei apud Vmbriam Episcopus, qui, & alios nonnullos suæ ipsius Diœcesis sacrorum Ministros secum duxit. *Lud. Iacobil. in vit.*

His Vrbanus Pontifiex, summa cum gloria apud Galliam peractis, Romam reuertitur.

Sequenti anno qui seculi fuit septimus, ac nonagesimus, Græcos, vt sacro bello adiumento essent, Rom. Ecclesiæ conciliaturus, Barium Apuliæ Vrbem euocat Synodum ibidem celebraturus. dum ad condictã diem Patres cõueniunt, Rogerius Siciliæ Comes bellum eiusdem nominis ex Roberto Fratre nepoti Rogerio Apuliæ, ac Campaniæ Duci infert, Vrbemque Capuam obsidet. Vrbani tamen authoritate intestinum bellum haud ægrè componitur, vtroque Principe ad eum, Salernum, conueniente. *Chri. Ann. 1097*

Synod. Barij.

Rogerij duo

Sicula Monarchia.

Hoc loco Author prolixam admodum disputationem instituit de Sicula,

la, quam vocant, Monarchia, qua Diplomate Vrbani nititur, quod hoc anno Salerni ab eo datum legitur. qua de re, quod compendio à nobis tradi ex instituto vix possit, Authorem ipsum Lector curiosus consulat.

Cron. Caff. l. 4. c. xi. Pace itaque inter Rogerios composita, Iunioris Frater Boemundus ardore animi miro ad sacrum bellum accingitur. ferunt illum, sericum pannum afferri iussum, innumera in frusta, ad Sacras Cruces, militiæ tesseras, concinnandas, conscidisse. *Boemũdi ardor.*

Vuil. Tyr. l. 3. c. xi. Gallorum interim copiæ Byzantium transgressæ, obuijs vbique Turcis fœliciter profligatis, Nicæam, nobilem Bithyniæ Vrbem capiunt.

Vuil. Malm Idem hic annus Margharitæ Scotiæ Reginæ fœlici ad Deum transitu illustratur. *Margarita Scot. Reg.*

Chri. Ann. 1098. *Vuil. Malm Sur. April.* At in Vrbem redux Vrbanus Synodum in ea cogit, cui Anselmus Archiepiscopus, qui Barienſi quoque adfuerat, interfuit. Anselmi porrò res præclare gestas tum Villelmus Malmesburiensis in historia Pontificum Anglicanorum, tum peculari Commentario Edinerus qui ei à commentarijs erat, summa fide posteris tradiderunt. *Synod. Romæ.*

Vuil. Tyr. l. 5. c. 23 Capta hoc eodem anno traditur à Christianis apud Orientem copijs, præter alias complures, Syriæ Vrbs maxima Antiochia.

Quo

Ordo Cisterciensis

Quo tempore Sedis Apostolicæ authoritate prima Cistercienſis Ordinis fundamenta iacta peribentur. *Sigeb. Chro.* Chri.

Vrbani obitus.

Nouo ſubeunte anno Vrbanus Ælia demum potitus Arce, ac Synodo ex more habita viuendi finem fecit, dum Ann. 1099.

Hierosol. capta.

apud Orientem Hieroſolyma, Godefredi in primis virtute, capta eſt. res omnium ore decantata, ac multorum ſcriptis tradita, notior eſt, quam vt à nobis pluribus ſit recenſenda. Captæ Vrbis Patriarcha eligitur Daibertus Piſanus Archiepiſcopus, idemque ſedis Apoſtolicæ Legatus, à quo Godefredus omnium ſuffragijs Rex appellatus, noui Regni Inueſtituram, quam vocamus, recepit.

Libri XI. finis.

AN-

ANNALES ECCLESIASTICI CAESARIS BARONII S. R. E. CARD.

A LVDOVICO AVRELIO Perusino.

In totidem libellos breuissimè redacti in quot magna volumina opus ab Authore digestum est.

LIBER XII.

Respondēs Duodecimo Authoris Tomo.

Chri. Ann. 1100.

CEntesimus supra millesimū à Christo nato annus incipit, quo Paschalis Vrbano nuper subrogatus Christianos Principes de sua ipsius electione certiores reddidos, Fidei atque officij admouit; viciſſimque ab eis literas, obsequij testes, recepit. extant inter alias à Godefredo Hierosolymorum Rege ad eum hoc tempore datæ; quibus inita fœ-

Paschalis II.

Godefredi

ad eū literæ.

fœliciter prælia, relatæque ex hostibus Victoriæ referuntur. porrò, his vulgatis, noui apud Galliam, atque Italiam delectus habiti, instructissima à Genuensibus classis comparata est. At Gallorum Rex Philippus Anathemati, ex illicitis subiectus nuptijs, tum, facti pœnitens, absolutus; audita Vrbani morte, perindè, ac si sacræ extinctæ cum eo leges fuissent, Pellice in Regiam reuocata, Ecclesiastica iterum vincula abrumpit. ergò Paschalem haud mitiorem expertus Iudicem, ac vindicem, Anathemate iterum percellitur. Indicta porrò ea ex causa, Pictauis Synodo permulta alia ad morum normam, sacrosque ritus pertinentia decreta sunt.

Synod pictauiẽsis.

Sequuta interim Godefredi morte, Boëmundi Antiochiæ Principis, dum Mesopotamiam inuadit, captiuitate, Balduini, qui Regnum post Godefredi Fratris obitum adeptus est, exitialibus, cum Patriarcha contentionibus, Christianorum apud Orientem res mirum in modum perturbantur.

Godefredi obitus.

Balduinus Rex.

Moritur hoc eodem anno Anglorum Rex Vuillelmus, cuius scelere Anselmus Archiepiscopus extorris actus, iam triennio apud Galliam exulabat. igitur Vir sanctus Henrici, qui Vuillelmi Successor fuit, iussu restitutus, haud ita multo post iterum exagitatur, eadem planè ex causa, quod no-

S. Anselm. relegatur.

Restituitur ac iterũ agitatur.

uo

uo etiam Regi acriter obsisteret Sacerdotia pro libidine demandanti.

Chri. Ann. 1101. *Vuil. Malm l. 1. Edin. in vit.*

Res non vno gesta est anno, missique ab vtroque sunt ad Paschalem Papam ex Anglia Legati, qui, contentione apud eum maxima, pro se quisque, egerunt.

Conradus interim, qui Florentiam ad Mathildem venerat, quacum antea contentionem habuerat, ibidem moritur. *Cõradi Italia Reg obitus.*

Quo tempore Philippus, Legatione ad Paschalem missa, Anathematis vinculis solutus est, Synodo hac de re antea in Gallijs ipsius iussu celebrata, quod tamen non nisi post biennium contigit. *Synod. Gall.*

Tyr. l. 10. Vrsper.

Hoc eodem anno expeditio in Orientem innouatur æquè celebris futura, si per Alexij Græcorum Augusti perfidiam licuisset, qui sub pacis, atque amicitiæ tegmine acerbius, quã hostis, crudelius, quam si aperto egisset bello, debacchatus est. hæc porrò exactius nosse si quis cupit, præter Vuillelmum Tyrium, Conradum Abbatem Vrspergensem consulat, qui eiusdem expeditionis socius memoriæ cuncta commendauit. *Expeditio alia sacra. Alexij perfid.*

Eodem fere tempore Genuensium classis appulsu ad Syriæ littus, Christianorum ibidem res miserandum in modum collabentes, restitutæ sunt. eadem porrò Classis in Italiam redux,

non laudem modo summam, sed Diui
S. Io. Baptistæ reliquiæ. quoque Præcursoris reliquias sacro-sanctas, Palestina auectas, Patriæ intulit Pompa triumphali.

S. Brunonis obitus. Postremo illustratur idē annus Brunonis exitu Cartusiensium Patriarchæ, cuius præconia laudati æquè Viri Bernardus Clareuallensis, Petrus Cluniacensis certatim hoc tēpore cecinere.

Altero huius sæculi anno Concilium Chri. Romæ celebratur Henrico in primis Ann. postulante, qui tamen, cum Paschalē, 1102 Patresque reliquos non insolēter fru- *Vrsp.* stratus fuisset, Anathemati iterum subijcitur. sancita vero eodem in Concilio ad Ecclesiasticum rerum statum componendum, ea statim apud Angliam, Conuentu Londini habito, recepta sunt.

Synod. Romæ. Hēric. iterum excommun. Synod. Lōdin.

Matildis dō. confirmata. Hoc eodem anno Matildes, cum donationē B. Petro à se factam, ac publicis monumentis consignatam dolo sublatā, aut deperditam per incuriam audisset, nouo ea super re Diplomate confecto, *cuius exemplum hìc habes,* ratam habuit.

Henrico Angliæ Rege, atque Anselmo in dies magis dissidentibus, Paschalis demum sententia Regi sacrarum rerum administratione interdictū est. ferunt Henrici Legatum maiori, quam par erat, contentione apud Paschalem agentem, contestatum fuisse, Regnum potius eum amissurum, qaum

Chri. Ann. 1103 *Edm. in vit.*

Ec-

Ecclesiarum, vt vocabant, inuestituras; cui Pontificem vicissim respondisse, vitam se potius profusurum, quam vt impunè sacra à Rege contrectari permitteret. *Paschalis Zelus.*

Chri. Ann. 1104. Legatio subindè ab eodem Pontifice duplex instituta est, altera in Galliam ad Philippum Anathemati eximendum, ad Poloniæ Ecclesias inuisendas altera.

Tyr. l. xi. c. 1. Boemundus postmodum Antiochiæ Princeps, quem in hostium potestatem venisse diximus, ab his demum, prece, an precio, dimissus, vna cum, Daiberto Hierosolymorum Patriarcha in Italiam nauigat, indeque in Galliam proficiscitur, vt duas Philippi Regis Filias Constantiã, ac Ceciliam sibi, ac Tancredo ex Fratre Nepoti matrimonio iungeret.

Chri. Ann. 1105. *Vrsp.* Annus agebatur, cum Henricus Germaniæ Regnum adeptus fuerat, propè L. ab inito autem vtcumque Imperio XXII. tum Henrici Filij, ac Germanorum Procerum conspiratione Regni fastigio deiectus est, eodem Filio in Regnum euecto neque hìc stetit Catholici populi, ac Principum zelus. Schismatici Episcopi recedere à Schismate, aut ab Ecclesijs iubentur: mortuorum ea in secessione Antistitũ ossa exhumantur, atque in fluenta projciuntur; quod ab Italis quoque, Germanorum exemplo, factũ de Guiberti

Hẽric. deijcitur.

Hẽric. Fil. eu ehitur

Pseudopontificis cadauere apud Rauennã ante quinquennium vita functi.

Eodém fere tẽpore Balduinus Rex sacratissimo Crucis Ligno in aciem producto, insignem de Barbaris Victoriam retulit. *Tyr. l. xi. c. 23.*

Raimũdu. Tolosæ Comes

Quo tempore bellica laude, ac pietate clarus Tolosę Comes Raimundus occubuit, qui sacræ expeditionis Socius, & pars maxima fuerat.

Hẽrici fuga.

At Henricus in ordinem redactus ex Oppido, in quo honesta veluti sub custodia habebatur, fuga elapsus, Coloniam primò, dein' Leodium petit; indeque mortales, ac Superos contestatus, literas tum ad alios complures, tum ad Galliæ Regem, atque Henricum Filium dedit, & patentes eas quidem, nec obsignatas, quò in suæ ipsius calamitatis commiserationem omnes commouerer sed nihil perfecit; ita omnium odiũ simulatione, atque perfidia in se conciuerat. itaque deplora- *Hẽrici mors.* tis iam rebus, mœrore animi confectus; intra annum moritur sexagennario minor; sepultusque in Monasterio apud Leodium, vbi decesserat; postridiè, quod Ecclesiasticæ communionis expers decessisset, exhumatus est. *Chri. Ann. 1106. Vrsp.*

His Romæ auditis, Paschalis Pontifex Germaniam petere in animum induxit, cæterum, excitatos pridẽ apud eam motus resdisse non dum satis, certior factus, Guastallæ ad Padi ripã *Vrsp.*

Synod. Guastalla.

sub-

substitit, Conuentuque ibidem celebrato, cui Matildes quoque interfuit, Galliam petit, vndè & Germaniæ rebus prospicere satis se posse existimauit.

Moritur hoc eodem tempore Philippus Rex Ludouico Filio hęrede instituto, qui Aurelijs statim coronatur. *Philippi obitus.*

Antequam ex Gallia recederet Pontifex, Synodum apud Trecas celebrat. Quo tempore Angliæ Rex Henricus, Anselmo in Regnum reuocato, ac pace Ecclesijs reddita, Robertum Fratrem, qui sacræ militiæ nomen dederat, Hierosolymis haud ita pridem reducem, Regnum, quod natu maior esset, repetentem, prælio victum capit, ac custodiæ tradit. *Ludo. VI. Synod. Trecẽsis.*

Insigniores interim Romani Ciues, in quibus Ptolemeus Comes Tusculanus, ac Petrus de Columna (qui pro ea, qua pollebat Romæ potentia, hoc ipsum ante octennium quoque factitauerat) Pontificias Ditiones tyrannicè inuadentes, Romanum Agrum infestum habebant. hos Pontifex Petrum Leonis, ac Leonẽ Frangipanem Ciues æquè nobiles adiutores nactus, egregiè vultus, compescuit. tum profectus in Campaniã, quò vrbanas viraret turbas, Synodum Beneuenti celebrauit, ea præcipuè de causa, vt Clericorum luxum, bonorumque Ecclesiæ inuasiones inhiberet; quod & Lõdini apud *P. Columnæ. Leo Frãgipanis. Synod. Beneuenti. Itẽ Lõdini.*

Chri. Ann. 1107.

Chri. Ann. 1108. *Vuill. Bibl.*

Pet. Cass. l. 4.

Ap- pẽd. ad Aim.

Angliam peractum est, Anselmo ibidem liberius, permissu Regis, iam sacra administrante; qui tamen, haud diu superstes, sequenti anno laborum à Deo præmium est consequutus. Chri. Ann. 1109. Mari. an. l. x c. 8.

Anselmi obitus.

Alfõsi duo Reges.

Obierat per idem tempus Alfonsus Castellæ Rex, eius tum Filia Vraca eiusdem cum Patre nominis Aragoniæ Regi consanguineo nupsit. Igitur Paschalis, literis ad Compostellanum Episcopum datis, damnatisque incestis nuptijs, vtrique Coniugi sacris interdixit. Pontificis sententiam sequuta est diuina vltio. quippè Rex impius, qui Appostolicis literis ita non paruit, vt ijs parentes Episcopos extorres egerit, prælio cũ Sarracenis inito, occubuit: Vraca repentina morte extincta est.

Obijt hoc eodem anno sanctus Abbas Odo Cluniacensis rerum gestarũ gloria inclytus, cuius vsi opera Romani Pontifices, eam vbique sedulam, atque proficuam experti sunt.

Mẽrici tyrannis.

At vero Henricus Germ. Rex paternorum scelerum, quorũ vltor fuerat, æmulator factus, Romam infesto agmine aggreditur, ac cædibus cruẽtat: Paschalem cũ Cardinalibus comprehendit: nec Imperij modo titulos, sed Ecclesias quoque, ac sacerdotia quæcumque pro libidine demandandi ius qualecumque intentato captiuis omnibus mortis metu, extorsit. Chri. Ann. 1110. 1111. 1112.

Papã ac Cardinales capit.

cæ-

cæterum Pontifex liber factus, poſt Henrici abſceſſum Conuentu apud Lateranum habito, omnia, quæ cum impio Rege tranſegiſſet, vt per vim expreſſa, irrita eſſe declarauit. rerum triennio fere geſtarum ſeriem præ cæteris accurate refert Petrus Diaconus Caſſinenſis, quem conſulere curioſus lector poterit. *Synod. Roma.*

lib. 4. Vrſpe. Papir. ad Iuon.

Per idem fere tēpus Rogerius Apuliæ Dux, moritur, quem ſtatim ſequuntur Boemundus Frater, ac Tancredus Nepos victorijs ambo apud Orientem partis, atque Antiochiæ Principatu clari. porrò Boemundo eiuſdē nominis Filius, Tancredo Rogerius, vterque degener, ſuccedunt. Quo tempore Balduinus Rex, Danorum adiutus Claſſe, Beritum, ac Sidonem capit. *Rogerij Boemundi Tãcredi obitus. Balduini victoria.*

Tyr. l. xi.

P. Caſ. ſin. l. 4 c. 48.

Alexius interim Græcus Imperator, certior de concepto ab omnibus in Henricum odio factus, eam in ſpem venit, vt, Imperio iam eidem abrogato, ipſe Occidentis quoque Auguſtus diceretur. Legatione itaque ad Romanos, ac Paſchalem miſſa, eius Imperij titulos ſibi, aut Ioanni Filio conferri expetijt, prolixè omnia aduerſus impium Henricum, Hoſteſque reliquos Romani nominis, Romanęque Eccleſiæ pollicitus. cæterum græca fides, ſi vnquam antea, hoc maximè tempore, ob admiſſa in Occidentales Milites ſcelera ſuſpecta, hauquaquā perſuaſit. *Alexij artes.*

Exindè Turcæ, copijs Hiærosolymæ admotis, vbi expugnationem Vrbis frustra tentassent, insigni ad Montem Tabor Cluniacensis instituti Cœnobio diruto, Monachis martyrio affectis, recedunt. Chri. Ann. 1113. *Sigel. appell.*

S. Bernardi conuersio. Hic idem annus est Bernardi, e sæculo ad Cistercienses, transitu, Ecclesiæ memorabilis.

Synod. duplex Vuill. Dux. Secesserat Paschalis Pontifex Beneuentum. igitur ea in Vrbe primò, tum Ceperani ad ripam Liris Conuentus agit. porrò in Ceperanico Vuillelmus Apuliæ Dux, qui aderat, Calabriæ quoque, ac Siciliæ Dux constituitur. Chri. Ann. 1114.

Turbæ Romæ. Moritur post hæc Petrus Vrbis Præfectus. itaque factiosi Romæ Ciues illius Filium, adhuc impuberē, ad idem munus cum elegissent, turbæ indè maximæ excitantur; quo factum, vt Paschalis, qui ad eam redierat, excedere iterum coactus sit. ptofectus igitur in Apuliam, Synodum apud Troiā cogit, ac Romam haud secius sequenti anno redit, vbi iterum Synodū apud Lateranum cogit, in qua Henricus Ecclesiæ Hostis appellatus est. Chri. Ann. 1115. *Synod. Troiæ.* *Synod. Romæ.* Chri. Ann. 1116. *Vrsp.*

Porrò apud Germaniam ijs ipsis, qui ab Henrico steterant, eum deserentibus, Catholici in dies magis inualescunt, vt iam Conuentus agere, copias in eū scribere non dubitarent.

Mathildis obitus. Verū, audita apud Germaniam Mathildis morte, exceptisque Italorum

Le-

Legatis, eorum, qui rerum nouandarum studio tenebantur, Henricus ita animos resumpsit, vt repetendæ Italiæ, illiusque subigendæ spem animo haud dubiam conceperit; simulatione tamen agendum ratus, Romam, quasi crimina expiaturus, contendit. sub ipsum eius aduentum, Paschalis Cassinum petit, indeque in Apuliam pergens, exercitu ibi comparato, in Campaniam venit.

Chri. Ann. 1117. P. Cassin. l. 4 c. 57.

Hērie. Romæ.

At Henricus Romam triumphantis specie ingressus, ad Romanos Ciues vtcumq demerendos, Ptolomei Consulis Filio (ex Octauia hic erat Gente) Filiam matrimonio iungit.

Sed quam superiori anno extulimus Mathildem tumulemus. Ius hæc Vrbano VIII. Pont. Max. *cui hæc ipsa inscribimus*, reseruabatur. Is igitur clarissimam omni œuo Fœminam, deque Rom. Ecclesia optimè, siquis alius Virorum Principum, meritam, decentioris honore tumuli dignam ratus, Mantuano ex agro translatum corpus in ipso Principis Apostolorum Templo Augustissimo, regio ornatu à se extructo monumento, quinque demũ post sæcula, *dum hæc prodimus*, recondebat, huiusmodi cum inscriptione,

Vrbanus VIII. Mathildis ossa trãsfert.

Sepulchrum extruit.

Epitaphio et carminibus ornat.

VRBANVS VIII. P. M.
COMITISSÆ MATHILDI VIRILIS ANIMI FOEMINÆ SEDIS APOSTOLICÆ PROPVGNATRICI PIETATE INSIGNI LIBERALITATE CELEBERRIMÆ HVC EX MANTVANO S. BENEDICTI COENOBIO TRANSLATIS OSSIBVS GRATVS ÆTERNÆ LAVDIS PROMERITVM MON. POS.

Hanc ipsam numquam satis laudatam Heroinam (quod Damaso Rom. Pontifici, quod Carolo Francorũ Regi, atque Augusto Magno, quod alijs sacerdotalis etiam ordinis Viris Principibus laudi olim datum non ignoraret) carminibus quoque Thebano plectro decantatis, ad modulos hetruscos deductis, ornatam voluit; vt viuidum ingenium agnoscas, fertilitatem admireris. Hæc verò extra historiam satis.

Hoc eodẽ anno Balduinus Rex lethali correptus morbo, ex voto nuncupato Pellicem, quam, maximo cum Ecclesiæ contemptu, Vxore eiecta, in Regiam induxerat, in Siciliam reijcit. cæterum, & si ex morbo tum quidem conualuit, sequenti tamen anno vitæ finem imposuit. quo & Paschalis Pontifex moritur, in Vrbem paulo antè cum copijs delatus, tanto cum Hostium terrore, vt Ptolemeus, ac reliqui Henrici Asseclæ (nam Is antea recesserat) latebras statim quæsierint. sedit

Chri. Ann. 1118.

Balduini. obitus.

Item Pasch.

dit annos ferè vndeuiginti, Succeſſo- *Gelaſi*
rem poſt triduum nactus Gelaſium ex *us PP.*
Comitibus Caietanis, non tamen ſine *Cinci-*
turbis, quippe Cincius Frangipanis ne- *us Frã*
fario inſtructus ſatellitio nouum Pon- *gipa-*
tificem per vim captum, in ſuas per- *nis.*
traxit ædes catenatum. cæterum rei
indignitate motus Rom. Populus, im-
petu in Tyranni ædes facto, Gelaſium
recipit. tum verò Henricus Rex Mau-
ritium quemdam, qui & Burdinus di-
ctus eſt, aduerſus Gelaſium, Romanis
Pontificem obtrudit, ac Gregorium *Grego-*
appellat. itaque Gelaſius Vrbe exce *rius*
dere tum coactus, Piſas primò, dein *Anti-*
Galliam petit. *papa.*

Tyr. l. Hoc item anno, qui ſæculi duodeui-
11. c. 7 geſimus numeratur, Templariorũ Mi-
& l. 2. litum Ordo Hieroſolym s inſtituitur *Ordo*
c. 1. ſub ipſum Balduini Regis obitum, qui *Tẽpla-*
Balduinum alterum affinem ſuum ſtre- *riorũ.*
nuum bello Ducem Regni hæredem *Baldu*
inſtituerat. Is igitur Principatum ade *inus II*
ptus, æmulũ expertus eſt defuncti Re- *Hieroſ*
gis Fratrem Euſtachium, cui Populi, ac *Rex.*
Procerũ pars magna ſuffragabatur. ve- *Euſta-*
rum Hic ciuile bellum deteſtatus, ma- *chius mo*
xima cum moderationis laude, exem- *dera-*
ploque ad poſteros memorabili, Re- *tio.*
gni iuribus, ac titulis ſponte ceſſit.

Pet. Eodem fere tempore moritur Ale-
Caſſin. xius Orientis Auguſtus, cum annos *Alexij*
l. 4. c. imperaſſet ſeptem amplius, ac trigin- *obitus.*
17. ta, cumque illud prodigij loco habitũ
Zonar

præcessisset, vt ænea Constantini Magni Statua celeberrima, vi ventorum, ruina maxima disiecta fuisset. ambiguæ Princeps famæ, qui virtutibus vitia rependeret, insueta morum vicissitudine, ac varietate. Eo sublato,

Io. Imper. Ioannes Filius, qui & Caloiannes dictus est, Imperij habenas moderandas susscepit.

Profectus, vt diximus, in Galliam Chri. Ann.

Synod. Vienn. Pontifex, Conuentuque apud Vien nam habito, Cluniacense inuisit Cœ- 1119.

Gelasij obitus. nobium, vbi, lethali correptus morbo, diem obijt extremum. Comitijs itaque ibidem actis, nouus Pontifex dicitur Guido genere Francus S. R. E. Cardinalis Archiepisc. Viennensis Regia stirpe, regijsque virtutibus clarus,

Callistus II. qui Callistus hoc nomine II. appellatur. eius statim electionem ratam habuere, qui Romæ substiterant, Cardinales. at ipse Rhemos profectus

Synod. Rhemis. C C C C. amplius Patrum Synodum celebrauit, cui Rex ipse Ludouicus interfuit.

Henricus verò, qui, Rhemos propius accedens, reddendæ Ecclesiæ pacis spem fecerat, denique, imperata facere cum renuisset, Anathemati iterum subiectus est.

Ordo præmõstratẽsis. S. Nor. Hoc eodem tempore Præmostratensium Sacer Ordo initium habuit, Northberto Institutore, qui agentem Rhemis Callistum adijt, probarique

ab

Chri. Ann. 1120. ab eo idem Institutum curauit. Callistus porrò altero Pontificatus anno Romam venit, nec diu ibidem moratus, Beneuentum, indeque in Apuliam proficiscitur, delectum apud eam militum habiturus, ad Pseudopontificē, qui munitionibus sese continebat, deturbandum. obuium, atque adeò obsequentem habuit Vuillelmū Ducem, cui suo, & ipse, Diplomate paternas, auitasque ditiones beneficiario Rom. Ecclesiæ iure possidendas, sanxit. *thbertus.* *Vuillel Apul. Dux.*

Tyr. l. 12. *c.* 10. Rogerius interim Tancredi Filius apud Orientē, prælio cum Fidei Hostibus inito, vniuerso cū exercitu cæsus, occubuit. cæterum victoria elatis Barbaris cladem Balduinus rependit; qui & sacrorum curam suscipiens, Concilium Neapoli (quæ Samaria olim fuit) habendum curauit. *Roger. obitus.* *Synod. Samaritis.*

Chri. Ann. 1121. *P. Cass. l. 4. c.* 70 *Vrsp. Chr.* At Callistus Romam reuersus, copijs, quas secum adduxerat, Sutrium obsidet, Pseudopontificem, qui eò se receperat, Ciuium deditione, in potestatem accipit, auersoque impositum Camelo, ac Romam aduectum, ludibrio Populi exponit, ac Monasterio demum claudit.

Chri. Ann. 1122. Post hæc Synodum apud Lateranū cogit Episcoporum amplius C C C. Sancitos porrò in ea Canones Gratianus, qui hoc sæculo claruit, magna ex parte in suum Decretum intulit. auditi eodem in Conuentu sunt Germano- *Synod. Romæ. Gratianus Decreti collector.*

manorum Legati, rogatuque ipsorum Legati vicissim in Germaniam missi,

Synod. Vuormatiæ Henrici

vbi, alio Vuormatiæ Conuentu habito, Henricus bona fide cum Calliſto in gratiam redijt, abdicatoque Episcoporum instituendorum iure, Anathemate solutus est.

Anarecõciliatio.

Exindè Pontifex Cassinum petit, Chri. atque inde Beneuentum, eodemque Ann. anno Romam repetit. 1123.

Quod vero ad res spectat Orientis, *Nicet.* Ioannes Imp. parta de Barbaris, qui *Coniat* Istrum transmiserant, insigni Victoria, Deiparã, cuius ope vicerat, pro se voluit triumphare, eius imagine sublimi in Curru collocata, at illa triũpho ab Augusto decorata, multiplicẽ deinceps illi materiam tribuit triumphorũ.

Deipara triũphus.

Balduinus captiuus.

Porrò apud Palestinam Balduino Rege à Turcis capto, cum iam omnia apud eam Prouinciam pessum ire viderentur, Venetæ appulsu Classis, partaque ab ea de Barbaris apud Ioppem Victoria, pristinæ restituẽdæ gloriæ spes Christianis reluxit. *Tyr. l. 12. c. 11*

Otto Pomerania Apostolus.

Otto interim Bambergensis Episcopus, diuino instinctu, venia ab Rom. Pontifice accepta, Pomeranos Idolorum adhuc cultores Christi fide imbuendos suscepit. porrò quos sacros ritus eos edocuerit singillatim refert Vrspergẽsis Abbas, eius sub Diœcesi Monachorum tum Præfectus, diuino planè consilio ad huius sæculi Chri. Ann. 1124.

No-

Nouatores arguendos, qui hos ipsos ritus auersantes, iudaicas superstitiones appellant.

At Callistus cum annos in Pontificatu egisset propè VI. Romæ diem clausit extremum. Comitijs itaque de more habitis; Theobaldus Cardinalis omnium, qui tum aderant, suffragijs in Petri solium euehitur, & Cælestinus appellatur. tum verò Leonis, ac Roberti Frangipanum tyrannide, factum est, vt, turbarum metu, Cælestinus tantum subire onus renuerit. itaque Tyrannis ipsis adnitentibus Lambertus Episc. Ostiensis, nullis legitimis tum quidē suffragijs, eadem in sede, Honorij appellatione, collocatur. cæterum & ipse Cælestini abdicatione cognita, idem præstitit, quo omnium sibi animos, ipsiusque adeò Cælestini ita conciliauit, vt communibus iam suffragijs summum ei sacerdotium delatum sit.

Callisti mors.

Cælesti nus & Honorius.

Simul eligũtur.

Ambo sese abdicant

Honorius iterũ eligitur.

Balduino, vt diximus, ab Hostibus capto, Turcarum copiæ XL. armatorum millia excedentes, à tribus non amplius Christianorum millibus profligantur. prælium est initum ab indicto cunctis ieiunio magno animo. proceſſere in aciem primi, viuificum Crucis lignum, præferens Patriarcha, sacram Lanceam Pontius Abbas Cluniacensis, Lac Deiparæ Episcopus Bethleemites. his auspicijs memorabilis

S. Malachias.

lis Victoria est parta. Ad hunc annum spectat Malachiæ Hiberniæ Episcopi consecratio, cuius res præclare gestas D. Bernardus suculento posteris commentario tradidit. *Bern. in vit. c. 5.*

Hērici insania.

Subinde Henricus Imp. odio, vt præ se tulit, in Rhemensem Vrbem, apud quam Ecclesiastica censura notatus fuerat, inopinatò illam aggredi, ac solo æquare constituerat; cæterum, re à Ludouico Rege intellecta, delectus ab eo statim habitus, votumque D. Dionisio nuncupatum est, cuius ope insani Augusti conatus irriti cecidere; qui res iterum turbaturus videbatur, nisi, ita Deo moderante, hoc eodem anno occubuisset. huic, quod masculà careret prole, Lotharius Dux Saxoniæ, Moguntino in primis Præsule suffragante, subrogatur. cæterum Regni æmulos statim expertus est Fridericum, ac Contadum Henrici Fratres consanguineos, quorum tamen factione superior extitit. Chri. Ann. 1125. *Frisi. lib. 7.*

Hērici Imp. obitus. Lotharius Rex creatur.

Eodem fere tempore Legatus ab Honorio in Angliam mittitur cuius authoritate Synodus Londoniæ est habita, *cuius Acta ab Authore hìc referuntur*.

Synod. Lōdonienſis

Hoc tempore Oderisio Abbate Cassinensi refractario Honorij sententia gradu moto, Nicolao autem pro eo, Honorio tamen insçio, electo, turbæ indè maximæ exortæ, quas idē ipse Chri. Ann. 1126. *P. Cass. lib. 4 c. 91.*

ipse Pontifex, post Legatum nequicquam missum, illuc delatus ægrè composuit. eo ex tumultu nobilissimum Cœnobiũ, idemque ditissimum plus quam hostiliter direptum est, vtroque Abbate, ad contrahendos pro se milites sacram supellectilem distrahente. Cluniacenses quoque dirum schisma hoc eodem tempore exagitauit, cui tollendo Honorius idem impensam operam, opemque exhibuit.

Vinc. Spec. hist. l. 25. Eodem fere tempore eximiæ sanctitatis Abbas Stephanus obijt Grandimontẽsis Instituti Author apud Galliam, qui tamen Ordo, vt non extra eam Prouinciam, ità nec extra hoc ferè sæculum viguit. *Ordo Grãdimõtẽsis*

Chri. Ann. 1127. *Romual. Chr* Sequenti anno moritur Apuliæ Dux Vuillelmus. Eius Ditiones Rogerius Siciliæ Comes consanguineus inuadit; igitur Honorius quod ipso inconsulto id ausus fuisset, Robertum Capuanum Principem Apuliæ Ducem appellat, simul copias in Rogerium conscribit. *Vuill. Apul. Ducis obitus.*

Legatus interim in Galliam ad Trecense inibi Concilium celebrandum ad Honorio proficiscitur. adfuere eiusdem Legati accitu, magni iam tum nominis Viri Bernardus Clareuallensis, ac Stephanus Cistercienſis Monachorum Præfecti, eo in Conuentu Templariorum nonum ante annum institutus Ordo comprobatur. *Synod. Trecẽ. sis.* *Bern. ep. 17. 21.* *S. Bernardus.*

Hoc

Hoc eodem anno Vuillelmus apud Angliã ortus, Tyri Vrbis nobilissimæ, quam Venetorum Classis de Sarracenis ante quadriennium receperat, primus Archiepiscopus cõsecratur, dum inter sacros Dominici sepulchri ministros Hierosolymis Prioris munere fungeretur. alium autem hunc fuisse ab Historiæ belli sacri Scriptore, qui & ipse postea eandem Ecclesiam administrauit, ex eadem habemus historia. *Tyr. l. 13. c. 23.*

At Rogerius Legatione ad Honorium instituta, cum imperata se facturum, Romanæque Ecclesiæ Beneficiarium futurum, fuisset pollicitus, in gratiam ab eo receptus, Apuliã cæterasq. Vuillelmi olim ditiones pacatus obtinet, iureiurando ex more præstito. cæterũ haud ita multo post, Tyranni artes non dum dedoctus, cum Siciliæ Episcopos, Romam ne pergerent, inhiberet, eiusdẽ Honorij sententia Anathemati subijcitur, à quo Aquileiensis etiam, ac Venetus Patriarchæ (qua ex causa non proditur.) hoc eodem tempore damnati, ac gradu moti dicuntur. *Chri. Ann. 1128. Romu. aldus Chr.*

Rogerius Apuliã obtinet.

Recesserat Romam Honorius, nec ita multo post Beneuentum repetierat, cuius Vrbis Ciues, seditione excitata, Rectorẽ interemerant. ergo iterum, pœnas de perduellibus sumpturus, Romam repetit, vbi, haud diu super- *Chri. Ann. 1129. Chri. Ann. 1130.*

Honorij obitus.

perstes, Pontificatus anno sexto moritur. eius obitu non dum vulgato, eadem die Gregorius Lateranensis Cœnobij Monachus eidem subrogatur, ac Innocentius hoc nomine II. appellatur. Re comperta Epitcopus Ostiensis cum factiosis alijs non nullis Petrum Petri Leonis Filium ad idem supremæ fastigium dignitatis prouehit, atque Anacletum vocat, Schismate æquè noxio, ac diuturno, cui rollendo D. Bernardns corporis, ingenijque vires omnes quodammodo exhausit. porrò quæ indè in Ecclesiam mala prouenerint, quæ Principum, ac Populorum disidia extiterint, ex eiusdem Bernardi, tum ex ipsorum Innocentij, atque Anacleti, quæ extant, Epistolis, ac aliorum, quæ in Cassinensi Codice, non dũ impresso, adhuc leguntur, petere curiosus Lector poterit, *quas Author hìc exhibet*.

Innocẽtius II.

Anacletus Antipapa.

ep 124 et seqq

Tyr. l. 13. c. 26. Hæc inter qui in Syria erant Christiani, Damascum obsident, cæterum, quod Occidentalibus quoque aucti copijs ipsi sibi plus æquo fiderent, ac diuina præsidia contemnere viderentur, innumeris confecti ærumnis, abscedere inglorij coguntur, magna insuper ex parte imminuti.

Chri. Ann. 1131. Recesserat in Galliam Innocentius Ludouicum Regem, eo in schismate, æquissimum rerum æstimatornm na ctus. igitur coacta Rhemis Synodo, Ana-

Synod. Rhemẽsis

Ludo. VII. Gall. Rex.

Aanacletum Anathematis Sententia ferit: Regis Filium eiusdem cum Patre nominis, eo adhuc superstite, ac volente, Regem inungit. Leodium exindè petit, à Lothario Germaniæ Rege exceptus. ferunt Lotharium obuiam Pontifici factum ipsius Equi frenum sinistra, virgam dextra præhendisse, sicque illum in Vrbem deduxisse. cæterum haud ità multò post, Episcoporum, vt vocant, Inuestituras, quas Romana Ecclesia per summa pericula haud ita pridè vindicauerat, Rege importunè repetente, turbæ indè maximæ exortæ sunt, quas ægrè tandem D. Bernardus, qua erat apud Reges gratia, atque authoritate, composuit. *Frisin. l. 7. c. 18.*

Lotharij in Pōt. obsequiū

Baldu ini obi tus.

Sub idem tempus moritur Balduinus Hierosolymorum Rex: Regnum Fulconi Genero Turonis Comiti, omnium suffragijs defertur.

Fulco. Rex.

Synod. Placē tia.

Subinde Pontifex Italiam repetens, Chri. Ann. 1132. Pa. stationem primā Placentiæ egit Conuentu ibidem Episcoporum habito, cuius tamen Acta non extant. tum, eo peracto, Placentia discedens, Pisas defertur. pro equutus est Pontificem Lotharius, cuius authoritate pax inter Genuēses, ac Pisanos composita, Innocentius in sedem suam restitutus, ac tum demum ipse Romæ Chri. solemni ritu Augustus appellatus est. Ann. extat ipsius Augusti iurisiurandi con- 1133 cepta *Clun. ep. 3.*

Lotharius Imp.

cepta formula, quo tum Pontifici obstrictus est, quemadmodum, & ipsius Pontificis Diploma, quo eidē Lotha- *Mathi.*
rio Mathildis olim Ditiones, non nisi *ldis Di*
ipso viuente, beneficiario iure attri- *tiones*
buit, ea insuper sub conditione, vt *sub Fo*
qui regendis Vrbibus præficerentur, *udo ac*
in Pontificis verba adigerentur, & *cipit.*
annui census nomine argenti pondo centum soluerentur.

Cæterum, quod non vltra duo militum secum millia Lotharius duxisset, quibus Anacleti Assectæ Vrbe pelli, munitiones ab his infestæ expugnari ægrè possent; Germaniam ipse, Innocentius Pisas, repetunt; cum præsertim Rogerius interim, qui Regio nomine ab eo decoratus, Anacleto studeret, omnia ferro, flammaque vastaret.

Chri. Pisis receptus Innocentius, Conci- *Synod.*
Ann. lium inibi habendum indicit frequen- *Pisis.*
1134. tissimum, cui Bernardus Abbas, cum cæteris, interfuit.

At Rogerius, Neapoli frustra tentata, Beneuentum expugnat, quò statim Anacletus perrexit, qui Rogerij
in vit. tantum præsidio in Italia nitebatur,
S. Bern apud Galliam verò Vuillelmum Aqui-
l. 2. c. 6 taniæ Ducem suæ patrocinantem ca- *Vuill.*
Sur. 10 usæ nactus fuerat. Hic est ille Vuillel- *Aquit.*
Febr. mus, qui tam latè imperitasse dicitur, *Dux.*
Vuil. vt Hierosolymam præter innumeram *Eius po*
Malm peditum multitudinem sexaginta, *tentia,*
l. 2.

equi-

equitum millia duxisse tradant.

Is igitur hoc demum anno, qui sextus à conflato Romæ schismate numeratur, D. Bernardi in primis opera, suam ipsius pertinaciã detestatus Innocentium Legitimum Ecclesiæ Præsidem agnouit, ac suæ Ditionis Episcopos, extorres ea contentione factos, restituit. ferunt Bernardum ea demum ratione eius proteruiam expugnasse. accesit ad eum, & armatum quidem, atque armatorũ stipatum agmine, sacrosanctum Christi corpus secum deferens. tum, propior ei factus, Dominum ipsius, ac Iudicem adesse, minacibus oculis verbisque testatus, tanta hominẽ consternatione affecit, vt humi decidens, ne seruorum quidẽ ministerio stare prius potuerit, quam à Sancto Viro pede pulsatus, surgere, pro imperio, est iussus. Chri. Ann. 1135.

Mira eius mutatio. D. Bernardi. potestas.

Lothatius interim Aug. Innocentij accitu Italiam cum exercitu petit, bellum in Rogerium moturus.

Henrici Angl. Reg. obitus.

Extremo hoc anno Angliæ Rex Henricus moritur, cui Stephanus ex Fratre Nepos subrogatur.

Itẽ Ludouici Gal. Regis. Pius eius exitus.

Henricũ porrò sequitur Ludouicus Senior Gallorum Rex cognomento Crassus, cuius res gestas Sugerius Abbas S. Dionisij est prosequutus. ferunt morti proximum, cum sacrũ Dominici corporis Viaticum postulasset, accedenti sacro Ministro obuiam, viribus Chri. Ann. 1137.

ribus licet dēstitutum, processisse, ac Fidei professionem doctam æquè, ac piam emisisse: Monasticum quoque D. Benedicti indumentum, Regio deposito, suscepisse.

Eo sublato, Ludouicus Filius, Rex antea, vt iam diximus, appellatus, liberas Regni habenas moderandas suscepit. quo tempore Vuillelmo Duce, quo de paulo ante meminimus, in Compostellana peregrinatione vita functo, eiusque Filia Eleonora, ex Patris testamento eidem Ludouico matrimonio iuncta dotalem Prouinciam deferente, Galliæ Regno accessio maxima facta est. *Lud. VII.* *Vuil. Aquit. obitus.*

Sunt qui tradant ea in peregrinatione Vuillelmum haud quaquam mortuum, sed, morte simulata, vulgataque, eremiticam vitam instituisse, profectumque Hierosolymam, indeque in Italiam reuersum, diutius in Hetruria delituisse, ac demum sanctissimè decessisse.

P. Cass. l. 4. S. Bernard. vit l. 2 c. 7. Viterbium Pontifex iam concesserat; ad eum Lotharius, qui biennio ferè Cisalpinam apud Galliam consistere coactus fuerat, profectus, de administrando in Rogerium bello ita, transegit; ipse vt Pontifex, vna cum Henrico ipsius Augusti Genero, Campaniam; Augustus ipse Apuliam, inuaderent. res ex condicto fœliciter cepta, fœlicius cessisse ambobus visa, est *Bellū in Rogerium.*

est. Prouincia vtraque deditione fermè Ciuium recepta. cæterum, Augusto recedente, eadem facilitate amissæ sunt.

Bernardi legatio.

Igitur Innocentius sentiens alia sibi esse consilia ineunda, Bernardũ, quem ex Gallia iam exciuerat, ad Rogerium Salerni agentem mittit. eius aduentu Rex vt non à schismate omnino recessit, ita, maxima ex parte delinitus, futuræ spem pacis haud dubiam fecit.

Anacleti obitus. Victor sublegitur.

Moritur interim Anacletus, quo sublato, qui ei studuerãt Cardinales, Rogerio haud quaquam inconsulto, Victorem (hoc eum nomine appellant) substituunt. id non tam ex Schismatis pertinacia, aut spe illud diutius alendi factum, quam, vt honestius tam Rogerius ipse, quam Schismatici reliqui cum Innocentio, (vt res docuit) transigerent. Omniũ primus Victor ipse, Bernardo deducente, Innocentij pedibus prouolutus, Christi eum Vicarium agnouit, quem alij deinceps sequuti sunt maximo Ecclesiæ bono.

Lotharij mors.

Recedentem in Germaniam Lotharium, nec dum Italia egressum, in ipsis Tridentinis Alpibus mors excepit. Quod verò Is mascula careret prole, Comitijs apud Confluentiam habitis, præterito Henrico Genero, Conradus ipsius Lotharij Sororius Rex Rom. appellatur. missus eò fuerat ab Innocentio Legatus, qui Comitijs interesset;

Conradus Imper.

ab

ab eo igitur Cornadus Aquis, quo ſtatim à Comitijs conceſſerant, ſolemni ritu coronatur, Colonienſi Archiepiſcopo, cuius id erat muneris, eo fungi non valente, *quod* (inquit Otto Friſingenſis) *nouiter intronizatus, Pallio careret.*

Hoc item anno ſæculi vndequadrageſimo Synodus ab Innocentio Romæ cogitur longe frequentiſſima Epiſcoporum ferè Mille, eius XXX extant Canones, quorũ aliquot apud Gratianum leguntur. eadem in Synodo Anathematis ſententia in Rogerium eſt lata, cui & bellum poſteà inferre neceſſe fuit, ex quo tamen, præter ſpem omnem, pax ſtatim orta eſt. *Synod. Epiſcoporum M.*

d. 90. c. pen. 12 q. 2. c. illud. 17. q. 4. c. ſi quis ſu ad. 22 q. 4. c. ſin.

Deceſſerat Rainulfus, qui Apuliæ partem maximam, Pōtificis conceſſu, obtinebat. eius ſtatim Ditiones Rogerius inuaſit. Innocentius tum, delectu habito, in Rogeriũ arma ipſe met infert, ſed pari euentu, atq olim in Guiſcardũ Leo. quippè ex inſidijs à Vuillelmo Filio captus, honorifice tamẽ eſt habitus, cultuſq pro merito ab Hoſte, qui non ſecus, ac ſi victus ipſe fuiſſet, pacis conditiones dici à Captiuo eſt paſſus. igitur, contracta ſolutus noxa Rogerius, Regis nomen, malè antea partum recipit. Regnum beneficiario iure obtinet, atque in Pontificis verba per Sacramenti religionem adigitur. Extat Innocentij ea ſuper re Diplo-

Frij. ibid.

Innocẽtius PP. ca ptus.

Roger. Rex di citur.

Regnũ ſub fe-

udo ac cipit. ma, *ab Authore huc allatum apud eum legendum.*

His peractis, Innocentius Vrbem repetit, nec modo vti victor, sed quasi triumphator excipitur. quò postquam peruenit, pro triũphali Fornice D. Mariæ trans Tiberim Basilicam pœnè collabentem, solo deiectam, in eam, qua nunc visitur, formam à fundamentis restituit.

Tẽplũ S. M. trans Tiber.

P. Abailard Arnaldus Brixiẽsis. Dãnãtur.

Hoc tẽpore Petrus Abailardus apud Galliam, illiusque disciplinæ Alumnus Arnaldus Brixiensis apud Italiam, praua cum de fide sentirent, docerentque, D. Bernardi in primis opera detecti, atque exagitati, Romani Pont. sententia damnãtur, editique ab eis libri concremantur. Petrum porrò non ab hæresi tantum recessisse, sed inter Cluniacenses Monachos receptum, innoxiam ibidem duxisse vitam, sanctoque demum fine quieuisse, ex Petro Sanctissimo eius Instituti Abbate exploratum habemus.

Chri. Ann. 1140. Bern. vit. l. 5. ep. 20.

Neapolis ambitus.

Potitus haud ita pridem Neapoli, deditione Ciuium, fuerat Rogerius; igitur Vrbem triumphali pompa postquam inijt, eius metiri ambitum voluit. fuit autẽ passuũ MMCCCLXIII. quod ideo dictum voluimus, vt constet, quam longè eo tempore abesset ab ea, qua nunc visitur, amplitudine.

Falc. Chr. Benen.

Bellũ Tiburtinum

Defecerant dudum à Pontifice Tiburtes; ea de causa cum Romanum quo-

Chri. Ann. 1141

Frisin. quoque agrum infestum haberent, ob-
l. 7. c. sessi à Romanis sunt. cæterum, cum
27. obsidio procederet negligentius, eruptione ab Hostibus facta, Romani turpem in fugam, exuti Castris, vertuntur. ex hoc prudentiores simul, atque audentiores redditi, obsessos iterum arctius Tiburtes, ad deditionem impellunt. porrò cum pacis conditionem nullam, nisi Vrbe diruta, Ciuium migratione præuia, Romani admitterēt, miseratione ductus Pontifex, veniam petentibus dedit, Romanis licet reclamantibus, quorum idcirco ira, ab hoste, in Pontificem versa est. ergo, se- *Seditio*
ditione, in Vrbe, maxima excitata, *Roma.*
Romani à Pontifice deficiunt, veterem Ciues libertatem inclamant, pristinos reuocant magistratus, sacrorum tantum procurationem Pontifici relinquunt; quæ res mortē illi, ex mœrore, peperit, & Successores dein complures exercuit. verum Innocentij mors biennio ferè post sequuta est, vt suo loco referemus.

Chri. Ann. 1142. *Appēd ad Sigeb.* Orta interim inter Innocentium ac *Papa*
Ludouicum Galliæ Regem contentio, quod Hic Bituricensem Archie- *et Gall*
piscopum, se inscio, ab eo missum re- *Regis*
cipi vetuisset; Petro Cluniacensi Viro *dissidi-*
eximio intercedente, composita est, *um.*
Bernardo quoque adnitente.

Eodemque tempore, Hierosolymæ *Fulco-*
Rex Fulco, equo, ex venatione, lapsus, *nis mo*

interijt, suo ipsius ense, vt quidam tradunt transfossus, Balduino Filio adhuc impubere Regni hærede relicto.

Subindè Iunocentius dum Romanos Ciues à seditiosis consilijs reuocare omni ope nititur, laborare sese incassum animaduertens, quod antea innuimus, ex animi potiùs, quam corporis ægritudine oppetijt, cum annos sedisset paulo amplius XIII. Chri. Ann. 1143.

Innoc. obitus.

Cælesti nus. Altera dein die qui Romæ erant S.R.E. Cardinales Seditiosorum metu Ciuium, nil cunctati, Cælestinum hoc nomine secundum, vel si alium, qui Pontificatu sponte cessit, adnumeres, tertium, Pontificem appellant. *sup. ad ad.*

Io. Imper. obitus. Moritur hoc eodem anno Ioannes Græcus Imperator, cũ annos regnasset quatuor fere, ac viginti. porrò ex leui eum vulnusculo perijsse tradunt ab euersa inter venandum faretra venenatæ cuspidi manu impacta; cum enim Medici præcidi manum iuberent, abnuit negans, *tantum Imperium regi vna manu posse.* 1124. *Frisl.* 7. c. 18 *Tyr.* l. 15. c. 23.

Manuel. Imper. Ioanni Manuel natu minor Filius, ex ipsius Patris destinatione, subrogatur, Isaacio præferocis ingenij Iuuene submoto.

Cælestini obitus. At vero Cælestinus, sexto non dum Pontificatus mense exacto, vita functus, Successorem habuit Lucium huius nominis II. Bononiæ natum, atque inter Canonicos, quos vocant, Regula- Chri. Ann. 1144.

Lucius PP. II.

gulares, educatum. Hunc seditiosi Romæ Ciues indignis plane modis exagitarunt. verum enimuerò dum resiliunt domestici, Deo moderante, externi accurrunt; quippè hoc ipso tempore Lusitaniæ Dux Alfonsus Prouinciam Rom. Ecclesiæ vectigalem fecit annuo eidem censu constituto. *Alfonsus Lusit. dux*

Tyr. l. 16. *c.* 8. Balduini Adolescentis auspicijs biennium iam regnantis Christianorum copię in Arabes profectæ, maximaque in discrimina coniectæ, diuina demum ope, incolumes Hierosolymam reducuntur.

Chri. Ann. 1145. Exacto non dum anno Lucius quoque sedandis Romanorum turbis impar, ex mærore animi, seu, quod alij tradunt, ictu lapidis, ex concitata in eum Plebe, diem clausit extremũ. huic statim sublegitur Eugenius ex D. Bernardi disciplina Monachus, ac tum quidẽ Monasterij suburbani ad Aquas Saluias siue ad tres Fontes, Præfectus. Is concitatæ furorem multitudinis vitare satius ducens, Viterbium concessit; qua in Vrbe non ex Anglia modo, sed ex Armenia quoque, ac Syria honorificas excepit Legationes. cum autẽ ex Syriæ Legatis audisset Edessam nobilem eius Prouinciæ Vrbem in hostium potestatem recidisse, remque inibi Christianam in maximum discrimen adductam, Galliæ Regem Ludouicum, alioſque Christianos Prin-

Lucij obitus.

Eugenius III.

cipes ad sacrum Bellum suscipiendum sollicitare instituit, cuius rei gratia Synodus apud Galliam indicitur Carnoti celebrandum; quod non ante sequentem annum coactum est, qui sæculi fuit sextus, ac quadragesimus. extant hac de re D. Bernardi Epistolæ complures quibus totius Europæ Populos, ac Principes ad sacram expeditionem adornandam hortatus est.

Synod. Carnoti. Chri. Ann. 1146.

Sacra expeditio. Post hæc Eugenius ipse duos ea super re Legatos S. R. E. Cardinales elegit. tum Conradus Rom Rex eodem & ipse excitatus Classico innumeris stipatus copijs, ac Principibus Germaniæ Viris, inter Byzãtium capessit; quod & Ludouicus Rex præstitit post exceptum Parisijs Eugenium. Chri. Ann. 1147.

Porrò Eugenio apud Galliam morante, Gilbertus Pictauiensis Episcopus, atque Henricus Petrobusianus, nouas hæreses disseminantes, Ecclesiastica censura notati sunt, quod tamen non nisi sequenti anno gestum est, Synodo apud Rhemos celebrata, qua & Eudo quidam Hæreticus insaniissimus damnatus est, aliaque ad morum normam decreta, *quæ ab Authore huc allata, ex eo peti possunt.*

Synod. Rhem. Chri. Ann. 1148.

Galli & Germani Hierosolymã Gallorum interim copiæ, Ludouico Rege deducente, mox Germanæ sub Lothario, Vere ineunte, Hierosolymã perueniunt. cæterum tanta belli moles, qua terrarum Orbis subigi tum pos-

posse videbatur, Regum, ac Militum discordia, siuè incuria, in nihilum statim recidit. itaque vertēte anno Conradus Byzantium profectus, initoque cum Manuele Aug. in Rogerium fœdere, Græca instructus classe, in Italiam venit. *Cōradus redit.*

Chri. Ann. 1149. Exindè Ludouicus, dum & ipse in Galliam nauigat, à Græcis captus, à Siculis mox ereptus, in Regnum sospes reuertitur. *Itē Ludouicus.*

Hoc tempore Rogerij Classis Byzantium vsque delata, Regias ipsas in ædes tela intorsisse, regijsque ex Hortis poma decerpsisse, summæ sibi gloriæ duxit.

Belli sacri infœlix, non inanis modo expeditio D. Bernardi illius promotoris famæ haud parum detraxit. extat hac de re ipsius S. Viri Apologia omnino legenda, qua ex sacris literis exēplis appositè admodum petitis, & rationum pondere non tam se ipsum, quam inscrutabilia Dei consilia à prauis mortalium iudicijs, atque obtrectationibus vindicat. *In D. Bernardū ca lūnia.* *de cōs. ad Eug. l. 2.*

Vit. S. Bern. l. 4 c. 3 Per idem ferè tempus Henricus Galliæ Regis Frater eiusdē Bernardi opera, regijs pompis valere iussis, Cisterciensis Monachus efficitur: quamquā postea Bellouacensis Episcopus electus, ratam eam electionem habere ipso Bernardo, ac Romano Pontifice iubentibus, coactus est. *Gall. Regis Frater Monachus.*

Italiam Eugenius repetierat, cum Chri.
P. Cluniacēsis. eum Petrus Cluniacensis Abbas con- Ann.
uenit ex Gallia, iniuriam ab Vgone 1150.
quodam illatam expostulans, qui in P. Clu.
edito prope suum Monasterium col- ep. 46.
le munitum à natura, atque arte Ca- 47. l. 4
Miru de Hugone. strum extruebat. Is, Pontificis etiam Appē
monita cum neglexisset, Anathemati ad Si-
subiectus, diuinam statim vltionem, geb.
omnium cum admiratione expertus
est; quippè, terræ motu excitato, ædi-
ficium ita corruit, vt, tellure inibi,
hiatu maximo, fatiscente, absorptum
sit. confluente dein aqua, hiatus ipse
in Lacum ebullijt.

Hoc eodem tempore Siciliæ Rex
Rogerius Vxorem, ac Filios subindè
quatuor, iteratis funeribus, extulit. su-
perest Petri Cluniacensis epistola, qua ep. 18.
illum ea de re solatus est, hortatusque l. 6.
ad bellum aduersus Manuelem prose-
quendum, qui Gallorum copias ipsum-
que adeo Regem Ludouicum malè,
vt diximus, haud ità pridem, accepe-
rat.

Altero, ac quinquagesimo sæculi an- Chri.
no Ludouicus Galliæ Rex, tum Fride- Ann.
ricus Sueuiæ Dux, postea Augustus, 1150.
cum Vxore quisque suâ, ob sanguinis
coniunctionē, coniugium soluere co-
guntur. eodemq. anno Henricus Finlā- Io. Os
diæ Episcopus, vbi eam Gentem ad l. 19.
Christi Fidē traduxisset, impiorū gras- 3.
satione, Martyrij palmam adipiscitur.

Hoc

Hoc item anno Gratianus ex D. Benedicti disciplina Monachus Bononiẽsis Monasterij Alumnus, Clusij tamen apud Tusciam natus, compactum a se Decretorum opus edidit. porrò quæ eodẽ in Codice dicuntur Paleæ, cuius nam Authoris opus sint, alijs disquirendum relinquimus. *Gratiani Decretũ.*

Chri. Ann. 1152. *Frisi. in Fridl. l. 1. c. 63.*

Moritur interim Conradus Rom. Rex ab inito Principatu anno XIII. qui tamen Augusti nomen, atque insignia à Rom. Pontifice nunquam adeptus, inter Imperatores censeri nequaquam solet. extinctus est non sine veneni, suspicione à medicis, quos ex Italia acceperat, Rogerij suasu propinati. tradit Otto Frinsigensis, qui tum aderat, sepultũ eum iuxta Henrici tumulũ Bambergæ, additque obiter Henricum ipsum haud ita pridem inter Sanctos ab Eugenio relatum. extat Apotheosis, cuius Diploma ex Bambergẽsi Chronico *ab Authore hìc descriptum*, consule. *Conradi obitus. Hẽricũ Imp. canonizatio.*

Hoc ipso tempore Bernardus aureos illos quinque libros quos *de consideratione* inscripsit, ad Eugenium transmisit, quibus non ipsum modo Eugenium, sed Pontifices, cum ipso, omnes informat. *S. Bern. libri de cõsid.*

Frisl. l. 2. c. 1.

Conradi obitu Germaniæ Regnum Friderico, quem diximus, Sueuiæ Ducci ex Fratre Nepoti, Comitijs ea de re habitis, defertur; eiusdem nominis *Rex.* *Fridericus Germ.*

Conradi Filio immaturæ adhuc ætatis Adolescente prætermisso.

Ab eo statim missi sunt ad Eugenium Episcopi Treuirensis, ac Bambergensis, per quos concordia inter vtrumque est inita, *cuius Instrumentum ex Vaticanis scriptis ab Authore huc affertur*.

Roger. obitus. Sunt qui tradant hoc eodem anno Rogerium quoque decessisse, cum alij post biennium contigisse id affirment. vtcumque, eo sublato, Regni iura ad

Vuillelmus Sicil. Rex. Vuillelmum Filium deferuntur. Sequenti anno datum reperitur Eugenij Diploma, quo quartam oblationum partem, quæ super Confessione S. Petri, ex more, fierent, eius Basilicæ Canonicis attribuit. Eodemque anno Cardinales duo ab eodem Eugenio in Germaniam missi, Moguntinum Antistitem Henricum, causa cognita, deponunt, atque Arnoldum eiusdem Ecclesiæ Cancellarium substituunt. Chri. Ann. 1153. *Frisl. l. 6. 9.*

Eugenij obitus. Post hæc Eugenius ipse moritur Tiburi, cum annos sedisset paulo amplius VIII. pluribus eum post mortem illustratum miraculis tradit Gofridus huius temporis Author. *ad fin. Vit. S. Bern.*

Anastasius IV. Altero ab Eugenij obitu die, mira omnium concordia, Anastasius eligitur, qui hoc nomine IV. numeratur.

S. Ber. obitus. Obijt hoc eodem anno maximum Ecclesiæ decus, ac fulcimentum Bernardus Abbas Clareuallensis sexage-

nario

nario maior, quem omnium ore, ac scriptis commendatum silentio venerari, quam minus pro dignitate laudibus exornare satius duximus.

Chri. Ann. 1154. Anastasius porrò, nulla re memorabili gesta, mortem obit, sexquianum, plus minus, cum sedisset. *Anastasij mors.*

Huic sublegitur Hadrianus huius nominis IV. apud Angliam natus, quem Eugenius Romæ detinuerat, atque Episcopum Albanensem consecrauerat. *Hadrianus IV.*

Fris. l. 2. c. 11 Hoc ipso tempore Fridericus in Italiam descendit, vtque Tyranni nomen effugeret, ex itinere iustitiæ specimen edidit, pecunia Ecclesijs reddita, quæ prædæ à militibus subiecta fuerat. *Fridericus in Italiam.*

Tyr. l. 16. c. 1. & 16. Orta interim inter Almaricum Antiochiæ Patriarcham, ac Rainaldum Principem contentione, ab hoc ille in carcerem coniectus pluſquam tyrannicè est habitus; quippè, vt alia sæuitiæ documẽta fileantur, melle delibutus, ardentissimo sub sole muscis, alijsque infestis animalculis expositus est. *Antiochiæ Princ. sæuitia.*

Chri. Ann. 1155. Vltus est tamen Tyrannum Deus, quẽ in hostium potestatem venire, ac miserrimam apud eos seruituten seruire permisit.

Vuillelmus interim Rogerij Filius Beneuentum aliaque Pontificiæ ditionis oppida cum inuasisset, atque hostiliter diripuisset, solemni ritu ab Hadria- *Vuillelmus excommunicatur.*

driano excommunicatur.

Fridericus Romæ. Eiusin Pont. obsequium.

At Fridericus aliquandiu apud Insubriam moratus, Romam contendit. obuium habuit ad Nepetam Hadrianum, quo loco Pontificiæ maiestatis species renouata est, Rege illum deducente, ac descendentis ex equo stapedam manu tenente; exin eodem cum Pontifice Romam progressus, Romanorum Legatis contemptui habitis, Augustales titulos inani iactantia deferentibus, Augustus à Pontifice in ipso Principis Apostolorũ Templo inauguratur. id vbi primum Romani milites, qui Æliam Arcem præsidio tenebant, persensere; in Vrbem Leoninam infesto agmine irrumpunt, Germanos milites in fugam vertunt, vicissimque ab illis, vires, atque animos resumentibus, intra munitionem repelluntur.

Fris. l. 2. c. 22

Augustus appellatur.

Germaniã repetit

Redeunti quoque in Germaniam Augusto expedienda non semel arma fuere, Spoletanis in primis eum aggredi haud verentibus; tum Latronibus, magno numero, Alpium fauces obsidentibus.

Pontifex Beneuẽti

Diris, vt diximus, à Pontifice deuotus Siciliæ Rex Vuillelmus, rebellantes statim Populos, ac Regni Proceres expertus est. his, vt animos, virefque Pontifex propius subministraret, Beuentum perrexit; hìc à Rege, qui apud Apuliam paulo ante aduersus Græcos foe-

Chri. tus Ann. 1156. *Tyr. l.* 18. c. 8.

Fris. l. 2. c. 29

fœliciter pugnauerat, obsessus, iniquas Pacis conditiones subire cogitur, eam in primis, qua, qui in Regē arma sumpserant Proceres, ab ea excluſi, in maximum vitæ, ac fortunarum discrimen adducti sunt. horum non nulli ad Fridericum profecti, Capuanus tamen Princeps, dum fugam, & ipse, meditatur, captus, ac luminibus orbatus, diro carceri est mancipatus. extant ipsius Pontificis, ac Regis Diplomata, firmatique fœderis pacta, *ab Authore huc allata*, quibus Rom. Ecclesiæ dignitati, ac commodo vtcumque consultum est.

Obsidetur.

Iniquas cōditiones subit.

Beneuento Pontifex Vrbemueterem profectus est, atque inde Viterbium, eodemque anno Romanis Ciuibus illius desiderium non ferentibus, Romam repetijt.

Tyr. l. 18. c. xi. Quo tempore Balduinus Hierosolymorum Rex, pactā cum infidelibus pacem frangere haud veritus, insigni ab eis clade affectus est.

Balduinus inuſtē citur.

Chri. Ann. 1157. Initum superiore anno cum Vuilelmo ab Hadriano fœdus, tum acriores hoc anno datæ ab eodem Hadriano ad Fridericum literæ, ac Legatio instituta, discordiam inter eos maximam conflarūt. rem gestam fusè tradit Radeuicus eius temporis scriptor, & *ex eo Author, quos require, remque ipsam æqua lance tute Lector perpēde.*

Diſſidium inter Pōtif. & Imp.

l. 1. c. 8 e seqq.

Chri. Ann. 1158. Infesto in Pontificem animo Italiam repe-

repetebat Fridericus, cum, noua ab eo Legatione audita, pacatior tum quidem est redditus, castrisque inter Placentiam, ac Cremonã promotis, Conuentum Italiæ Procerum Roncaliæ habuit, cui, cum cæteris interfuere quatuor insignes ea tempestate Legũ Doctores, qui Bononiensem Academiam illustrabant. hi fuere Bulgarus, Martinus, Hugo, ac Iacobus; de quibus huiusmodi extat Guarnerij æquè celebris, ac paulo antiquioris I.C. testimonium, quos suæ fortasse disciplinæ Alumnos habere se gloriari hoc pacto voluit. Rade. l. 1. c. 23. Ott. Mor. Chr. Laud.

Insignes Iuniſperizi.

Guarnerij de ijs testimoniũ.

Bulgarus os aureum: Martinus copia Legum:
Hugo mens Legum: Iacobus est quod ego.

Quorum postremum (à Petro etiã Blesensi egregiè laudatum) qui recentiorum Iurisconsultorum Vitas conscripsit, mirum cur præterierit. ep. 173

Vix conciliata inter Pontificem, atq. Augustum pax fuerat, cum nouis dissidij causis suborris, iterum discussa est. Sedatæ nihilominus sunt turbæ Hadriani morte, qui haud ita multò post Anagniæ, ex Angina, repentino, ac violento in primis morbo, decessit; quo factum, vt Augusti partium Schismaticus Author eam sit fabulam commentus, Hadrianum ex arrracta in fauces musca fuisse strangulatum. Huic Chri. Ann. 1159. Vrsp. Chr.

Hadriani obitus.

Fabula de eo.

sub-

sublegitur Alexander Senis apud Tusciam natus, non tamen sinè schismate per Octauianum Tit. S. Ceciliæ Cardinalem conflato; qui Pontificatum ſpe improba cum deuoraſſet, vbi ea se deiectum sensit, Pontificale, vt vocant, *Mantum* Alexandro per vim detraxit; ex quo illum posteà per ludibrium pueri vulgari, qui iam tum vsurpari consueuerat, sermone *Smantacompagnum* vocitarunt. Pontificatum porrò adeptus Alexander, nihil prius habuit, quam vt Fridericum in Insubria adhuc agentem Legatione ad eũ missa; sibi conciliaret. at ille nec Pontificis literas legere, nec recipere Legatos voluit; quos insuper per summam amentiam, ac furorem, suspendio necare, ni, qui apud eũ erant Proceres, vetuissent, in animum induxerat. cæterum eorundem posteà Principum Virorum suasu & Legatos admisit, atque audijt, & Alexandri recitari sibi literas permisit.

Rade. l. 2. c. 51. *Alexãder III* *Schisma.* *Friderici ar rogan. tia.*

Moritur hoc eodem tempore Otto Episcopus Frisingensis, cuius luculentam historiam, quem diximus, Radeuicus prosequutus est. Roberti quoque Cisterciensis apud Angliam obitus huic anno adscribitur.

Otto ep Frisingẽsis. *Sur. 7. Iun. Chri.*

Nouo subeunte anno indictum ab Augusto Ticini Conciliabulum celebratur. interfuere Episcopi, licet, ex vniuerso Occidentali Orbe acciti, nõ

Ann. 1160. Rade. l. 2. c. 61. *Concilabulum.*

am-

amplius L. adfuit Octauianus ipse, qui Victoris nomen assumpserat, & Friderici gratiam abundè iam nactus, quantumuis Romæ contemptui habitus, ac puerorum vocibus traductus, pro Pontifice se gerebat. Augustus ipse præfatus penes se esse ius Concilij indicendi, habendique, liberaliter se tamen acturũ testatus est omniaq; Episcoporũ iudicio reseruaturũ. hæc loquutus, Conuenticulo abscessit. agitata est igitur Alexandri, ac Victoris causa. tum ille, quasi contumax damnatur, Pontificatus Victori adstruitur. Acta ipsa apud Radeuicum licet non integræ Authorem fidei, extant, quæ aliqua ex parte à Villelmo quoq. Neubrigensi eiusdem temporis Scriptore, sincerius haud dubiè, traduntur. Sanè Radeuicus additamentum illud suum ad Ottonis historiam ipsi Friderico inscripsit, quem summis, vt par erat, laudibus extollit. quamquam subit cogitatio idcirco ipsum historiæ suæ finem hoc ipso tempore imposuisse, quod, Schismaticorum fraudibus detectis, conscientiæ stimulis veluti repercussus, cum vera non auderet, falsa scribere reformidauerit. quod ipsum, nisi fallor, in Guntero quoque Ligurino vtu venit, qui hactenus Friderici res gestas vincta Oratione, decem libris comprehensas, prosequutus, argumenti inopia, aut turpitudine, conticuit; testatus ni-

Victor Antipapa.

Vuill. Neubrigensis.

Radeuicus historicus

Guntherus Ligurin. Poeta.

l. 10

nihilominus Alexandrũ Legitimũ Petri Succeſſorem, Victorem, qui per oſtium non intrauerit, furem fuiſſe, ac latronem. ſed hæc extra hiſtoriã ſatis.

Sequuta Concilium ſunt atrocia Auguſti edicta, quibus ſacri æquè, ac profani Populorũ Rectores ipſius idolum adorare, ni faxint, exulare ſunt iuſſi. ea de cauſa Epiſcopi complures extorres acti, ſuas ipſorum Eccleſias Schiſmaticorum Antiſtitum prædæ expoſuerunt. præcipuus ſacrilegi Conuẽtus Promotor fuerat Arnoldus Moguntinus. Is igitur, eo ſoluto, Moguntiam reuerſus, quòd Ciuibus ob Tyrannidem exoſus eſſet, concurſu Populi, vltore Deo, interemptus eſt.

Sigeb. appẽd.

Chri. Ann. 1161. *Sur. to. 3.*

Altero pontificatus anno non dum expleto Alexander Eduardum ſanctiſſimum Angliæ olim Regem, ante annos fere centum vita functum, ſancto-rum numero adſcribit. cuius rei extat memoria Diplomate, quod poſt eiuſdem Regis vitam legitur.

S. Edwardus Canonizat.

appẽd. Sigeb.

Pax interim firmata eſt inter Ludouicum Galliæ, atquæ Henricum Angliæ Reges; tum in ſuo, eorum quiſque Regno, Concilijs ea de re habitis, Alexandrum legitimũ Chriſti Vicarium agnoſcunt, æmulum, vt ſacrilegum, execrantur. Quo tempore idem Pſeudopontifex, ac Fridericus Imp. Conuentum iterum Epiſcoporum Laude celebrant.

Synod. duplex

Ott. mo ren.

Per

Vualdema. Dan. Rex.

Per idem tempus Daniæ Rex Vualdemarus per Absalonem Roschildensem Episcopum apud Rugianos, aliosque finitimos Populos, sublato, qui adhuc supererat Idolorũ cultu, Christianam Religionem longè, latèque propagauit. operam quoque, ac studium eam in rem contulit Saxo cognomento Grammaticus, qui eiusdem Roschildẽsis Ecclesię Prępositus erat, quique Historiæ Danicæ libros XVI. conscriptos reliquit.

Saxo Grammaticus.

Alex. in Galliam.

At vero Alexander minus se in Italia tutum à Friderici armis, atque insidijs sentiens, Galliam petit. eò cum perueniisset, non Ludouicus modo Rex Galliæ, sed Henricus quoque Angliæ prestò illi ad Ligerim fuere. non alia augustior Pontificiæ Maiestatis species visa est, ambo Reges, haud ita pridem inter se conciliati dextra, leuaque incedentes pedites ipsi equitantis Pontificis equi frenum tenentes manu ad destinatum Hospitium deduxere.

Chri. Ann. 1162. *Neub. l. 2. c. 14. Appẽd. ep. Sigeb.*

Reges dno illi occurrũt

Vtriusque obsequiũ

Thom. Cãtuarienſis.

Hoc eodem anno Theobaldi obitu Thomas ex Regni Cancellario, Cantuarienſis Archiepiscopus inuitus legitur.

Su. 19. Decẽb.

Lud. Regis in Põt. obsequiũ.

Recesserat Parisios Ludouicus, eum Pontifex, Turonense Concilium celebraturus, iterum sibi adeundum censuit. obuium igitur illum ex more habuit ad sextum ferè ab Vrbe lapidem,

Chri. Ann. 1163. *Rober. app. ad Sigeb.*

vbi

Neub. vbi Rex, Pontificem conspicatus,
l. 2. c. equo statim desilijt, accedensque,
15. equitantis stapedam manu præhendit, pedemque osculatus est.

Exindè ad IV. Kal. Iun. indictum ab Alexandro Concilium celebratur, cui interfuisse dicuntur Cardinales XVII. Epiſcopi CXXIV. Abbates CCCC. XIV. inferioris ordinis Clericorum, ac Laicorum innumera multitudo. sanciti in eo Canones in ipsius Alexandri rebus gestis leguntur, quos consulere studiosus lector poterit. *Synod. Turonensis.*

Eo ex Concilio in Angliam redux Thomas Cantuariensis non vnam ob causam Regis offensionem subijt. erat sanè Henricus non iræ tantum obnoxius, sed furori, de quo, qui eius mo-
ep. 75. res exploratos habuit Petrus Blesēsis; *Agnus est*, inquit, *dum placati est animi, leo vero, aut Leone truculentior, dum vehementius exardescit.* de quo, & inter alia illud traditur; cū aliquando Ricchardum quendam alloquerētur; qui Regis Scotiæ, quo cum ipse inimicitias exercebat, patrocinium quodammodo susciperе videbatur, ira percitus, proditorem illum appellans, pileum proiecit, baltheū discinxit, pallium, ac vestem, quibus erat indutus, abiecit longius; insuper lecti stragulum deiecit, tum stramen ipsum mandere occepit; vt dignoscas Lector quanto periculo Sanctus ei Epi-
Hēric. Angl. Regis mores.

sco-

scopus aduersaretur, obsisteretue, nec mireris cum funestam mox Tragœdiam spectabis.

Baldui ni obitus. Hoc pariter anno Balduino Hierosolymorum Rege vita functo, Almaricus frater succedit. *Tyr. l. 19. c. 1*

Almaricus succedit Thom. Cantuariēsis. Subit annus huius sæculi quartus, ac Sexagesimus nō Anglicanæ modo, sed vniuersæ Catholicę Ecclesiæ ærūnosus; quippè Rex furens, non in sanctum Archiepiscopum tantum inuehi, atque adeò insanire, sed in ipsum quoque Alexandrum Pontificem instituit, res hoc anno, ac sex fermè sequentibus inter ipsum Regem, ac Sanctum Præsulem, siuè eius causa transactæ tot veluti ambagibus inuoluti sunt, vt paucis referri vix possint. *eas Author non ex vno tantum Scriptore petitas fusè admodum eo, quo gesta sunt, ordine ad annos singulos recenset. ex his nos subinde aliqua ex multis, pro instituti nostri ratione attingemus.* Chri. Ann. 1164.

P. Lombardus Mag. sententiarū. Moritur hoc anno Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus, cuius opus sunt Sententiarū libri quatuor tot doctorum Virorum Commentarijs illustrati. fuit Is Nouariensis, vt hinc eos refellas, qui ipsius Fratres fuisse contendunt Gratianum genere Tuscum, ac Petrum Comestorem Patria Trecensem. quod D. etiam Antoninus animaduertit. *Alex.* *par. tit. iv. c. 6.*

Vrbem repetit Obierat Lucæ Hetturię Vrbe Octauia-

Chri. uianus Pseudopontifex, itaque Ale-
Ann. xander Romanorum ciuium precibus
1165. fatigatus, Romam reuersurus, inter ag-
greditur ipso Paschali tẽpore; Vrbem
tamen, non ante Autumnum, omnibus
ordinibus obuiam effusis, ouans inijt.
id cum perlatum ad Fridericũ fuisset,
qui, ex perenni in Alexandrum odio,
Idolum alterum iam erexerat, quem
Paschalem appellauerat, amaras ad- *Paschalis Antipapæ*
modum literas ad Cardinales, qui Ale-
xandro studebant, ac reliquum Ro-
Chri. manum Clerum dedit; Herbipoli tum
Ann. Conuentu habito, Idolum ipsum Or-
1166. bi vniuerso, si Deo placet, adoran-
dum proposuit: renuentibus, siue Cle-
ricis, siue Laicis, indicta pœna. His *Fridericus Italiã repetit*
peractis tertiò iam Italiam repetit, vt,
quem promouisset, Paschalem, in Pe-
tri solio, Alexandro, si fas, deiecto, col-
locaret. Verum quod Anchonam haud
ita pridem Græcus Augustus occu-
passet, ei obsidendæ moram nectere
coactus est.

Eodem fere tempore Vuillelmus *Vuillelmus obiit.*
Rex Siculus diem clausit extremum, cui eiusdem nominis duodennis Filius
successit egregiæ tum quidem indolis *Vuillelmus alter.*
adolescentulus, à qua *Bonus* postea
cognomento est dictus, quamquam non eodem semper tenore bonitatis
regnauit.

Dissidia, quæ diximus, inter Angliæ *Alex. cõstan tia.*
Regem, ac sanctum Archiepiscopum Tho-

Thomam eò venerant, vt Hic solum vertere coactus fuerit. porrò quod Alexander Pontifex Regis gratiæ aliquid tribuere, Successorem Thomæ dare constantissimè abnueret, illius & ipse odium acerbissimũ, hac de causa, subijt., quo factum, vt iræ impotens Rex Friderici Augusti, quem infensissimum Alexandro sciret, amicitiam, conciliatis etiam inter amborum Filios nuptijs, expeteret.

Regis Angli impotentia.

Tusculani post hæc Romanos, arma, ex veteri odio, inferentes non repulerunt modo, sed, Germanis auxilio vocatis, clade maxima affecerunt; tum consternatam ea de re Vrbem Augustus ipse aggressus haud segniter nihilominus Ælia ab Arce repulsus, Vaticano potitus est Templo. Alexander, fuga elapsus, Beneuentum, suæ ditionis Vrbem, peruenit.

Frid. Romæ.

Alex. fugit.

At Paschalis, Viterbio Romam delatus, eodem in Templo sacris operatus, Augustum ipsum, ac Beatricem Coniugem aureo iterum Diademate redimiuit.

Fœda exindè lues maximam Germanorum militum partem absumpsit. itaque Fridericus ac Paschalis Vrbe recedentes, Hic Viterbij substitit, Ille in Insubriam perrexit.

Ad hunc annum spectant sanctissimi Archiepiscopi Thomæ è Gallia in Angliam, atque Italiam datæ litere, ab

Au-

Authore hic relatæ, quæ summum eius Zelum, ac sanctitatem redolent. *S. Tho.*

Biennio amplius Ponteniaco in Monasterio fuerat; igitur hoc anno eiusdē Cœnobij Abbas Cisterciensis instituti, Henrico Rege adnitente, per summam eum iniuriam indè expellit. Ludouici tamen Galliæ Regis iussu Senonis domicilium eidem attributum est. *indigna patitur.*

Chri. Ann. 1168. Orta iterum inter Galliæ, atque Angliæ Reges contentione, ex eaque bello vtrique Genti exitiali, Alexander Pontifex, Legatos ad eam componendam, conciliandumque Henrico Thomam Cantuariensem mittit. Legatorum igitur opera Reges in colloquium veniunt. erat tū Henricus Angliæ Rex apud Northmanniam Galliæ Prouinciam, quam illius Maiores beneficiario a Gallis Regibus iure acceperant, quo etiam nomine Aquitaniā, aliasque non nullas apud Galliam Ditiones Angli obtinebant. transactum itaq inter Reges est, vt Anglus Nortmanniam præcario, vt antea, possideret; eodemque iure eius Filij Henricus Andegauensibus, ac Cenomanensibus, Ricchardus Aquitanis imperarent. Regum dissidijs vtcumque compositis, inter Henricum, ac Thomam componenda pax erat. cæterum Legatis Regi plus æquo fauentibus, eaque de re Thoma apud Pontificem expo-

Io. Seres. ep. 61.

Bellū inter Gallos atque Angl. Regū colloquium

Pax cōposita.

expoſtulante, res tum quidem diſiecta eſt, Legatis ipſis Romam reuocatis.

Erant hoc tempore Romæ Paſchalis apud Vaticanum, apud Lateranum Alexander. Hic igitur Conuentu ibidem habito, excommunicationis ſententiam in Auguſtum tulit, atque Imperij eidem titulos ademit. ſequuta eſt ſententiam pœna. Tyrannus ad Mediolanum cum exercitu profligatus, Ticinum recipit ſeſe, ibidemque obſidetur; propérè tamen, fuga indè elapſus, triginta non amplius ſecum milites fugæ ſocios habuit. tum in eius contumeliam à fœderatis Galliæ Ciſalpinæ Ciuitatibus Vrbs condita eſt, cui, ab Alexandro Pontifice, Alexandriæ nomen inditum, eiuſdemque ſub Ditione eſt conſtituta, miſſis ad eum qui Beneuentum iam abſceſſerat, ea ſuper rè Legatis.

Concil. Later. Frid. excommunicatur. Profligatur.

Alexãdria cõdita.

Thomas interim Ludouici Galliæ Regis precibus fatigatus, ſpondet ſe Henrico obſequij genus omne exhibiturum; illiuſque ſeſe arbitrio omnia commiſſurum. igitur Ludouicus ad mutuũ eos colloquium præſens ipſe adigit; eo in congreſſu Thomas ad Henrici pedes prouolutus, *totam*, inquit, *cauſam, vndè inter nos orta eſt diſſenſio. tuo committo arbitrio, honore ſaluo Dei*. Henricus tum, ea adiectione, mirum in modum perturbatus, ad Ludouicum ſtatim conuerſus *attende,*

Henrici, & Thom colloquiũ.

tende, inqit, *Domine mi; quicquid huic displicuerit, dicet honori Dei esse contrarium, & sic sua, & mea omnia sibi vendicabit*. mox sanctum Virum conuicijs onerans, furore percitus, abscessit, illud tantum testatus, nihil se, præ suis maioribus, cupere, aut requirere.

Chri. Ann. 1169. Cæterum qui prudentissimã, æquissimamque Thomæ sententiam ità est interpetratus, ac per summam animi impotentiam auersatus, sequenti anno Legatis eum Apostolicis pro sancti Præsulis restitutione iterum interpellantibus imperata se facturum dixit, ac Pontifici morem gesturum, *salua tamen dignitate Regni sui*. ita illum, conceptum semel in Thomam odium, ac tyrannicæ furor arrogantiæ, dementauerant. porrò ijdē ipsi Legati quantoperè, vt insanientem Regem ad meliorem frugem perducerēt hoc anno, licet incassum, laborauerint, ex Actis, *ab Authore hìc relatis*, cognosces. *Regis fatuitas.*

Dum hac ratione Henricus, alter Pharao, nulla vi reuocari à sacrorum inuasione potest; Stephanus hoc nomine tertius Rex Vngariæ, sua ipse, pietate adigente, quæ Maiores aduersus Ecclesiasticam libertatem, eo in Regno vsurpassent, sanctione hac de re edita (quæ Vaticana inter Monumenta adseruatur) restituit. Obierat haud ita pridem Soldani Mater, qui *Steph. Vng. Regis pietas.*

Apud Sigeb.

 ter.

Iconij apud Ciliciam Sarracenis imperitabat. Hæc morti proxima, Christianã se esse Filio detexit, hortataque illum est, eandem vt Religionem amplecteretur: tum enixè eum rogauit, vt, altiori extructo monumento, Crucem superimponeret. morem gessit Filius, sed Crucem clam noctu locari iussit veritus Populi, in se motum, ex patriæ studio religionis. id cum mane Sarraceni cognouissent, Crucem deturbaturi, certatim monumentũ conscendunt, cæterum ad vnum omnes, aut ruina, aut igne de cælo tacti, interimuntur. his prodigijs, tum Matris monitis permotus Rex, Legationé ad Alexandrũ Pontificem instituit, rogatque, vti ad se idoneos mittat Catechistas. extant Alexandri ad eum literę *ab Authore hìc relatæ*. qui nam porrò missi, quidue perfectum ab his sit, incompertum nobis est.

Math. Pris.

Crucis vis.

Soldanus Christo credit.

Eius legatio ad Papam.

Aetnæ incendium. Clades ex eo.

Per idem tẽpus Ætna Siciliæ Monte consueto magis deflagrante, concussa est Insula vehementius, Vrbes complures prostratæ, Catania in primis, quæ Monti adiacet, ità est euersa, vt, ne vna quidem domus, superfuerit: vineta, atque omnis generis arbores, ac segetes ambustæ: ager vndique cineribus, ac pumiceo oppletus lapide, culturæ ferme expers est redditus. periere ex Catanensibus quindecim ferè millia, ex reliqua Insula alij magno numero.

Subin-

Chri. Ann. 1170. Subindè tertiam Alexander Pontifex ad Henricum Regem Legationem decernit. functi ea sunt Episcopi Galli tres, Rothomagensis, Senonensis, ac Niuernensis, per eos Pontifex Regem etiam atque etiã hortatus est, vti plenam Thomæ pacem concederet, id si præstare se posse abnueret quod iureiurando se nunquam facturũ affirmasset, si quidẽ religionem obtenderet, absolutum se fore sciret, si honorem Regium, per Filium hoc præstaret. *Alex. legatio in Antigliam.*

Hæc dum per Legatos peraguntur, nouæ dissensionũ causæ obortæ sunt, quod Rex Filium coronaturus, id per Eboracensem Antistitem fieri iusserit, cum muneris hoc esset primæ Sedis Cantuariensis. itaque eodem Eboracensi ipsius Thomæ, atque Alexandri literis, ne hoc faceret, inhibito, Rex exarsit adeò, vt, temerario iterum ausu iureiurando, se non pariturum, affirmauerit, subditosque sibi Populos, (vt elati animi impotentiã agnoscas) ad idem iusiurandum, sacrilegè impulerit, cum quibus Episcopos quoque, ac Clericos, quorum aliquot, morem gerere abnuentes, nefariè vltus est. *Nouæ dissidia in Anglia. Hẽrici impotentia.*

Porrò D. Præcursoris festa dies vbi illuxit, destinata coronatio, atque inunctio, ex præscripto, ab Eboracensi peracta est, cui non huiusmodi tantum functione, vt diximus, sed sacris etiam fuerat interdictum. Post hæc conuiuio *Filij coronatio.*

Henrici dementia. publice instituto, Rex dementissimus Filio cum seruis reliquis ministrare voluit, & se iam Regem amplius non esse omnibus testari. Territus haud secius acrioribus Alexandri literis, quibus, ni properè Sanctum Archiepiscopum reciperet, ablataque ei redderet, eandem, quam in Fridericum Aug. sententiam tulisset, in ipsum promulgaturum se denunciabat, serio ea de re cum Legatis Apostolicis agere, instituit denique, haud cũctatus, illum Senonẽsi Episcopo Legato deducente, in colloquium admittit: venientem prior, aperto capite, salutat, admirantibus, qui aderant, & præ gaudio lacrimas vbertim fundentibus. acta sunt hæc in Ditionibus transmarinis, hoc est Gallicis, vbi ille hoc tempore morabatur. recessit verò indè Thomas, atque in Angliam nauigauit. eò vbi peruenit, nouæ excitatæ sunt turbæ. qui Regis Filij inaugurationem peregerant Præsules Eboracensis, Londinensis, ac Seresberiensis, quod id non solum contra antiquũ eius Regni morem, ac ritum; sed contra Apostolicũ quoque interdictũ præstitissent, Anathemate ab Alexandro perculsi fuerãt; instant itaque apud Thomã vehementius, vt Apostolicas, ea de re, literas nequaquã edat, quin absolutionis sententiam ferat. negat ille id sui esse muneris, eamque à Rom. Pontifice impe-

Terretur à Pontifice.

S. Thomã recipit.

Nouæ dissidia.

tran-

trandam docet. spondet nihilominus, si quidem ipsi in eiusdem Pontificis verba iurare velint, absolutionem impetraturos. id statim ab aduersantibus Episcopis pro læsæ Regiæ Maiestatis crimine receptum est, missique ad Regem sunt qui Thomã apud eum, quasi publicæ quietis perturbatorem, conclamarent. egerat sanè Vir Sanctus cum ipso Rege, antequam ab eo digrederetur, de Episcoporum excommunicatione, Rexque, iure vt suo vteretur, permiserat; ne quis eum imprudentiæ, aut indomiti ingenij arguat, dũ hæc audit; at Rex immemor, & in iram, ac furorem pronior, auditis Nuncijs, rem in maius augentibus, exclamasse dicitur, diras his omnibus precatus, quos aleret, nec Regias vlcisci iniurias curarent. ea vox quatuor, ex eius Satellitio, perpulit, vt in sancti Viri caput conspirarent. profecti itaque in Angliã, illum intra ipsum Templum vespertinis precationibus operam dantem confodiunt, extremo hoc anno huius sæculi LXX. quæ posteà sequuta sint, suo quæque loco referemus.

Regis impotentia.

Cõspiratio in S. Thom. Martyrio afficitur.

Antonin. p. 3. t. 23 §. 4. Hoc eodem anno, quo ex hac vita subducitur Clarissimus Ecclesiæ Martyr Thomas, magno Dei beneficio in lucem prodit Dominicus Calagoræ Hispaniæ Vrbe, à quo postea Prædicatorum Sacer Ordo exordium duxit.

S. Dominicus natus scitur.

Pasch. obitus. Eodemque tempore vitæ finem inuenit Paschalis Pseudopontifex, cui, nullo ex Schismaticis Cardinalibus superstite, Ioannes Strumēsis Abbas personatus Pontifex à factiosis quibusdā subrogatus, veluti in scenam datus est. infœlicem quoque hunc partum, ac tamquam abortiuum Fridericus, in Alexandri odium, sibi nutriendum duxit.

Motus ob cadē S. Thom. Immane apud Angliam parricidium patratum vt primum in Galliam perlatum est, lamentabiles vbique voces auditæ sunt, tum Rex ipse Ludouicus mœroris, ac iustissimæ indignationis plenas ad Alexandrum literas dedit. perculsus præ cæteris eo est nuncio Chri. Ann. 1171

Hēnici ipsius luctus. Henricus ipse, qui veluti furijs agitatus, tres ipsos dies non hominum conspectu tantum, sed cibo quoque, potuque abstinuit. testati sunt Regis luctum Angliæ Episcopi Legatione ad Alexandrum instituta, ac literis, quæ extant, ad eum datis. ipsius etiam Regis ad eundem Nuncij, qui tamen non antea in Pontificis conspectū admissi sunt, quam Regis nomine, iureiurando se, obstinxerint, pariturum illum Romanæ Ecclesiæ iudicio, ac sententiæ, præscriptamque ab ea criminis expiationem peracturum. lata interim Anathematis sententia est in Martyris interfectores, quique illis auxilium, aut consilium vtcumque cōtuliſſent, quod

ipsa

ipsa die quinta sacræ hebdomadæ peractum est, qua etiam tum solemni, vt nunc, ritu excommunicationes ferri à Rom. Pontifice consueuere. *Vsus excommunicandi*

Post hæc Pontifex Legatos ipse suos vnum, atque alterum S.R.E. Cardinales ad Henricum misit, qui ipsum in primis, tum alios quoscumque super S. Viri nece interrogarent, & iudicium, pro criminis atrocitate, seuerissimè instituerent. *in die Cœnæ Domini.*

Accessit hoc eodem anno ad Angliæ Regnum Hiberniavoluntaria Populorum eius Insulæ deditione. Episcoporum quoque, qui in ea erant XXVIII. Archiepiscoporum IV. consensu habito, ac demum Rom. Pontificis approbatione. Profectus illuc fuerat Henricus, vt partam recens Ditionem stabiliret, indeque in Angliam, denique in Northmanniam redierat, vbi Pontifici os Legatos reperit. His ex eo iusiurandum ante omnia requirentibus, quo & Sancti Viri necē haud quaquam imperasse doceret, & præscribendam haud secius ab ipsis expiationem, quod imperasse visus fuerit, peracturum se polliceretur, æquo animo assen us est; tum Regi Filio, ac Aulæ Proceribus in consessu publico adstantibus, dextera ad sacrosanctum Euangeliorum Codicem admota, sanctè deierauit, nec mandasse se Archiepiscopi necem, nec voluisse, tum su- *Hiberniæ Angliæ adiecta.* *Regis iusiurandū*

Chri. Ann. 1172.

per ea plus quam in Parentum morte indoluisse. cæterum, quod per imprudentiam, eiusdem necis causa vtcumque fuisset, affinem se noxæ, pœnæque obnoxium agnoscere, eamque, ad Legatorum præscriptum, subiturum adductus dein à Legatis est in Templum, prò cuius foribus aliquãdiu perstitit in genua prouolutus. tum imperatum illi est, ducentos vti Milites per annum aleret Hierosolymis, trecentis cuique aureis. in stipendia, persolutis: leges, aduersus Ecclesiasticã libertatem, conditas, abrogaret: ademptas Cantuariẽsi Ecclesiæ possessiones redderet: in Hispaniam ipse cum exercitu, aut in Palestinam (si Pontifex iusserit) aduersus Sarracenos pergeret: tum secretò ieiunia, eleemosynæ, & alia quædam pietatis ei opera demandata. pro his porrò, bona fide, præstandis, non Rex modo Pater, sed Filius quoque, Patre, ante ea impleta, decedente, iureiurando cautum esse voluerunt. hæc, aliaque postmodũ hac ipsa de causa piè, ac religiosè ab Henrico præstita, clariorem visa sunt eum fecisse pœnitentia, quam innocentia fuisset præstitura.

Pœna Regi iniuncta.

Hẽric. pœnitẽtia laus.

His cum Rege, ex animi sententia, transactis, Legati Synodum Northmanniæ Episcoporum celebrant, *cuius decreta apud Authorem hìc require*.

Synod. apud Nort. mãniam.

Mo-

Moratus diu Tusculi Alexander, tutum sibi accessum Romam futurum, Paschale extincto existimauit, sed Romanorum Ciuium plerisque, qui Magistratus tum gerebant, Friderico pertinacius inhærentibus, inire Vrbem est vetitus, coactusque in Campaniam, vbi plurimum morabatur, iterum proficisci. *Alexãder Vrbe excluditur.*

Hæc inter sacrilegi, Martyris, percussores, qui extrema in Anglia delitescebant, cum execrabiles non tantum hominibus, sed ipsis quoque brutis animantibus esse se agnoscerent (tradunt quippè canes licet famelicos edulia ab his porrecta auersatos fuisse.) conscientiæ stimulis acti, ipsius Martyris misericordiam implorare instituunt, in quem ipsi immites adeò fuissent, quibus post animi mœrorem grauem æquè, ac diuturnum, ita demum spem veniæ affulsisse ferunt, si ad Rom. Pontificem pergere, ex eoque criminis expiationem petere in animum induxissent. profecti itaque ex Anglia, eiusque pedibus prouoluti, ac crimen fassi, iussi sunt Hierosolymam, expiationis causa, proficisci, ibidemque stipendia aduersus Infideles facere. id dum perficere, iter aggressi, meditantur, ipsorum qui nocentior dicebatur Vuillelmus Traci Cosentiæ Calabriæ Vrbe cõsistere, morbo correptus, cogitur; cuius demum vi, quæ *Sicariorũ pœnitẽtia.*

naturam visa est excedere, eò miser redactus est, vt putrescentes, diffluéteſque sponte carnes conuellere ipse doloris, ac moræ impatiens sit coactus; donec ostentum eius Vrbis Ciuibus, atque orbi adeo vniuerso factus, decessit, reliquis etiam, qui Hierosolymam perrexerant, licet pœnitentiæ laude commendandis, triennio, non amplius, superstitibus.

S. Thomæ canonizatio.

Reuoluto à Martyris cæde vix biennio, miraculorum, quæ per eius imploratione edebantur, fama magis magisq. increbrescente, disquisitione super his habita, Alexander sanctorum illum numero adscripsit, suasque, hac de re, literas, quæ extant, dedit Signiæ IV. Idus Martias. Chri. Ann. 1173.

Bellũ domesticũ in Anglia.

Quo tempore inter Anglos Reges Patrem, ac Filium orta dissensio, in Ciuile statim bellum erupit, illorum, ac Regni, expiata quamtumuis, scelera Deo inulta esse haud quaquam sinente. coactus itaque est Rex pater Alexandrum aduersus Filium interpellare, testarique eius se opem tamquam supremi, ac directi, vt vocant, Angliæ Domini implorare ad tutelam Regni,

Anglia ecclesiæ feudũ.

quod beneficiario à Rom. Ecclesia, iure obtineret. sequuti sunt ea in discessione Regem Filium non Fratres modo, sed etiam Mater. Igitur ad domesticum bellum huiusmodi componendũ Alexander Pontifex, tũ North-

man-

manniæ Episcopi, Rothomagensis in primis, ac Vuillelmus postea Henrici Gener Rex Siciliæ laborarunt, vt horum omnium Epistolæ, *ab Authore huc allatæ*, docent. quod autem rebellium Filiorum vires à Gallorum Regis patrocinio penderent, cum eo quoque ab eiusdem Pacis conciliatoribus actum est.

Chri. Ann. 1174. *Dodechin.* Sed nouum in Italia conflatum bellum ex Anglia nos reuocat. Vigesimũ agebat in Imperio annum Fridericus, cum quintùm iam in Galliam Cisalpinam, metuendis cum copijs descendit, obuia quæque flamma, ac ferro populatus; obsistentes primo statim impetu subactos in potestatem recipit. Sed Alexandriam recens extructam à Fœderatis Vrbem, & mœnibus quidem non dum septam, frustra tentauit; absumptisque inibi diutur- na obsidione viribus, turpiter ab ea recedere coactus est. *Fridericus Italiã repetit. Alexãdriã obsidet.*

Hereb. Roger. Neub. l. 2. c. 34. Porrò Henricus Filiorum armis agitatus, ex Northmannia in Angliam soluit: Cantuariam tum delatus, sepulcrum Martyris supplex inuisurus, ante Vrbis ingressum regijs depositis indumentis, nudus pedibus Vrbem, dein' Templum inijt, nudatoque ibidẽ ante Martyrem tergo, ab Episcopis, qui aderant, quinas, ternas à Monachis, qui numero erant LXXX. excepit plagas. visus itaque est Sanctus implo- *Henrici insignis pœnitentia.*

ranti ipsius opem Regi, suam statim operam impendisse; eadem quippè die (mirum dictu) Scotorum Rex Hostis infestissimus, Ciuilis belli fax, ac Filiorum in Patrem inflammator, ab exercitu, quem ductabat, per imprudèntiã digressus, à paucis, qui Henricum sectabantur, captus, in ipsius potestatem venit.

Scotiæ Rex captus

Sub huius anni finem Alexander Vuillelmo Rege postulante extructũ ab eo, Regio sumptu, Templum, ac Cœnobium ad Montem Regalem nõ longe à Panormo, insigni priuilegio munijt, ac Romanæ tantum Ecclesiæ subesse voluit, cui quotannis census nomine, ex eiusdem Regis pia munificentia monetæ Siculæ Tareni centũ persoluerentur. *Eam vero Ecclesiam Archiepiscopali dignitate insignem, hanc ipsam Epitomen nobis elaborantibus, Cosmus de Torres S.R.E. Cardinalis, dum Episcopus Perusinus esset, nosque, ac Patriam demereret, administrandam suscepit, quam & antea Ludouicus Patruus, & ipse Cardinalis, ac Ludouicus item Magnus Patruus maxima cum prudentiæ, ac probitatis laude, administrauerant, iterque, ad summa generosis deinceps eiusdem familiæ Posteris strauerant.*

Ecclesia mõtis Regalis.

Lud. Lel. hist. mont. Reg. Cenc. Camerar.

Cosmus de Torres Card.

At Fridericus, nouæ Vrbis non dum soluta obsidione, cum nihil proficere se aperta vi cerneret, ad fraudem adiecit

Friderici perfidia.

Chri. Ann. 1175.

cit animum, quæ in ipsum vertit. instabat sacer dies Veneris sanctæ hebdomadæ, tum Is, misso ad obsessos nuncio, in eius se diei honorem, ac Crucifixi, vt aiebat, reuerentiam, tum ad Paschalis festi celebritatem piè, ac religiosè recolendam, ad sextam exinde diem inducias se illis ex Imperiali benignitate indulgere pollicetur. ergò ea pollicitatione securi Ciues in maximo veluti Vrbis ocio quiescebant, cum, intempesta nocte, qui vigilias haud secius agitabant, immissos à Friderico Milites per cuniculos occulte actos, adesse sentiunt; excitati opportunè Ciues, tum qui clanculum subibant hostes, tum qui extra Vrbem præstò erant, fusos, ac fugatos, internecione cædunt. conatu irrito elusus, insuper & clade territus impius Augustus, Ticinum receſſit. actum nihilominus est de pace inter ipsum, ac Pontificē firmanda, coëuntibus vtrimque Legatis. cæterum quod ille & multa Ecclesiasticæ libertati aduersantia, & nouæ Vrbis demolitionem superbè peteret, re infecta, discessum est. tum Alexandriæ Episcopus à Pontifice datus, Ticinensi Ecclesiæ, atque Antistiti, quod schismaticorum partibus studeret, deferendæ Crucis, ac pallij dignitas adempta est.

Inducia simulatæ.

Dolus non succedit.

Pacis conditiones reiectæ

Chri. Ann. 1179. Consilium inierat Fridericus Filiæ nuptijs Vuillelmum sibi deuincire, quo

Friderici cõsiliũ.

quo promptius Pontificem, tanti Regis patrocinio veluti intercluſum, deijceret. ſed valuit apud religioſũ Principem, Romanæ Eccleſiæ, quam veluti matrem agnoſcebat, reuerentia, itaque in illius dedecus, ac detrimentum coniugium huiuſmodi cedere cũ animaduerteret, cum ſchiſmatici Auguſti amicitia illud reſpuit, ipſoque Pontifice ſuadente, Angliæ Regis Filiam Vxorem ducit. Tum Fridericus nouis ex Germania copijs recens auctus, Mediolanenſes iterum adortus, à Fœderatis, qui ſubſidio his venerãt, iterum vincitur, ac profligatur. itaque non tam cum hominibus, quam cum Deo bellum ſibi eſſe ſentiens, Legatos de Pace ad Alexandrum mittit, qui Anagniæ tum erat. tranſacta ibidem pax eſt, firmius tamen ſequenti anno per Pontificis, atque Auguſti colloquium ſtabilienda.

Vuillelmi pietas.

Vuillelmi nuptiæ.

Vrſperg. Rober. Dodechin.

Fridericus pacem petit.

Albiẽſes Hæretici.

Peractum hoc anno eſt Toloſatium, ſiuè Albienſium Hæreticorum apud Galliam iudiciũ. Hi, Manichæorum affines ſectæ, Epiſcoporum tum quidẽm ſententia damnati ſunt, authoritate dein Sedis Apoſt. in iudicium iterum vocati, ac conuicti, eandem damnationis ſententiam retulere.

Roger. Annal. Anglic.

Subit annus huius ſæculi ſeptimus, ac ſeptuageſimus, ex Iſaiæ ſententia, *Placabilis* appellandus, quo diuturno ſublato Schiſmate, Pax demum Eccleſiæ,

Ann. 1177.

siæ, duodeuiginti exul annis, restituta est. Concesserat Venetias Alexander Siculis tiremibus ad Garganum conscensis; eò mox Fridericus quoque delatus est, mansitque inbi cum Pontifice menses propemodum tres, illum interim sæpius publicè, ac priuatim alloquutus, sæpius ad eius vestigia prouolutus, dum perarduũ pacis negocium (nam Vuillelmi quoque Regis, ac fœderatarum Vrbium ratio habenda erat) transigeretur. Pontifex sanè, vt ante Augustum Venetias accessit, ita & post illum (moratus ibidem sex fere mensibus) recessit. *Rem gestam fuse Author tradit, tum vulgatas, de huiusmodi congressu, fabulas explodit. eam in primis de Alexandri fastu, & calcato ab eo Augusti collo.* Inuentus est tamen, post Baronij obitũ, Fortunatus Vlmus Monachus Cassinensis, qui has ipsas male cõcinnatas fabulas iterum, quasi exploratæ veritatis historiam, obtrudere non dubitauit. hunc Fœlix Contelorus, egregio ad posteros commentario, ita refellit, vt nullus deinceps dubitandi locus supersit.

Pontifex Venetijs.

Itẽ Frideric.

Fabula explodi-tur.

Fortunatus Vlmus

Fœlix Cõtelorus.

Innoc. IV. Clem. IV. & V. Bonif. VIII.

Hoc eodem anno Pons; qui Rodani, apud Auenionem, ripas iungit, diuino miraculo extrui est ceptum. rem non vno Pontificio Diplomate testatam, fide alioquin carituram, tradimus. Erat apud Burgundiam, quam antiquam

Mirũ de põte Auenionensi.

vo-

vocant, duodecim annorum Puer Maternum gregem pascens; hic Christi monitu, Angeli exinde ductu, Auenionem delatus, in Episcopi, ac Populi concionem prodijt, atquè à Deo se missum dixit, vt Pontem Vrbi perneceſſarium extrueret. exceptus est risu à Populo inibi frequentissimo; Is tum Episcopum rogat aliquid in eam structuram vti conferat; cui Episcopus, en tibi, inquit, lapis meo in Atrio est, tolle eum humeris, & Pontem, vt libet, extrue; acceſſit ille, humeroque impositum lapidem, quē XXX. homines vix sustuliſſent, (erat enim pedum in longitudinem XIII. in latitudinem VII.) ad flumen detulit. eo prodigio attoniti Ciues in opus serio intendūt, collataque viritim pecunia, Pontem ea, qua nunc visitur, forma extructum, moliuntur, præconijs Pontificum Romanorum dignum. Ann. XXII.

Almarici obitus. Moritur hoc eodem tempore Almaricus Hierosolymorum Rex, cuius obitu Balduinus Fil. huius nominis IV. à morbo, quo laborabat, Leprosus appellatus, sub ipsam pubertatem Regnum capessit.

Balduinus IV.

Pontifex Romā reuocatur. Augusti aduersus Pontificem obser- Chri. uantia, Romanorum animi elationem Ann. fregit; Legatione itaque ad eum insti- 1178. tuta, qui Anagniæ tum erat, eius se in posterum sub potestate futuros spondent; proindè suam in Vrbem exoptatus

tus redeat. his Pontifex auditis, tres è Cardinalium numero cum Romanorum Legatis dimisit, qui de Pacis conditionibus, quæ illius securitatem, si fas, parerent, pertractarent. transactum igitur ab ijs est, vti Romani Senatores, ac Magistratus in Pontificis verba iurarent, interceptos Ecclesiæ redditus, bona fide, eidem redderent, Regalia, vt vocant, præstarent. tum verò satis sibi, atque Ecclesiæ dignitati cautum Alexander ratus, ipsis vrbanis Magistratibus deducentibus, Cleri porrò, ac Populi multitudine innumera obuiam effusa, Romam reuertitur. tum vero cum reliquis ad eius pedes Ioannes, quem, qui eum extulerant, Callistum dixerant, accessit. hunc Pontifex, non ad veniã modò, sed ad contuberniũ quoque, ac mensam admisit.

Chri. Ann. 1179. Indictũ interim ab Alexandro apud Lateranum Concilium, altero, ab eius reditu in Vrbem, anno, celebratur; cui Episcopi CCC. ex vniuerso fere Christiano Orbe exciti, interfuere. eius Acta à Vuillelmo Tyri Archiepiscopo, qui & ipse adfuit, collecta sunt, quod in sua Belli Sacri Historia testatur. *Synod. Roma.* *lib. 21. c. 26.*

Sub idem tempus Ludouicus Galliæ Rex, ex voto, ob exemptum lethali morbo Philippum Filium, nuncupato, Cantuariam, Henrico Seniore Angliæ Rege deducente, venit, votumque inibi, ad sacrum Martyris sepulchrum *Lud. Gall. Regis peregr inatio.*

sol-

soluit', donarijs magni precij annuisque, ad alendos Monachos, redditibus collatis.

Philippus Filiũ coronat. Ea postmodum ex peregrinatione redux, eundem Filium quintumdecimum agentem annum Rhemis coronari, atque inungi solemni ritu imperauit.

Alfonsus Lusitanus Rex creatur. Hoc eodem anno Alfonsus Lusitaniæ Dux ob res præclarè aduersus Sarracenos gestas, Regis titulo ab Alexandro ornatus est. porrò Is vicissim Regnum Romanæ iterum Ecclesiæ subiecit duabus quotannis auri Marchis persoluendis. *sup. ad ann.* 1144.

Regnũ tributariũ Ro. Ecclesiæ.

Manuelis vanitas. At Manuel Imperator græca vanitate literis ad Fridericum datis, & aureis quidẽ characteribus exaratis, inanes de Sultano victorias, ac triumphos extulit. cæterum, quod pura puta ea esse mendacia ex ipsis Sultani Legatis constaret, tum quod Manuel suum nomen, ipsius Friderici nomini eisdem in literis prætulisset, Hic suum & ipse nomen, literis ad eum redditis præferens, iniuriam acrius expostulauit.

Saladini expeditio Auditum ex Oriente fuerat de metuenda Saladini aduersus Hierosolimã expeditione. igitur Alexãder sacerdotali tuba Christianos omnes Occidẽtalis Orbis Principes ad Hostẽ à sacris mœnibus propulsandũ inuitat literis, *quæ ab Authore hìc recitantur*, quibus, & alias ad Ecclesiarũ, ac Cœnobio-

Chri. Ann. 1180.

biorũ Antiſtites addidit, permoti ea, denũciatione præ ceteris ſunt Galliæ, atque Anglię Reges. verũ Ludouici mox ſequutus obitus, excitatum in Gallis ardorem extinxit; neque Angli, qui horum æmulatione ad gloriam ferebantur aliquid tum quidem laude dignum geſſere. *Lud. Gall. Reg. obitus.*

Nicet. Vuill. Tyr. Obijt hoc ipſo tempore Manuel Imp. qui haud mediocriter ex vulgato Gallorum, atque Anglorum apparatu fuerat perturbatus; qua de re ad Alexandrum ſcripſerat etiam atque etiam rogans, vt Apoſtolicum, venturis ex Occidente copijs, ad eas in officio continendas, Legatum præficeret. Eo imperante vixiſſe conſtat *Nicet.* Euſtathium Theſſalonicenſem Epiſcopum Homeri interpretem, ſeu Gloſſatorem laudatiſſimũ. Ludouico Philippus Manueli Alexius Filij ſuccedũt. *Itẽ Manuelis Imp. Eustathius Homeri Interpres Philippus & Alexius.*

Chri. Ann. 1181. Sed nec diu ſuperſtes fuit Alexander, qui iam ſecundum poſt vigeſimum Pontificatus annum pænè expleuerat.

Chri. Ann. 1182. Huic Lucius ſublegitur Patria Luceníis, adquem Vuillelmus Rex ſcotorum Legatos miſit, per quos eximi ſe ab excommunicatione, Regnum verò ab Interdicto, quibus ſuberant, ex Apoſtolici Legati ſententia haud ita pridem lata, ſuppliciter petijt, ac impetrauit. *Lucius III. Alexãdri obitus.*

Tyr. l. 22. c. 8 Maronitarum hoc tempore, qui ad Liba- *Maronita.*

Libanum degunt, quique annos propè quingentos schismate ab Ecclesia abscissi fuerant; ad eam reditus contigit.

S. Frãciscus nascitur.

Quo item anno Assisij apud Vmbriam nascitur maximum Christianæ Religionis columen Franciscus annis XII. Dominico minor. *Alber. Stad. Chr.*

Pax interim ab Alexandro cum Romanis firmata, nouis cum Successore dissidiorum causis subortis, turbata est, coactusque est Lucius Vrbe cedere. illum aduersus seditiosos Ciues tutaturus Fridericus Imp. Christianum Moguntinum Archiepiscopum cum copijs in Italiam mittit. Is, cum decimo ab Vrbe lapide Castra posuisset, Hostium fraude, veneno Fonti indito, cum suorum parte maxima extinctus est. Tum Pontifex aliorum Principum, Henrici in primis Angliæ Regis pecunia adiutus, conscripto exercitu, Romanos ad pacem compulit. *Chri. Ann. 1183. Lucius Vrbe cedit. Roger. Ann. Angl.*

Hẽrici Iun. obitus.

Sub idem tempus apud Angliam Henricus iunior Rex à Patre, vt diximus, inauguratus, dum impium in eundem Patrem bellum gerit, lethali correptus morbo, interijt, tanto nihilominus cum pietatis sensu, ac præteritorum scelerum detestatione, vt maximum Patri, ac Regno sui desiderium reliquerit.

Bald. leprosi obitus.

Moritur & Balduinus cognomento Leprosus, cognomine Sororis Filio

hæ-

hærede instituto; Regia nihilominus potestas penes Guidonem Lusignanũ Vittricum mansit, qui, & Leproso adhuc superstite, Regnum administrauerat. *Bald. V. Guido Lusignanus.*

Nicet. l. 2. in fin. Tyr. l. 22. c. 13. App. ad Sig.

Alexij immatura Regno ætas Tyrannidis spem multis fecit. Hi, Andronici deiecti opera, Andronicum ipsum extulere. tum Ille Æmulorum veluti obice summoto, nihil iam sibi superesse animaduertens, ad Imperium inuadendum, Alexium Puerum, quem sub potestate habebat, clam noctu arcus neruo interimit. exin, Tyrannide occupata, Latinos Byzantij Accolas, quos sibi infensos nosset, confestim adortus, ad vnum mactat. tanta Græcorum in eos rabies fuisse dicitur, vt, sæuiendi impunitatẽ nacti, ne ijs quidem, qui in Nosocomijs erant, pepercerint. super hæc defunctorũ cadauera, sepulchris eruta per vias traxerint: execrandum quoque facinus in Pontificis Legatum S.R.E. Cardinalem est editum; cuius abscissum caput canis caudæ alligatum per Vrbem raptari, sæuitia plusquam barbara, efferati Ciues sustinuerunt. porrò qui ex Latinis in portu erant, aut, tumultu statim excitato, eò confugerant, Triremibus ex littore subductis, suorũ vlturi cladem, suburbanas Villas, ac littoralem Ellesponti oram, atque Insulas ferro, ac flamma, maxima cũ Hostium iactura, po-

Andronicus

Alexium necat.

Tyrãnidem occupat.

Latin. mactat Græcorũ rabies.

Latinorũ vltio.

populati sunt; nec impunè scelus Tyranno cessit, quod suo mox loco referemus.

Subindè Lucius Pontifex multis, quos Robertus, qui tum aderat, recenset, in Cardinalium Collegium adscriptis, Veronam petijt, vbi congressum cum Friderico Aug. indixerat, quod sequenti à Lucij profectione, anno contigit. *Pōt. & Imp. cōgress. sus.* Chri. Ann. 1174. *App. ad Sig.*

Igitur Fridericus Veronam & ipse delatus, de Filij inauguratione, deque Schismaticorum restitutione, ac alijs non nullis apud Pontificem cum egisset, austeriorem illum, quam putasset, expertus est. Chri. Ann. 1185. *Arnol. l. 3. c. 10.*

Bald. Legationes. Venere interim ab Hierosolymis Heraclius eiusdem Vrbis Patriarcha, in Angliam ad Henricum, Vuillelmus Tyrius Author historiæ belli sacri in Galliam ad Philippum à Balduino Rege Legationis munus obeuntes, qui Sarracenorum vexatus armis, Regni cladem iurè pertimescebat. *Roger. ānal. Angl.*

Promouendæ expeditioni Lucius in primis Pontifex laborabat, cuius tamen, alieniſſimo sanè tempore, sequuta mors, rem, ex omnium voto, penè confectam disiecit. obijt Lucius Veronæ VII. Kal. Decembris, cuius tumulo huiusmodi inscriptio incisa est. *Lucij Papæ obitus.*

Epitaphium

Luca dedit lucem tibi Luci; Pontificatum
Ostia; Papatū Roma: Verona mori.

Tum

Tum Veluti reciproca Antitesis aliud disticon legitur.

Imo Verona dedit verum tibi viuere: Roma
Exilium: curas Ostia: Luca mori.

Huic tertius Vrbanus, ex Mediolanensi Antistite, succedit. *Vrbanus III.*

Nicet. Hoc eodem anno Siculorum Classus Latinorum iniurias vltura, Græcorum fines populata est.

Tum per maximum fortunæ ludum Andronicus, ex Populi coorta seditione, Regni fastigio deturbatus miserando interitu vitam finijt Comnenorum postremus: principiò duabus catenis ad Isaacium Angelum, quem Augustum dixerant, perducitur: dein, eo permittente, pugnis, etiam à mulieribus, cæditur: barbæ, ac capitis capillus vellitur, dentes excutiũtur dextra præciditur, oculus effoditur: adhæc, Camelo impositus, per Vrbem circumducitur, furenti interim Populo luto, ac lapidibus eum impetente, ac verubus latera suffodiẽte: in Theatrum mox perductus, inter duas inibi columnas, capite in terrã inuerso, suspenditur: hìc, post vestis direptionẽ, ac totius corporis, virilium in primis vexationem, ab efferatis Ciuibus ferro transfoditur; in his Quidam cæteris procacior, libratum, atque adactum per os gladium, per intestina ad nates iniecit. infœlicis Augusti inter *Andronici cædes.* *Isaac. Imp.*

tot

tot corporis animique cruciatus vna vox audita est; *quid calamum contritum infringitis? Domine miserere.*

Pont. et Imp. dissidium.

Antequam Pontifex, atque Augustus Verona abscederent, maximum inter eos dissidium exortum est; Augusto Henrici Filij inaugurationem postulante; Pontifice, nisi prius Mathildis Ditiones dimitteret, à defunctorum Episcoporum spolijs in posterum abstineret, Cœnobiorum, quos interceperat, redditus relinqueret, abnuente. itaque, dissidio haud quaquã composito, parum æquo vterque animo recessit. Chri. Ann. 1186.

Hẽrici cũ Cõstãtia nuptiæ

Celebratæ hoc anno sunt apud Mediolanum Henrici nuptiæ cum Constantia Rogerij olim Filia posthuma, Vuillelmi Siciliæ Regis Amita, quæ, quod Vuillelmus ipse prole esset destitutus, in spem Regni educabatur apud Sanctimonialium Virginũ Cœnobium; quo factum, vt recentiores quidam, nullo veterum Scriptorũ testimonio fulti, Sanctimonialem & ipsam fuisse, & prouectæ quidem ætatis, cõmenti sint; cum ex Godefrido Viterbiensi, qui ipsius Hẽrici Sponsi Notarius fuit, trigesimum, cum nupsit, annum egisse eam constet: ex inito autẽ, à Rogerij Patris obitu, annorum calculo, alterum, ac trigesimum. Sane Fazellus recentior rerum Sicularum scriptor & illud, nescio vndè, com-

Fabula de ea.

mini-

miniscitur, idcircò illam à Rogerio Patre in Monasterium detrusam, quod Is ex Ioachini Abbatis vaticinio, didicisset, funestam, si nuberet, Siciliæ facem futuram; quod, quam sit fabulosum, vnusquisque sentiet, qui posthumam eam fuisse ex eius temporis Scriptoribus didicerit: nec est cur quispiam Epitaphijs quibusdam, quasi ad Henrici, ac Constantiæ tumulos tunc insculptis, *ab Authore huc allatis, ac explosis*, permoueatur, constat enim recens inuentum, ex recepta semel fabula, ea fuisse.

Chri. Ann. 1187. *Roger. Ann. Angl. Neub. l. 3. c. 20.*

Subit annus, multiplici Christianorum apud Syriam clade, ac Hierosolimæ amissione, funestissimus. capta est post Regem ipsum, ac sacrosanctam Christi Crucem, quæ ab exercitu circumferebatur, Vrbs ipsa Regia à Saladino Babiloniæ Rege Octobris mense ineunte. tum Rex Barbarus, quod christianæ aures exhorrecsant, Crucē biduo per Vrbem circumductam, quasi vile mancipium, fustibus cædi aut mandauit, aut permisit.

Hierosolyma capta.

Crux ludibrio habita.

Vrbani PP. obitus

Cladis accepto nuncio Vrbanus, licet captam Vrbem non dum rescisset, ægritudine ex mærore correptus, Ferrariæ, vbi tū erat, decessit: sequenti die, quo maturius periclinātibus apud Syriam Christianis opem ferre nouus Pontifex posset, Gregorius hoc nomine VIII. subrogatur. cæterum & ipsæ

Greg. VIII.

Vrbis sanctæ, Crucisque ludibrio habitæ nuncio consternatus, altero Pontificatus mense nondum exacto vita cessit. extāt, pietatis illius eximiæ monumenta, literæ ad vniuersos Christi Fideles, tum peculiares ad Ecclesiarū Præsules hac de re datæ. indictū quoque ab eo est quinquennale ieiunium statis cuiusq. hebdomadæ diebus peragendum. pactæ inter Christianos ad Occidentem Principes (nam Isaacius fœdus cum Saladino inierat) induciæ ad septennium, Dirisque addicti qui interim arma, nisi aduersus Infideles, sumerent.

Moritur.

Leonis XI. Elogiū.

Hoc loco Author occasione sumpta ex breuiore Gregorij Pontificatu, ad Leonem XI. diuertit, qui, dum hæc ipsa ab eo scriptis mandarentur, Romanus Pontifex renunciatus, non integro superfuit mense, omnibus sui desiderium relinquens, Elogio appositè hic addito planè dignus.

Ciuile Byzantij bellum.

Ciuili hoc tempore agitatum est bello Orientale Imperium Branæ Tyranni opera excitato; quod tamen per insignia pietatis opera, *ex Nicetæ hic relata*, fœliciter ab Isaacio confectum est Tyranno debellato.

Clem. III.

Post XX. dierum interregnum creatur Pontifex Clemens, qui statim indictam à Decessore in Palestinam expeditionem promouere omni ope studuit: statas ad Deum præces, ac sa-

Chri. Ann. 1188. *Roger.*

luber-

luberrima pietatis opera omnis generis indixit. conuenere ad ipsius denunciationem Galliæ, atque Angliæ Reges, quorum colloquio Villelmus Tyrius, qui Legatione ex Oriente fungebatur, interfuit. indictæ, exactæque, vtroque Rege adnitente, Decimæ, quas vocãt, haud grauatè ab omnibus persoluendæ. porrò vt Gens quæque dignoscereturCruces Galli rubras, albas Angli, Flandri virides sumpsere. Nec segniter rem egit Fridericus, qui & minaces ad Saladinum literas dedit. *harum exemplum cum ipsius Saladini responso reddito hìc habes lectu non iniucundum.* *Belli Sacri Apparatus.*

Regum exemplo, qui hoc tempore positis inter se odijs, ac mutuis dissensionibus concordibus, in Infidedeles, animis, ardore maximo ferebantur, inter Romanos quoque, ac Pontificem composita Pax est, cuius rei monumentum S. P. Q. R. literæ adhuc extant.

Agitata hoc tempore apud Galliam est quæstio asserentibus alijs aquam vino mixtam in sacrosancto ministerio mutari in Christi sanguinem, negantibus alijs. quod verò timor esset, ne studia partium, vt fit, hæresim parerent, Gaufredus Monachus Apostolicam Sedem hac de re consulendam sibi esse duxit. literis, quæ extant, ad Papæ Vicarium Episcopum Albanen- *Quæstio de aqua calicis*

sem datis. quid porrò Episcopus ad propositam consultationem rescripserit, non inuenimus.

Galliæ & Angl. Reges dissident.

Pax interim, quæ inter Galliæ, atque Angliæ Reges sæpius soluta, sæpius coaluerat, iterum dissoluitur. missus itaque est à Clemente Ioannes Anagninus Cardinalis, qui diu incassum laborasse ea de causa visus est, post quam etenim ægrè tandem Reges inter sese conciliasset, sequuta Henrici morte, Richardus Filius, ac Regni hæres, belli statim consilia reuocauit. quamquam non idcirco abhorrere se a sacro bello prosequendo palam testatus est. Fridericus verò Aug. qui ab Apostolico Legato Crucem, sacræ expeditionis tesseram, susceperat, profectionem in Syriam instituit, exercitus parte altera terrestri itinere, altera Nauibus LV. imposita. fuere autem sub Augusti signis, vt Arnoldus tradit, qui itinerarium illius conscripsit, armatorũ CL. millia, quæ porrò à Græcis, quæque ab alijs casibus perpessi fuerint, ex eodem Arnoldo pete, tum ex Niceta, qui militaribus Græcorum copijs præerat.

Hẽrici Angl. Regis mors. Richardus succedit. Friderici sacra expeditio Militũ numerus.

Chri. Ann. 1189. *Roger. ãnal. Angl.* *Schla. Chro. Nicet.*

Daniæ ac Sicil. Regum obitus.

Sub idẽ tẽpus Canutus Daniæ, Vuillelmus Siciliæ Rex decedũt, alioquin sacræ expeditionis comites futuri.

Bellũ in Sicilia.

Vuillelmi obitu, ciuile eo in Regno bellum conflatum est, Constantia Amita ex eius testamento cũ Henrico

rico Viro illud vindicante, Tancredo autem defuncti Regis consanguineo, Rom. Pontificis concessione, occupante.

Chri. Ann. 1190. Annus adest sæculi XC. quo Richardus Angliæ Rex in Orientem profecturus, ne quid interim Gaufredus, ac Ioannes Regij Fratres, quorum alter Eboracensis erat Archiepiscopus, molirentur, & sacramento eos, ne quid nouarent, adegit, & Eliensem Episcopum addictum sibi hominem, quò summæ esset apud Anglos authoritatis, Legatione Apostolica insigniri à Clemente operam dedit, tum copiarum partem Massiliam terrestri itinere perductã, nauibus imposuit, ac Augusto inde mense ineunte soluit. iter, ac in dies ferme singulos stationes relegit Rogerius in Annalibus, quem consulere curiosus Lector poterit. Messanam igitur cum peruenissent, Galliæ inibi Regem Philippum reperit, qui septẽ illuc ante dies peruenerat, quo cum inducias pactus ante discessum fuerat. hìc, non inter Gallos modo, atque Anglos, sed & inter vtriusque Gentis milites, ac Siculos turbæ maximæ exortæ sunt. Tum Richardus excitatas inter Ioannam Sororem, quæ Vuillelmi Vxor fuerat, ac Tancredum Regem dissensiones composuit, deque pactis inter eos initis stabiliendis ad Rom. Pontificem perscripsit. Rem

Richardi cõsilia.

Iter in Orientem cæpit.

Reges Angl. et Gal. Messanæ.

Mirũ ae Richard. Rogerius, qui tum aderat, tradit admirandam, Richardum tanto diuinæ gratiæ veluti lumine perfusum, atque ardore incensum, vt anteactæ vitæ flagitia pertæsus. Episcopis compluribus in Sacellum coactis, humi nudus procumbens ea fuerit publicè confessus, ac detestatus, perscriptamque ab eis expiationem ardore animi miro exequutus.

Ioachinus Abbas Addit idem Author adfuisse tũ Ioachinum Abbatem Cistercienſis Instituti, qui inane apud imperitam multitudinem Prophetæ nomen adeptus, multa, aut illusus ipse à Dæmone, aut per dolum alijs illudens, falsò vaticinabatur; quod tum maximè accidit, cum, Richardum Regem alloquutus, augendam in immensum eius gloriam, ac potentiam, victorias assequuturum maximas, Hierosolymam, ac Palestinam vniuersam recepturum per summam vanitatem, ac iactantiam prædixit. addidit Antichristum Romæ iam narum, Romanam Sedem propediem inuasurum; quæ ab Episcopis non sine stomacho audita, ab alijs vtcumque cum admiratione excepta, vanissima postea euentus docuit. leuissima porrò eius scripta, atque adeò Author ipse ab Innocentio III. damnationis, meritò, sententiam retulere.

Falsa eius vaticinia.

Damnatur ab Innocẽtio III.

Fridericus Imp. per obitus. Hoc eodem tempore Fridericus Imp. post innumera rerum discrimina,

ac

ac immensos ea in expeditione labores exantlatos, cum iam prælio Iconij Sultanum superasset; fluuij, in quem refrigerandi corporis gratia descenderat, vorticibus haustus, maximo cum exercitus, ac totius Christiani orbis luctu interijt.

Eo sublato, Conradus Filius Dux Sueuiæ, collectis vtcumque copijs, in Syriam perrexit. cæterum, & ipse, haud ita multò post in Acconitana obsidione occubuit. *Cõradus eius Filius.*

Chri. Ann. 1191. Sequentis anni Vere ineunte moritur Clemens, Pontificatus anno tertio, cum Henricum Friderici Filium, qui Romam, cum exercitu, properabat, solemni mox ritu, esset inauguraturus. *Clem. Papæ obitus.*

Datus est Clementi Successor Cælestinus, *de cuius consecratione, antiquum morem, ex Cencij Camerarij Vaticano Codice descriptum hìc habes scitu periucundum; vbi & in Henrici, quæ mox secuta est, inauguratione tunc seruatus ritus traditur.* *Cælestinus IV.*

Post Imperij titulos receptos Henricus Tusculum, quæ Vrbs XII ferè ab Vrbe lapide distans, Romanis semper infesta, ipsius sese Augusti potestati subdiderat, Cælestino reddidit. Cælestinus porro, vt perennem dissidiorum causam tandem aliquandò remoueret, Romanorum arbitrio subruendum tradidit; quod statim, non *Hẽric. V Imp.*

Tuscu-lū euer-sum.

sine immanitatis nota, peractum est. Hoc pacto Vrbs vetusta, ac potens, quę infesta Romanis Ciuibus ac Pontificibus perpetuò fuerat, quemadmodum Vrbs olim infesta Iudæis Hierico, sacerdotalibus veluti tubis perstrepentibus, cecidit. nec nisi in ædificia sæuitum est, permissumque est ciuibus sua indè aliò exportare, ac rura colere, qui in proximis exindè Pagis, ipsoque Tusculi suburbio, quod *Frascatum*, nunc dicitur, quo & Episcopalis translata est sedes, substitere.

Tum Henricus Tancredum Regem, Pontifice licet dehortāte, deiecturus, in Campaniam delatus, Salerno expugnato, Neapolim obsidet.

Quo tempore Messana, vbi hyemare coacti fuerant, soluentes Philippus, ac Richardus, in Syriam delati sunt, vbi, Accone, in cuius obsidione Conradus obierat, expugnata, grauissimis inter vtrumque Regem, ex veteri æmulatione, ac nouis subindè causis, dissidijs subortis, Philippus in Galliam reuertitur. ex itinere Romam diuertens, absolui se per Cælestinum Pontificem petijt à voto, quo se, laborantibus apud Syriam Christianis adfuturum, fuerat pollicitus, multa interim quà iurè, quà iniuria aduersus Angliæ Regem conquestus.

Philippus ex Palesti-na di-scedit.

Richardi vi

At Richardus, qui, antequam Palestinam

lestinam attingeret, in Cyprum Insu- *Victoria.*
lam vi tempestatis delatus, eam vi cæ-
perat, post Gallorum quoque discessum egregias de Saladino Victorias retulit verum, eo absente, Angliæ status à Regijs Fratribus, quamquam sacramento, vt diximus, adactis, magnopere, est perturbatus. Rex igitur siue de his certior factus, siuè suspicione, aut moræ tædio ductus, pactus cum Saladino inducias ad triennium, extremo hoc anno sæculi altero, ac nonagesimo in Angliam remigrat. cæterum, naufragio, ad mare superum, facto, compendiosum per Germaniam inter cum paucis aggressus, licet priuati hominis habitu, ac more, à Leopoldo Austriæ Duce agnitus, captusque, ad Henricum Cæsarem mittitur. *In Angliã remigrat.* *Capitur.*

Adeptus hoc eodem anno est Constantinopolitanam Sedem Gregorius Xiphilinus, alius à Dionis Historici abbreuiatore, quo de alibi meminimus. huic Theodorus Balsamon Cõmentarios super Canones nuncupauit. Hic est ille Theodorus, qui & alia multa in Latinorum, ac Rom. Ecclesiæ odium, atque adeo contumeliam græca fide scripsit, quæ in vulgato Iuris Orientalis Codice leguntur. *Greg. Xiphilinus.* *Theodorus Balsamon.*

sup. ad ann. 1066. *tom.* 1. *pag.* 322. *et* 442.

Hoc loco Authorem Lector consule, sumpta ex eiusdem Theodori Cõmentarijs occasione, de Cõstantini Donatione, deque vulgato Ottonis III. nomine *Constãtini donatio.*

Diplomate, alijsque scitu dignis differentem, qua praterire, quam paucis ex præscripto recensere, satius duximus.

Vbaldus Episc. Eugub.

Sequenti anno Cælestinus Vbaldum Epiſcopum Eugubinum in Sãctorum numerum retulit, qua de re extat Diploma, *ab Authore hìc descriptum*, ex quo Surium, ac alios corrigas, qui sanctum hunc Virum superfuisse tradunt ad annum vsque salutis decimum supra Millesimum, ac ducentemum. Chri. Ann. 1192.

Ad hæc idem Pontifex Christianorum apud Syriam res Cæsaris, ac duorum Regum auxilio destitutas summo in discrimine constitutas cernens, hortatorias iterum Epistolas, vbique gentium vulgandas, dedit.

Richardus liberatur.

Henricus porrò Aug. pudore, ac sceleris conscientia extimulante, naufragum Regem, atque ex sacra Expeditione reducem misertus, Anathemate quoque Pontificio territus, pristinæ illum restituit libertati. non tamen, vt fæuitiæ, ita & auaritiæ notam effugere laborauit; pactus impiè pro sceleris mercede Marchatum argenti centum, ac triginta millia, tum Leopoldo millia viginti. ad eam pecuniæ vim cogendam, non Populi modo exactionibus vexati sunt, sed Templa quoq. sacris vasis, ac donarijs spoliata, quæ tamen mutui nomine sunt re- Roger. Ann.

Hẽrici Aug. auaritia.

Redẽptionis preciũ

cepta

cepta. & hæc quidem hoc anno transacta sunt, Richardi tamen in Angliã reditus ad multos exindè menses dilatus est, Eleonora interim Matre, literis ad Cælestinum aliosque complures datis, Superum, ac mortalium opem implorante.

Hoc eodem anno Cencius R. E. Camerarius proficuum eidem Ecclesiæ opus aggressus est, quo eius reditus, ac Census descripsit. compactus ab eo liber inter Vaticana Monumenta adhuc extat. *Cẽcius Camerarius*

Roger. ãnal. Chro. Foss. nou. Subindè Cælestinus captam à Salernitanis Constantiam Augustam, à Tancredo recipit, Legato ad eam deducendam in Siciliã missos; receptamque, ac honorificè Romæ habitam, ad Henricum Virum in Germaniam remittit, qui Salernitanorum iniuriæ vlciscendæ cupidus, audita insuper Tancredi morte, ac Rogerij eius Filij natu maioris, quem hoc ipso tempore Regem dixerat, successione, expeditionem in Siciliam maturauit. *Cõstãtia Augusta capta liberatur.* *Tãcredi obitus.* *Hẽrici expeditio.*

Chri. Ann. 1193. Eo igitur post quam peruenit, Siculos dolo illectos, in deditionem recipit: tum pari perfidia Tancredi Filio adhuc impubere, ac regijs Puellis cum Regina Matre in potestatem habitis, Puero oculos per summum scelus, ac sæuitiam plus quam tyranni cam, effodit, fœminas custodiæ traditas diris vinculis mancipauit. *Sicilia recipit* *Eius sæuitia, ac perfidia.*

diuina in Leopoldũ vltio.

Dimissus iam fuerat captiuus Angliæ Rex, cum Leopoldum Austriæ Ducem, qui, ad proditionem, Anathematis quoque contemptum addiderat, diuina corripuit vltio. tradit Rogerius plerasque omnes Austriæ Vrbes incendio deformatas, nec resciri vnquam Authorem, aut causam potuisse: Danubij repentina exundatione decem amplius mortalium millia hausta vorticibus fuisse: vulgarem exinde luem, ac frugum omnis generis sterilitatem subijsse: deniquè Ducẽ ipsum confracto, ex equi casu, exsectoque crure decessisse, cum tamen ante obitum ad cor redire, Deo miserante, meruisset; itaque Anathematis absolutionem impetrasse, cum ad alia expiationis genera pecuniam quoque iniquitatis præcium, Regi Anglo reddi, postremis tabulis, imperasset.

Ann. 1194. *Roger. annal.*

Chri. Ann. 1195.

Eius pœnitentia.

Ad hæc Cælestinus Pontifex, cum *Arnaldus.* iam pactæ cum Sultano induciæ efluxisse dicerentur, excidium vltimum Syriæ Christianis metuens, Occidentalis Orbis Principes, ac Populos ad sacrũ bellum redintegrandũ, aut quoquomodo promouendum iterũ hortatur. noxarum quoque veniam non militibus tantum, sed his omnibus pollicitus, qui pecunia, commeatu, aut alio quouis pacto bellum ipsum iuuissent.

l. 5. cap. 1. Neubr. l. 15. c. 20.

Saladini mors.

Audita est interim Saladini mors,

Fi-

Filiorumque illius de Regno certamen, quo magis Cælestini, ac aliorum Antistitum Studia incensa sunt.

Pontificis literis, ac Legationibus cõmota est in primis Germania, ac Cæsar ipse Henricus, qui tamen assentationibus, corruptus, quasi nefas futurũ, si Imperium ipsum relinqueret Imperator, cum præsertim commeatibus, ex Occidente, Orientales copias iuuare satius videretur, profectionis ipse consilium abiecit, pollicitus haud secius pecuniã ex Richardo acceptam in belli sumptus se daturum.

Nicet. At vero Isaacius, qui regias virtutes vitijs æquaret, ab Alexio Angelo Fratre, quem Regni ipse administrationi admouerat, deijcitur, ac cæcatur, cum annos imperasset propè X. *Alexius Angelus Imp. Isaacium deijcit.*

Chri. Ann. 1169. *Roger. ãnal.* Vigente inter Galliæ, atque Angliæ Reges bello, Philippus Episcopus Belouacensis, in aciem ipse progressus, in Anglorum potestatem venit igitur, dum captiuus apud Hostes esset, Cælestini ope implorata, eius apud Richardum opera, acriter antea increpitus, vinculis eximitur.

Quo tempore idem Cælestinus restitutum D. Laurentij in Lucina Romæ Templum dedicauit, quod inscriptio docet, quæ eodem in Templo adhuc legitur. *Templũ S. Laurẽt. in Lucina instauratur.*

Arnol. l. 5. c. 2 Henricus interim Aug. simulata in Orientem profectione delectu, quasi

repetit in Sac. bellum, habito, cum copijs in Italiam venit, dotale Apuliæ, ac Siciliæ Regnum tyrannicè firmaturus, quod non nisi Northmannis, qui supererant, sublatis, præstari à se posse arbitrabatur; sexaginta armatorum millia habuisse in castris tradunt igitur Capuam delatus, Richardum Comitem de Cerra ibidem nactus, ad equi caudam subligatum, per Vrbem raptari, tum exanimatum, capite in terram inuerso, suspendi iussit, suspēsumque tamdiu manere, donec tabe confectus diffluerer. *Chr. foss. nouæ.*

Hērici Tyrānis.

Siciliā petit. Siciliam exindè petijt, vbi dirissimam in Northmannos, aliosque quotquot studuisse Tancredo comperisset, exercuit carnificinam. Barbari sanè Principis sæuitia eò progressa est, vt Constantia Vxor Gentis suæ cladem miserta, ab eo secesserit; conscriptoquæ aduersus Virum exercitu, ad iniquas pacis conditiones subeundas eum adegerit. Chri. Ann. 1197.

Vxor in eum insurgit.

Græcos terret. Sub ipsum in Siciliam aduentum Henricus copijs, quas diximus, ac Northmannorum Regum, quas inuaserat, thesauris pollens, minaces ad Alexium literas dederat, Legatione insuper adiecta, qua petebat reddi sibi quicquid terrarum Rogerius olim Græcis, aut Vuillelmus abstulissent, ab Epidauro, ad Thessalonicam, ea Legatione Alexius adeò est territus, *Roger. ānal. Nicet.*

vt duriſſimam tributi conditionem nō abnuerit, cui cogendo, ſoluendoque, non ſubditos modo Populos vexauit, ſed Templa etiam, ac Cœnobia ſpoliauit. cæterum, ſequuta Henrici morte, ea ſtatim cura ſolutus eſt.

Hēricī Aug. obitus.

Obijt Henricus Meſſanæ Imperij anno VII. dum in Germaniam cogitaret, exercitus parte nauibus haud ita pridem in Syriam tranſmiſſa.

Fridericus II. Aſſiſij baptizatur.

Henrici obitu Regnum ad Fridericum eius ex Conſtantia Filium, tum quadrimum, Aſſiſij nuper ſolemni ritu baptizatum, defertur, non tamen antea Regno inauguratum, quam Rom. Pontificis aſſenſus eſt habitus, cui impetrando Epiſcopus Meſſanenſis Romam profectus, illud quoque ſupplici-ter ex eo petijt, vt Henrici cadauer Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradere liceret, Anathematis abſolutione, quam viuens petere Is neglexiſſet, defuncto vtcumque collata. Nec mireris Lector dum Fridericum Aſſiſij baptizatum audis; vbi Franciſci (qui tum viuens ex ephebis vixdum exceſſerat) nondum cultus vigebat; id etenim ex eo factum ſcias, quod Infans in Italia natus parentibus in Germaniam reuertentibus, Conrado Sueuo, (quem Henricus, ſiue antea Fridericus, Spoleti Ducem, creauerat) nutriendus, fuerat relictus, ac demum poſtremo hoc Henrici in Italiam acceſ-

Cōradus ſpoleti Dux.

cessu, ex Conrado receptus, atque in Siciliam perductus. porrò hunc Conradum ipsius Henrici Fratrem minorem natu fuisse; quidam tradunt.

Post Henrici obitum oppida Rom. Ecclesiæ complura, quod supremis ipse tabulis mandauerat, sunt reddita. *siquis autem eorum numerum, ac nomina, ipsumque adeo Augusti testamentum nosse cupiat, Authorem consulat.*

Henrici interim copiæ, quæ in Syriam peruenerant, audita eius morte, Hostiumque sub Saladini Filio, magno numero, aduentu, Ducibus huc illuc dilapsis, turpem in fugam conijciuntur. accidit id quidem perincommodùm, cũ rei bene gerendæ spes maximè affulsisset, Armeniæ tum Rege in belli societatem allecto.

Cælestini Legationes. Hoc eodem anno Legatio à Cælestino in Boemiam, ac Poloniam decreta est Clericorum ibidem moribus ad Sacrorum Canonum normam reformandis, quorum plerique Mulieribus, non secus, ac legitimis Vxoribus, vtebantur. res, vt apud Poloniam fœliciter, ità apud Boemiam non sine turbis peracta est, Legato ipso Apostolico in discrimen adducto.

Episc. cũ Rege dissidium vnde. Composita quoque Cælestini opera est controuersia, quæ inter Rothomagensem Antistitem, atque Angliæ Regem vigebat, quod Hic locum ad eam. *Neub. l. 5. c.*

eam Ecclesiam spectantem aduersus Gallorum in Northmanniam incursus munijsset, qua ex causa idem Antistes Regios Ministros censuris Ecclesiasticis totamque adeò Prouinciam Interdicto subiecerat.

Obijt hoc item anno Vir eximius Homobonus Cremonensis, quem posteà, ob egregia virtutum merita, Cælestini Successor Innocentius sanctorum numero adscripsit. *Sur. 13 Nuēb.* *S. Homobonus.*

Chri. Ann. 1198. *Roger. ānal.* Subit annus sæculi IIC. cuius exordio Cælestinus decessit, cum annos non dum VII. in Pontificatu egisset, cuius obitu XII. hunc Annalium Tomum claudere decreuimus; illud tantum addentes, quod certo alicui eius Sedis anno adscribere nequiuimus; eius nempè authoritate, institutum nuper Teuthonicorum Militum ordinem, fuisse confirmatum, eiusdemque opus esse ad D. Mariæ in Porticu Romæ sacram Ædem, Romanoque in Foro additum Nosocomium. *Teuthonicorū Ordo.*

Libri XII. Finis.

Huc vsque Annales Ecclesiasticos summa cum eruditionis, ac doctrinæ laude, labore autem vix credibili, duodecim magnæ molis Tomis comprehensos, deduxit Baronius. prosequutus est immensum adhuc opus Abraam Bzouius

nius Polonus genere etiam num superstes, ac Romæ degens, Vir laboriosissimus, ingenijque, ac facundiæ laude præstans, totidem voluminibus, quorum septem iam lucem aspiciunt, quinque reliquis, (quibus integrum Pauli V. Pontificatum absolvit) nondum impressis; cuius locupletissimum ad Baronium Auctarium, si vita, ac vires suppetant, pari ratione, in Epitomen redigere, Deo Auspice, consilium est.

INDEX.

Cuius numeri respondent Annis Christi margini adscriptis.

A

Aaron Sarracenorum Rex. 784. Christi sepulchrum Carolo Magno cedit. ibid. Rhodum delet. 807

Abagarus Edessæ Rex Christi tempore. 31. 34

Abagarus alter Traiani tempore. 107

Abagarus III. Seueri tempore. 202. Capitur à Caracalla, 218

Abimelecus Sarracenorum Rex. 685

Albauius sub Constantino Aulæ potens. 337

Abundius Cordubensis Martyr. 854

Acacius Eusebij Cæsarienſis Alumnus, & Successor. 340

Acacius Byzantij Antistites. 471. Primatum ambit. 472. Moritur. 488

Acephalorum Hæresis, ac propago. 535

Adadus Auximitarum Rex. 541

Adalbertus Berengarij Fil. 931

Adalbertus Pragensis Episc. 983. Martyrio afficitur. 997. Eius reliquias Otto Imperator transfert. 1000

Adalunaldus Longob. Rex. 616. Mentis impos deponitur. 626

Adeodatus Papa. 660. Moritur. 678

Adilulfus Angl. Rex. 847. Regnum B. Petro sub-

subijcit. ibid.
Ado Viennenſis, eiuſque elogium. 878
Adrianus. Vide Hadrianus.
Adulteris Parricidarum pœna impoſita. 339
Adulterij falſo accuſata mulier ſepties à Carnifice incaſſum icta. 367
Ædes Lauretana. 9
Ægyptus terremotibus non ſubiacet. 553
Ælfredus Angl. Rex. 878
Æmilianus Imp. 257
Æthiopes Idola non colunt. 35
Ætius Hæreſiarcha. 356
Ætius Rom. Dux. 428. Eius Victoriæ. 435. 451. à Valentiniano occiditur. 454
Ætnæ incendium, & ab eo clades. 1169
Agapetus Papa. 535. Byzantium à Theodorico mittitur. 536. Moritur. ibid.
Agato Papa 678. Moritur & pro S. colitur. 681
Agilulfus Longob Rex. 591. Moritur. 616
Agnes Virgo & Mart. 304
Agnes Henrici IV. Imp. Mater. 1062. Legatione ad Fil. fungitur. 1074. Moritur. 1077
Agnoitæ Hæretici. 535
Agrippa Herodes. 38. Herodem Antipam Patruum accuſat. 40. Moritur. 45
Agrippa eius Filius. ibid. Paulum audit. 56
Agrippæ Templum Pãnteon. vide Templum.
Agrippinus Cartag. Epiſc. 217
Aimon Hiſtoricus. 887
Aiſtulfus Long. Rex. 750. Vrbem obſidet. 753. 755. Moritur. 756
Alachin Tridenti Dux eiuſque inſanũ votũ. 691
Alamundarus Sarrac. Rex. 509. Chriſtianus fit ibid.

Ala-

Alani, ac Vandali Hiſpaniam ocupant. 409
Alanus Britonum Princeps. 890. Decimas Romanæ Eccl. pendit. ibid.
Alaricus à Stilicone vincitur. 403. Vrbem, ac Italiam vaſtat. 406. Vrbem capit, ac diripit. 410. Moritur. 411
Alaricus Gall. Rex. 484. Theodoſij Codicem edit. 506. à Clodoueo vincitur. 507
Albercius Epiſcopus M. Aurel. Filiam à Dæmone liberat. 163
Albericus Romæ Tyrānus. 908. Hugonem Regem Vrbe pellit. 933. Ottonem ab acceſſu ad eam deterret. 952. Moritur. 954
Albericus alius Romæ Tyrannus Comes Tuſc. 1033. Filium impuberem Rom. Pontificem eligit. ibid.
Albienſes Hæretici. 1176
Alboinus Longob. Rex. 568. Italiam populatur. 569. 570. Occiditur ab Vxore. 571
Aldegiſus Deſid. Longob. Reg. Fil. 773. Byzantium aufugit. 774
Alexander Imp. 223. Iuris Peritos in honore habet. 225. Perſas vincit. 236. Occiditur. 237
Alexander Baſilij Fil. 870. Imperium cum Fratris Filio regit. 911
Alexander Papa. 121. Martirio afficitur. 131
Alexander II. 1061. Moritur 1073
Aexander III. 1159. Galliam petit. 1162. Venetias petit, & cum Federico tranſigit 1177. Reges ad ſac. bellum accendit. 1180. Moritur. 1181
Alexandriæ tumultus maximus. 441. Terræmotu præter ſolitum concutitur. 553
Alexandria apud Inſubriam conditur. 1168

Ale-

Alexius Comnenus Imper. 1080. Vincitur Guiscardo. 1081. Eius perfidia in Latinos milites. 1101. Imperium occidentale ambit. 1112. Moritur. 1115
Alexius Manuelis Filius Imp. 1180. Occiditur ab Andronico. 1185
Alexius Angelus Isaacium Patrem deijcit. 1195
Alfonsus Hisp. Rex Catholici nomẽ obtinet. 738
Alfonsus Castus Hisp Rex. 783. Deijcitur, ac restituitur. 790. Tributum indignum Sarracenis negat. 793
Alfonsus Magnus. 861. Bello petitur à Filio Garzia. 908 Eidem Regnum sponte cedit. ibid. Pro eo dimicat. 912. Moritur. ibid.
Alfonsus IV. Hisp. Rex. 924. Regno relicto Monachus fit. 927. Regnum repetit, captus cæcatur. ibid.
Alfonsus V. 998. In prælio vulneratus Moritur. 1017
Alfonsus Lusitaniæ Dux Rom. Ecclesiæ vectigalis. 1144. Regis titulum à Rom. Pont. obtinet. 1179. Regnum iterum Rom. Ecclesiæ subijcit. ibid.
Alipius S. Augustini socius. 393
Almansor Sarrac. in Hisp. Rex. 998
Almaricus Hierosol. Rex. 1113. Moritur. 1117
Almaricus Antiochiæ Patriarcha dira patitur à Rainaldo Principe. 1154
Amalaricus Goth. Rex. 507. Vincitur. 526
Amalasuenta Regina Goth. 526. Theodatum ad Regnum euehit. 534. Ab eo deijcitur. ibid.
Ambrosius Insubriæ præficitur. 369. Episcopus fit. 375. Eius cum Basilio necessitudo. ibid. Legatus ad Maximum mittitur. 383.

à Persarum satrapis colitur. 387. Moritur. 397. Vita à Paulino, & Baronio describitur. 375. 397
Ambrosius Aurelianus Dux. 477
Ammonius Phil. Christianus alius à Peripat. 234
Anacletus Papa. 103. Martyrio afficitur. 112
Anacletus Antipapa. 1130. Moritur. 1138
Ananias, & Zaffira. 34
Anastasius Imp. 491. Catholicis, & Hæreticis silentiũ indicit. 492. Fulmine extinguitur. 518
Anastasius II. qui & Artemius Imp. 713. Imperium deponit. 714
Anastasius Sinaita. 563. Relegatur. 572. Reuocatur. 594. Moritur. 599
Anastasius Persa Mart. 621
Anastasius Bibliothecarius. 869. Legatione ad Basilium fungitur. ibid. Vitam Areopagitæ in lat. serm vertit. 876
Anastasius Papa. 398. Moritur. 402
Anastasius II. 496. Moritur. 497
Anastasius III. 910. Moritur. 912
Anastasius IV. 1153. Moritur. 1154
Anathematis notio, & origo. 57
Anathema à Theodoro Pontif. Christi Sanguine in atramentum infuso subscribitur. 648. Idem fit ab Episcopis Byzantij. 869
Andreas Apost. 30 44. Corpus translatum. 358
Andreas Calibita Mart. 762
Andronicus Imp. 1183. Alexium Imp. necat. ibid. Latinos Byzantij mactat. ibid. Eius exitus miserandus. 1185
Angelitæ Hærerici. 535
Angelorum cultus. 60
Angli Brittaniam occupant. 429. 446

Angli Reges vectigales Romanæ Ecclesiæ. 74
775. 847. 869.
Anicetus Papa. 167. Martyrio afficitur. 17
Decreuit de coma à Clericis non nutrienda
ibid.
Animas cum corpore interire, & in die Iudicij
resurgere à quibus traditum. 24
Anselmus Nonantulæ Fundator. 70
Anselmus Cantuar. Archiep. 1093. Relegatur.
1100. restituitur. 1100. Iterũ exagitatur. ibid.
Ansgarius Danorum Apostolus. 888
Ansprandus Luitperti Tutor. 703. Rex Lon-
gobard. eligitur. 712. Regnum Luitprando
cedit. ibid.
Antarit Long. Rex. 585. Moritur. 59
Anthemius Imp. 467. Occiditur. 47
Anterus Papa. 237. Martyrio afficitur. 23
Anthusa Copronimi Filia sancta. 77
Antichristus Nero creditus. 70. De Antichristo
inane vaticinium. 100
Antinous Hadriani Imp. Amasius. 13
Antiochia Terræmotu concussa. 117. 458. 525.
528. Theopolis appellatur. 528. Capitur à
Persis. 614. Item à Sarracenis. 637. Reci-
pitur à Christianis. 1098
Antiochus Hierosol. excidium deplorat. 614
Antoninus. 123. Vnde illi Pij nomen 139. Ha-
driano succedit. 140. Pro Christianis rescri-
bit. 154. Legem Iul. de Adult. etiam in Vi-
ros armat. 161. Moritur. 16
Antoninus Philosopus Vide M. Aurelius.
Antoninus Caracalla Imp. 212. Imperator à Pa-
tre dicitur. 213 Eidem cum Fratre Geta
succedit. ibid. Eius mite ingenium in puer-
tia.

tia. ibid. Fratrem necat. 214. Parthos dolo aggreditur 210. Monumentum Thianeo excitat. ibid occidi ur. 219
Antoninus Heliogabalus. vide Heliogabalus.
Antonius Monach. Parens Eremum petit. 310. Eremum deserit, vt martyribus adsit. ibid. Monasteria instituit. 328. moritur. 358 Eius corporis translatio. 531. Noua in Galliam translatio. 1089 Eius cultus augetur ex depulsione luis. ibid. Eius imploratio super igne vnde. ibid.
Antropomorphitæ hæretici. 341
Aphtardocitæ hæretici. 363
Apis Ægypti Deus. 123
Apollinares Pater, & Filius 349. Eorum Hæresis damnatur. 373
Apollonius Thianeus. 68
Apollonia virg. & mart. 252
Apostoli Symbolum edunt. 44
Aqua benedicta. 57. 131
Aqua in Missa offerri solita, postea vetita. 174. 557 An in sanguiné vertatur dubitatũ. 1188
Aquileiensis, & Gradensis Patriarchæ. 605
Araricus Gothorum Rex. 542
Archadius Imperator a Patre dicitur. 383. Patri cum Honorio Fratre succedit 395 Chrysostomum persequitur. 403. Excommunicatur. 407 moritur. 408
Archelaus Herodis Filius. 8 Accusatur, ac relegatur. 16
Ardaburius Theodosij Dux. 423
Arduigus, seu Arduinus. 1005. 1041
Aredius Lemouicensis. 595
Ariadna Zenonis Imp. Vxor. 464. Virum viuũ se-

sepelit. 491. Anastasium ad Imperium euehit ibid. Eidem nubit. ibid. moritur. 515
Ariamirus Galleciæ Rex. 570
Ariobaldus Longob. Rex. 618
Aritpertus Longob. Rex 704. Alpes Cottias Rom. Ecclesiæ reddit. ibid. moritur. 711
Arma Templis inferri vetita. 431
Arnaldus de Brixia hæreticus. 1140
Arnulfus Carolo Patruo Tutor datur. 888. Imp. coronatur. 896. ex Phtiriasi moritur. 899
Arnulfus Rhemensis Archiep. 991
Arriana hæresis incipit. 315. deficit. 585
Arrius. 315. Relegatur. 318. reuocatur. 335. moritur. 336
Ars statuaria deficere incipit cũ Idololatria. 303
Artaldi, & Hugonis Rhem. Archiep. dissidium. 925. 941. 943 947
Artabasdus Imp. contra Copronymum. 741
Arthemius Constantini Dux. 312. 358. à Iuliano Apostata martyrio afficitur. 361
Arthemius Archadij Præceptor. 383
Arthemius, qui & Anastasius Imp. 713
Asclepiadori mart. reliquiæ Perusia in Galliam auectæ. 969
Asinum à Iudæis, & Christianis adorari Gentiles calumniantur. 201
Aspar Theodosij Dux. 425. vnà cum Filijs cæditur. 470
Astingus Dan. Princ. simulatè baptizatur. 886
Asturij Sarracenorum iugum excutiunt. 718
Athalaricus Ital. Rex. 526. moritur. 534
Athanagildus Hisp. Rex. 567
Athanasius Alexandr. Episc. 326. Solitudines Ægypti petit. 328. Antonij vitam scribit. ibid.

ibid calumniam patitur. 332.334. 339.350. 355. à Constantino M. in Galliam relegatur. 336 à Constantino Filio reuocatur. 338 à Iuliano Apostata pellitur. 362. Sagacia, exitum vitat. ibid moritur. 372
Athanasius Neap. Episc. 872
Athanasius II. Neap. Episc. & Tyrannus. 881
Attalus Tyrannus sub Honorio. 410
Attila Hunnorum Rex 442. Belam Fratrem occidit. 444 à Romanis, ac Gothis vincitur. 451. Aquileiam delet. 452 Romam properat. ibid. à Leone Pont. reuocatur. ibid. moritur. 454
Audæus Hæresiarcha. 341. Humanam formam Deo tribuit. ibid.
Audoenus Nouiomensis Episc. 665
Auenionensis Pons, deque eo mirum. 1177
Augustinus Rhetoricam docet. 383. Baptizatur. 388. Præsbyter ordinatur. 391. Eius cũ Hieron. contentio. 394. Episcopus creatur. 395. Coadiutorem eligit 416 moritur. 430. Eius reliquiæ ex Africa in Sardiniam transferuntur. 504. ex Sardinia Ticinum. 725
Augustinus Angliæ Apostol. 596. moritur. 604
Augustus Octauianus moritur. 16
Augustulus Imp. 474. Imperio deijcitur. 476
Auidius Cassius Imp. contra Seuerum. 177
Auitus Imp. 455 Imperium deponit. ibid.
Aurelianus Imp 271. Zenobiam in Triumphum ducit. 274. Occiditur. 278
Aurelius Hisp. Rex. 775.793
Ausonius. 379
Austregildis Franc. Regina. 583. In mortis solatium medicos occidi iubet. ibid.

B

Babilas Episc. Antiochiæ. 240. Martyrio afficitur. 253. Oraculum silere facit. 361
Bacchus Monachus mart. 78
Balduinus Flandriæ Comes. 90
Balduinus Rex Hierusalē. 1100. moritur. 11
Balduinus II. Rex Hierusalem. 1118. Capitur à Turcis 1123. moritur. 113
Balduinus III. 1142. moritur. 116
Balduinus IV. Leprosus. 1177. moritur. 118
Balduinus V. ibid.
Bamba Hisp. Rex. 672. Monachus fit. 68
Bamberga donatur Rom. Ecclesiæ. 1019. Eadem mutatur Beneuento. ibid. & 105
Baptismi iterandi Author. 217. Episcoporum decretum super hoc. 258. à Cypriano, & aliis probatur. ibid. Abrogatur. 34
Baptismus arena pro aqua peractus. 181
Baptismus non administrandus extra tempus Paschale absque necessitate. 45
Barahanes Persarum Rex. 62
Barba cum primum deponitur dedicatur. 58
Barbæ laudes scribit Iul. Apostata. 36
Barda Cæsar 859. Nepotis instu occiditur. 86
Barda Schlerus Tyrannus. 90
Bardanis Patritij infælix conditio. 80
Bardanes Persarum Rex. 62
Barnabas Apost. 36. 44. 47. 51. Eius reliquiæ inuentæ. 48
Barsianitæ hæretici. 53
Barsimeus Edessæ Episc. 10
Bartolomeus Apost. 44. Eius Reliquię Beneuentum.

tum tranflatæ. 840. Beneuento Romam 999
Basiliscus Imp. Zenonē pellit. 476. Concilium Chalcedonense abrogat. ibid. à Zenone capitur, & occiditur. 477
Basilius M. 362. Episcopus creatur. 369. moritur. 378
Basilius Leonis Armeni Filius. 823
Basilius Michaelis Dux Cæsar dicitur. 867. Michaelem occidit, Imperium assumit. ibid Filias quatuor Deo consecrat. 870. Ludouico Imp. Augusti nomine interdicit. 871. Photium, decreptus, restituit. 878. moritur. 886. Eius ad Filium monita. ibid.
Basilius Romani Filius. 971. cum Constantino Fratre imperat. 975. moritur. 1025
Batoldus, qui & Radbotus Fris. Princ. eiusque stultilia. 719
Beda Historiam finit. 735
Belisarius in Persas. 527. Procopio Historico vtitur. ibid. Vandalos vincit Africam recipit. 533. Gilimerem Regem in Triumphum ducit. ibid. Italiam inuadit. 535. Romam recipit. 537. Eius mœnia instaurat. ibid Siluerium Pontificem deponit. 538. Templum Romæ condit. ibid. Vitigem Gothorum Regem deditione capit. 540. In suspicionem adductus reuocatur. 541. Italiam repetit. 545. eius ad Tolilam literæ. 547. Italia cedit inglorius. 549. Arma iterum capit. 558. In ordinem redigitur. 561
Bellum Sac. Hierosol. 1095
Benedictus Monachorum Parens. 494. Maurum, ac Placidum recipit. 523. Cassinum migrat. 529

Benedictus Papa, qui & Bonosus. 573. mor-
tur. 57
Benedictus II. 684. Pontificiorum Comitiorum
libertatem recuperat. ibid. moritur. 68
Bened. III. 855. moritur. 85
Bened. IV. 905. moritur. 90
Bened V. 964. abducitur in Germaniam. 96
moritur. ibi
Bened. VI. 973. capitur, ac strangulatur. 97
Bened. VII. ibid. moritur. 98
Bened. VIII. 1012. Germaniam petit. ibid. Bam-
bergam dono recipit. ibid & 1053. Casi-
num petit. 1021. moritur. 102
Bened. IX. adhuc impuber creatur Pont. 103
deijcitur, ac restituitur. 1044. Pontificatu s
abdicat. ibid. Iterum inuadit. ac iterum deij-
citur. 1047. Tertio Pontificatũ recipit. 104
Beneuentum à Rom. Ecclesiæ pro Bamberga
recipitur. 1119. 105
Berengarius Foroiul. Dux. 888. Italiæ Regnum
occupat. ibid. Vincitur à Vidone. ibid Ite-
rum à Ludouico. 900. Ludouicum capit, ac
cæcat 903 Imperium per vim occupat. ibid.
Eius titulos à Ioanne extorquet. 915. à suis
interficitur. 914
Berengarius huius ex Filia Nepos. 944. Luit-
prandum Byzantiũ Legat. 946. Vincitur ab
Ottone. 951. Regnum ex eo recipit. 952.
Obsidetur deditur, relegatur, moritur. 964
Berengarius Hæresiarcha. 1035. Abiuratam hæ-
resim iterum docet 1055. Quartò eam simu-
latè abiurat. 1059. Item quinto. 1079. mo-
ritur. 1088
Berengarius Barcinonensis Princeps. 1090.

Tar-

Tarraconem Romanæ Ecclesiæ donat. ibid.
Berillus hæreticus. 242
Bernardus Italiæ Rex. 813. Ludouicum Patruum bello petit. 817. Captus cæcatur. ibid.
Bernardus ad Cistercienses transit. 1113. Conciijs interest. 1127. 1134. Aquitaniæ Ducem mirè ad pietatem reuocat. 1135. Legatus ad Rogerium mittitur. 1137. Ad sac. bellum excitat. 1146. Calumniam ex eo male gesto patitur 1149. moritur. 1153
Berno Cluniacensium Fundator. 912
Berta Caroli Magni Vxor. 770. Repudiatur. 771
Bertaridus Longob. Rex. 673. moritur. 691
Bibliorum editiones variæ. 184. 203. 219. 231
Bibliotheca Byzantij, quæ que in ea mira. 476
Bizantium. vide Byzantium.
Blasius Episc. & mart. 316
Boémundus Guiscardi Fil. 1084. Eius ardor in sac. bellum. 1097. Eius captiuitas. 1100. Liberatur, & in Occidentem redit. 1104. moritur. 1112
Boërredus Angl. Rex 874. Romæ moritur. ibid.
Boëtius. 510. 522. occiditur à Theodorico. 526
Boleslaus Poloniæ Rex inclitus. 1025
Boleslaus alter, eiusque crimen, ac pœna. 1079
Bonfilius Fulginei Episcop. 1096
Bonifacius apud Africam Dux. 422. Vandalos vocat. 427. moritur. 432
Bonifacius Papa. 418. moritur. 423
Bonifacius II. 530. Successorem nominat. ibid. Decretum hac de re factum abrogat. 531. Templum in Hadriani mole extruit. ibid. moritur. ibid.
Bonifacius III. 606. moritur. ibid.

Bonifacius IV. 907. Pantheon Deiparæ dicat. ibid. moritur. 614
Bonifacius V. 617. moritur. 625
Bonifacius Pseudopontifex. 897
Bonifacius alius Pseudopont. 974. 984
Bonif. Germ. Apost. 719. martyrio afficitur. 755
Bonifacius alius mart. 997
Bonifacius Russorum Apost. mart. 1008
Bonifacius Tusciæ Dux Mathildæ Pater. 1070
Brigida Virgo apud Hiberniam. 521
Britanni ab Anglis pulsi Galliam petunt, ac incolunt. 446
Britius Turon. Episc. 432
Brunichildis Francorum Regina. 567. 583. Eius exitus horrendus. 614
Bruno Prussorum Apost. matt. 1008
Bruno Cartusiensium Fundator. 1086. Romam à Pont. vocatur. 1092. moritur. 1101
Bulgari Thraciam inuadunt. 498. 502. 504. Prouincias alias vastant. 981
Bulgarus insignis Iuris consultus. 1158
Byzantium à Seuero euersum. 198. à Constantino incoli ceptum. 324. Deo solemni ritu dicatur. 330. Ad Romanæ Vrbis similitudinem extructum. ibid. Academia, & Bibliotheca ornatur. 330. Eius amplitudo. 342. Incenditur. 433. 465. Eius ædes seorsim singulæ ædificantur. ibid. Iterum, atque iterum incenditur. 476. 491. Populi illius furor. 378. 580. 1183

C

CAbodes Pers. Rex. 527
Cadalus Episc. Parm. Antipapa. 1062

Cæ-

INDEX.

Cæcilia Virgo, & mart. 233
Cælestinus Papa. 423. cum Augustino dissidet. 424. Ephes. Synod cogit. 431. moritur. 432
Cælestinus II. 1124. Pontificatu cedit. ibid.
Cælestinus III. qui & II. dicitur. 1143. moritur sexto mense. 1144
Cælestinus IV. seu III. 1191. Populos ad sac. bell. hortatur. 1192. Templum S. Laur. in Lucina instaurat 1196. Item S. Mariæ in Porticu. 1198. moritur. ibid.
Cælestis Cartaginensium Dea. 399
Cælibatus Episcop. & Cler. 57. 58. 325. 398
Cæsarius Nazianzeni Frater. 362
Cæsarius Episc. Arelat. 453. moritur. 490
Caganus Auarum Rex. vide Gaianus.
Caius Caligula Imp. 39. Occiditur. 43
Caius Rom. Pont. 283. martyrio afficitur. 296
Callinici Byzantij Episc. temeritas 692. eius supplicium. 703
Callistus Papa. 221. martyrio afficitur. 216. Ieiunium quatuor Temporum lege sancit. ibid.
Callistus II. 1119. moritur. 1124
Caluities laudata libro inscripto Carolo Caluo Imperatori. 876
Campanæ vsus. 615 Item Tintinnabulorum. 58
Canonizationis Sanctorum vsus. 993 ritus. 1027
Canutus Danus Angl. Rex. 1016
Canutus alter Dan Rex Rom Eccl. Client. 1079
In Capillo, & Barba ponendis mos priscus 58. 684
